De cerebri et capitis morbis internis spicilegia. In quibus primo morbi cuiusque catholica proponuntur : inde consilia & curationes variæ attexuntur denique empyrica morborum remedia ipsiusque auctoris experimenta historica adferuntur adiectus est index, tùm morborum, remediorum, curationum, consiliorumque, tùm variarum rerum atque vocum notabilium, locupletissimus / Francisci Hildesheim.

Contributors

Hildesheim, Franz, 1551-1614.

Publication/Creation

Francofurti : Excudebat Erasmus Athleta, Sumptibus Egenolphi Emmelii, 1612.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/rrpf24cs

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org






F. X. u
3168/1B 17

18 D

31074

Lancaster
7/9/12





Bibliotheca Bleicana Ant. Aug.

FRANCISCI HILDESHEIM D.

HIPPOLYTI SENIORIS F.

ELECTORIS BRAND.

Medici:

DE CEREBRI ET CAPITIS morbis internis

SPICILEGIA.

In quibus primo morbi cuiusque Catholica proponuntur: Inde consilia & curationes variæ attexuntur: Denique empyrica morborum remedia ipsiusque Auctoris experimenta historica adferuntur.

Adiectus est Index, tùm morborum, remediorum, curationum, consiliorumque, tùm variarum rerum atque vocum notabilium, locupletissimus.



M. DC. XII.

FRANCOFVRTI,

Excudebat ERASMVS ATHLETA, Sumptibus EGENOLPHI EMMELII.



WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO IOANNI SIGISMVNDO, SACRI Romani Imperii Electori, Marchioni Brandeburgico, Prussiæ, Iuliæ, Cliuiæ, Montis, Pomeraniæ, Silesiæ, Cassuborum ac Vandalorum Duci, Rugiæ Principi, Burggrauio Noribergensi; Domino suo Clementissimo, &c.

ITA comparatum est à natura, vt, quemadmodum in tempestate, tegumento indigemus; Sic in senecta animi tranquillitate nobis opus sit. Hæc cum considerassem mecum paulo curiosius, tandem accidit, Serenissime Domine Elector, Domine Clementissime, vt posteaquam AVO TVO, Principi nunquam satis laudato (cuius memoria sit in benedictione) ad vitam illius, sic volenti, idque à me requirenti operam & opem meam Medicam condixissem, eoque mortuo, ex voluntate PARENTIS TVI, ἔν τοῖς ἁγίοις, locum meum in Aula retinuissem, post tot turbulenta Aula-

rum negotia, & fortunarum quasi præcipitia, optimi illius Principis beneficio & liberalitate, otium mihi literarium ac propemodum philosophicum in crudo hoc senio meo concederetur, vnde animi trãquillitas literatis potissimum comparatur. Vt igitur otii huius mei negotiosi aliquam redderem rationem, Spicilegia quædam Medicinæ Practicæ, à me conscripta, sub nominis illius auspicio in publicum prodire volui. Et iam opus à me affectum, auide exspectabant Typographi, cum Principem pientissimum, subditisque desideratissimum

Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.

O fatum luctuosissimum! In hac autem animi mei vt fluctuum tempestate, ad TE, Princeps Sereniſſime, Domine Clementissime, Auitæ Paternæque virtutis ac dignitatis hæredem & successorem, quasi ad sacram anchoram confugere, & quæ Tuæ Serenitati forte à Fatis sunt reseruata, ea nomini Tuo Celsissimo consecrare liceat mihi, cum VOTO, vt & pax animi, morte Patris Tui nonnihil turbata, ab Heroica Tua Clementia, iure quasi postliminii, mihi restituatur, & hæ pacis alumnæ literæ, quæ hic sese vltro in clientelam Tuam dant, ab iniuria & indignitate vendicentur.

Serenitatis T. Clementissimæ
Minister subiectissimus
FRANC. Hildesheim D.

ILLV-

ILLVSTRI ET GENEROSO DOMINO, DOMINO ADAMO GANSIO, DOMINO à Putlitz, in Putlitz, Wolffshagen & Witteberg, &c. Mareſcallo Marchiæ hæreditario, Electoris IOANNIS SIGISMVNDI, &c. Vicario, Domino ſuo Clementi S. P.

PRIMISLAVS, *cum amiſſas à ſuis maioribus Henetorum ad Hauelum ditiones recuperaſſet, adoptauit Albertum Vrſum è familia comitum Aſcaniæ, filium Ottonis, qui eodem die,* 3. Idus Februarii, *quo ad Siluam* Welphici *ſaltus, inter Henricum V. Imperatorem & Lotharium Saxònem pugna commiſſa eſt, duo millia Slauorum Brandeburgenſium apud Cothonium Principatus Anhaldini condidit. In dicta pugna à partibus Henrici Imp. cecidit Comes Hoierus Mansfeldius & captus eſt Gebhardus eiuſdem familiæ. Ab hoc poſteriori origo gentis Baronum Putlitziorum Mareſcallorum hæreditariorum Marchiæ Brandeburgicæ, qui etiamnum in Prigniſſa poſſeſſiones à Lothario Cæſare huic Gebhardo primum conceſſas obtinent, & ex eo vſque in præſens, Marchionibus Brandeburgicis domi militiæque egregie operam & fidem ſuam probauerunt, illiſque Regalia vectigalium oppidi Witebergæ ab Ottone IV. ad hoc*

vsque tempus tributa sunt, & ex his multi præfectorum munere in Gallia & Hungaria cum magna laude perfuncti sunt. Quid autem? Gentis tuæ incunabula quid referam?

Et Genus & proauos & quæ non feceris ipse
Vix ea vestra puto.

Tu ADAME lumen & flos gentis
——Nomen virtutibus æquas
Nec finis ingenium nobilitate premi.

Tu, inquam, vniuersas scientias, quæ humana intellectione capi possunt adeptus veluti orbem quendam artium omnium absoluisti. Tu Iuuenis Italiam, Galliam, Angliam, Scotiam, Belgium peragrasti, Academias Europæ perlustrasti, Iuris studio te mancipasti, vt iura dares aliquando patriæ tuæ pro Principe Marchiæ. Deinde vir factus, aulam Electoris Palatini rexisti, communi omnium suffragio in Comitiis Imperialibus ad ordines Belgii & Ducem Parmensem missus. Inde in Poloniam similiter ablegatus, causam tibi commissam, cum magna laude tractasti. Postea fatis labentibus in Daniam missus rem & gloriam tibi peperisti. Tandem ex Marescallo hæreditario, Aulæ Marescallus ab Electore nostro nominatus es. Vidit Marescallum suum Marchia cingentem latus Feudatarii sui, cum Homagium ei præstaret Senatus populusque Marchicus. Vidit manu tenentem gladium Electoris, cui hæc inciſa sunt: ACCIPE GLADIVM, MVNVS À DEO, IN QVO CONFRINGES HOSTES NOMINIS CHRISTIANI.

Posteaquam vero fato cessit Ioachimus Fridericus Elector,

Elector, Pater patriæ; Iohannes Sigismundus in ea dignitate successor Filius, in Prussiam contendens, te vicarium suum reliquit Marchiæ, tibique gubernationis onus in his terris contulit, vnde sanctis tuis legibus tota Marchiæ assurgit Nobilitas: A consiliis tuis dependent omnes, qui huc mittuntur Principum Oratores. Tibi paret, tuisque monitionibus obsecundat Marchia. Cum itaque vniuersi & singuli ad te confugiant; mihi quoque liceat hos meos, de morbis cerebri & capitis internis, Commentarios ad te mittere: Et siquidem omnes Marchiæ incolas ciues pariter & Nobiles admittis placide, hunc etiam librum meum de re Medica scriptum clementer recipe, eumque Electori nostro potentissimo de meliore nummo commenda; vt ab hoc tanto patrono, per te fructum operis huius aliquem percipiam, à te studiorum istorum meorum approbationem impetrem, inque fauore Principis nostri, per te conquiescam. Vale & viue Illustris Domine, publico Marchiæ nostræ & meo quoque priuato bono. Berlini ex Musæo nostro; Calendis Ianuariis. Anno Christogenias supra sedecim secula Nono.

Illustris Generositatis T.
Obseruantissimus.

FRANC. Hildesheim D.

AVTORIS

Protherapia siue Proloquium ad Lectorem.

POST impetratam in pistrino meo, vbi supra annos viginti mihi molendum erat misere; laboribus tum aulicis tum clinicis meis quietem aliquam; Lector benignissime, tandem ad schedia Medica mea, multo iam ante tempore, in peregrinatione Nouennali, quam per regiones externas iuuenis confeceram, magno studio, indefessa opera, sumptibus non exiguis passim à me collecta redire mihi libuit, quæ tanquam Sibyllæ folia repperi huc illuc disiecta, diuulsa, dissipata, dispersa, vt veluti in labyrintho, diu neque initium eorum, neque exitum deprehendere potuerim. Accidit autem, dum scrupulose inquiro singula, vt in quædam non pauca inciderim, quæ, si iuris publici fiant, & ordini nostro, honori, & clinicis emolumento, denique Medicinæ initiatis, qui in Praxi adhuc iuuenescunt, adiumento esse possent, si recta & iusta methodo conscriberentur. Ex hoc, manum stiuæ huic admoui, nullo quidem cum fructu aut commodo meo, labore autem vsque operoso, vt nisi ad vtilitatem publicam respexissem, labor hic mecum in cineres abiisset. Dicam ingenue; Sæpiuscule me operi huic sane liberali insudantem, reuocauit tædium ex sæculi nostri ingratitudine mihi natum, & laboris progressionem, animi quædam trepidatio, à metu Criticorum iniquorum orta, quibus omne in lingua est cerebrum, obstinate remorata est. Hinc in conscribillandis istis, vere Calippidem egi, qui, *referente Suetonio*, in Tiberio, cum vnum diem totum se commouerit, ne cubiti quidem mensuram progredi potuit. Sed iam hoc agam, vt consilii mei

ratio-

rationes, Lectori non morosо exponam. Constat, omnem artem, ratione & experientia extructam esse, vt duo illa clarissima scientiarum lumina, *Hippocrates & Aristoteles*, memoriæ prodiderunt. Sic enim se res habet, id quod etiam diuinus ille Scaliger parens, retulit in libros suos, quos de Plantis scripsit: Ars quæ est in homine, ab intellectu paratur. Quonam igitur modo, Intellectus opera ab arte? Quia est ars, habitus comparatus per vniuersales Propositiones, quæ conclusionem ex seipsis peperêre. Propositiones hæ conflatæ sunt ex multis memoriis; vnaquæque memoria, ex multis experientiis, experientia ex multis actionibus. Vt igitur huic paream oraculo, primo præcepta artis Catholica hic prælibaui, & morbi cuiusque essentiam ac formam posui, vnde causæ, differentiæ, signa, indicationes, prognostica, facile eruuntur: Deinde curationem ipsam non empyrice, sed methodice addidi: Mox exempla curationum varia, non febriculosa adieci: Denique empyrica remediorum collegi auxilia, quæ non exiguo comprehensa numero, essent Practicis præbia, vt veteres Latini loquebantur, ad nostram operam non sine delectu translata. In morborum autem Catholicis proponendis, Patauinorum Medicorum vestigia secutus sum potissimum, quorum præceptis institutisque Medicus factus sum: In ipsis vero curationum exemplis, præter nonnulla exoterica consilia, duorum Medicorum Marchicorum *D. Casparis Hoffmanni & D. Ioannis Sleceri*, illius in aula quondam Brandeburgica antecessoris mei; huius collegæ mei, curationes, quas quidem adipisci potui, simul huc comportaui (quorum nomina passim his initialibus literis: C.H.D. & I.S.D. in libri marginibus exprimere volui) vt videat, si quæ futura est posteritas, etiam ante hæc tempora Medicos idoneos Marchiæ nostræ non defuisse. Interdū vesti huic Medicæ, ex mea textrina laciniam assuere volui, at parcius, viperæ, bipedis, calumniæ ex veprecula quadam

prosiliētis morsum immedicabilem veritus, quæ eum in hac fatali aut certe fatuali ingeniorum scabie, sæpenumero viuos arrodat, raro etiam parcit mortuis. Hæc vero additamenta mea, isto charactere notare visum est: F. H. D. Nullus autem nostra tempestate Medicus, Galeni laudem sibi arrogare facile poterit: Ego, inquit *lib. Methodi 11.* Medicinam professus vsque ad senium, nullam in hodiernum vsque diem calumniam subii, neque curando, neque præsagiendo. O felicem & omnibus numeris absolutum Medicum! Quod si illum hoc seculo vere nasuto, in quo secundum Emblema quoddam meum: *Sunt omnia Nasus*: viuere, & Medicinam profiteri contigisset, longe scripsisset aliud. Porro hæc Analecta nostra, Spicilegia indigitauimus. Cum enim in illo communi & immenso Medicorum agro messis iam ab aliis vndique & vbique facta sit longe vberrima; mihi in meo agro, hoc est, in libris meis Medicis, annis iā multo superioribus mea manu, magno cum labore & sumptu meo conscriptis, saltem spicas relictum est colligere, quas tamen aliquid iuuentuti allaturas non diffido. Et quis vnquam (vt cum Varrone, priscæ Latinitatis principe dicam) reprehensus est, qui è segete ad spicilegium reliquit stipulam? Itaque cum ingentia messis medicę horrea, è quibus solis frumentum purum putum recte & præfiscine depromitur, mihi iam aperire denegatum sit; accipe Lector benignissime, quæ larga damus manu, spicilegia hæc nostra, iisque si placent, fruere frugaliter, donec tractu temporis in pedationem sese corroborent.

Exem-

Exemplum literarum

IVLII COMITIS A SALMIS

& Neoburgo, &c. Domini in Schinta & Temettvvin, &c. Consiliarii quondam intimi, MAXIMILIANI II. *Imperatoris, &c. ad Excellentissimum Medicum,* D. HIERONYMVM CAPOVACCIVM, *Professorem Practicæ Medicinæ, Patauii Primarium.*

Al molto Magnifico & Excellente Signor, HIERONYMO CAPODIVACCA, Ordinario Professore di Medicinà, nelle studio di Padoua, amico sempre obseruandissimo.

MOLTO *Magnifico & excellente Signor; M. Francesco* Hildesheim *giouane p la sua bona qualità di me molto amato, hauendo gli anni passati in alcuni studii di Germania, fatto tal profitto nelle lettere, che fin hora hà ottenuto Maestro nel Arti, piu che mai acceso di desiderio di sapere, s' è trasferito à fioritissimo studio, per dare opera alla Medicinà. Perche sapendo egli quai progressi potrebbe fare, attendendo à cosi nobil facultà, se la V. E. lo haura per raccommandato, sapendo, che per l' anticà Amicitià nostrà, io posso per questo & simili honesti fauori pregarnela, mi ha per sue lettere pregato, che per lui con E. V. facessi tali vfficio lo adunque perche non dubito, che anchor non viua nella memoria dell. E. V. la molta affettione, che al merito del suo valore, le ho sempre portato,*

portato, & mi prometto anchora ch' ella mi corrisponde nella medesimà affettione, hauendo me dato segnalata caparia, quando gia tre anni fui in Padoua, non posso mancare à cosi honesto desiderio dell' Amico, & la prego per l' Amore, che mi porta, & per la stima, ch' io faccio della gratia sua, ad hauer per racommandato esse M. Francesco, il quale tanto ammirà la vertu singolare di V. E. & nato di parenti nobili, è dotato della natura, di nobile ingegno, succedendogli quel beneficio, ch' egli attende dalla bonta è dottrinà di V. E. non esserle sempre grato: Si come io poi dal' altro canto, & il fauore, che le dimando, terrò quel conto, che si conuiene, pregando frà tanto la V. E. à Valersi di me & delle cose mie, doue conosca, ch' io vaglia per lei, allaquale molto charamente mi raccomando. Del nostro Castello di Sintauià, il primo di Decembre, Anno 1578.

Di V. E. Amico perpetuo.

IVLIO Conte di Salmà &
Neoburgo. M. propria.

Herman-

Hermannus Neuwaldt *Medicus Hildenſæmus Franciſco* Hildeßheim *Medico Electorali Brandeburgenſi S. D.*

ADſinis ex quo GABELIVS dies
Sacros Hymeni ad mœnia conderet
Stendaliorum, quæ Vchta late
Alluit irriguis lacunis.
Franciſce credis vix, ego quam tui
Ardore viuam pallidior, ſemel
Quam te videndi flagrem amore
Colloquioque ſimul fruendi.
Natura quem tam Dædala diuite
Donorum adauxit copia, & impiger
Loca exterarum gentium ardor
Quem cupide tenuit videndi;
Apollo doctam cui lateri lyram
Aptauit apprime ingenuo & cato;
Arcana parce diſtributa
Ingenioque peculiari
Indulta, cui idem credidit, & bonum
Antiſtitem artis fecit Hyantiæ.
Franciſce mentis in medullis
Inque oculorum acie obſtinata
Mi totus hæres: nec tibi ſit nouum
Illud: quid ad te Scaliger entheo
Vir præditus mentis vigore
Nullibi gentium & inueniri
Par ex Sophorum cui numero poteſt:
Quid tecum ocellus Teutoniæ & decus
Sublime Lipſius: quid ipſe
Pindarici numeri æmulator
Tecum & Meliſſus contulerit. cati
Sermonis vſu, iam memini bene

Supe-

Superſtitant me fata donec
Et meminiſſe iuuabit vltra.
Quam me beatum tunc ego dicerem
Horum vel vnum cernere ſi modo
Mi contigiſſet! quid? meipſum
Num magis eſſe beatiorem
Quam ex aſſe toto dixero, ſi locus
Multis ab annis quod licuit tibi,
Vel vſpiam tantis fuiſſet
Luminibus peramanter vti?
Contentus at ſum ſorte mea, nihil
Altumq; ſpiro; ſit mihi fas loqui
Cum abſentibus multisque, & horum
Tantum animum recreare ſcriptis:
Amore quorum qui capitur nihil
Non hæcce quid ſcit tempora poſtulant.
Abſtruſiora an quis ſophorum
In ſophiæ latitante abyſſo;
In aſſerenda turpibus obſita
Mendis latina voce putauerit,
Aut puriora vnquam, parente
Scaligero, ſobole aut Ioſepho
Nouiſſe? quiſquam dic mihi Lipſio
Scribit ſoluto purius an ſtylo?
Quis inter omnes pol Poetas
Dulcius ad numeros ligatum
Noſtro Meliſſo de ſtudiis bene
Seclo hoc merente, quis vel acutius
Quicquam exarauit? num decebit
Vel tacito pede præterire
Quæ nuper à te ſcripta Neanica
Locisque ferme nata ſub exteris
Franciſce, ſed tamen polito
Palladis è cerebro profecta?
Tu gratulari non tibi deſines,
Quod æuum in iſthoc veneris aureum;

Quod

Quod Laurea raros decentes
Tempora cinxit Apollinari.
Tui fac vt sim pars aliqua, & mei
Memento, donec te videam: interim
Tu me vide absentem, meorum
Ipse quasi in speculo laborum
Mitto legendos quos tibi, quos tuæ
Limæque acutæ subiicio lubens;
Hos luce si dignare, nutui
Vela tuo dabo, vt obsecundem.
Affinem amoris pergite vinculo
Nostrum Gabelum prosequi, vt antea;
Quo cum Viadrini Lycæi
Cuno etiam Themidis sacerdos
Tenaxq; iusti cultor, vt audio,
Affinitatis fœdera mortuæ
Nouauit, & priscam parentis
Progeniem eruit è fauillis.
Franciscе paucis versibus ex meis
Tuum acre posco iudicium vt feras:
Namque ex Mineruæ vno licebit
Pollice, de statua æstimare
Tota. Saluta Asclepiaden tuum
Sleitzerum amicum perueterem, scholæ
Qui mox solutum Iulianæ
Puluere, Marchiacis in oris
Sparta potiri me medica dedit:
Deuinxit arcte quo sibi me, & simul
Affinem, vterque pro quo ei ipsi
Munis & obsequiosus esse
Debet. Minorem mens nisi respuit
Franciscе (spero quod tamen haud) velim
Commercium te litterarum hoc
Cœptum iterare tuis Camœnis.

Elen-

Elenchus Spicilegiorum in hoc Libro contentorum.

I. *De dolore capitis vario ac multiplice.*

II. *De morbis imaginationis & rationis læsæ; vt phrenitide, mania, melancholia, fatuitate, & amentia, amore Herculeo seu furioso, lycanthropia siue lupina insania.*

III. *De læsa memoria & lethargo.*

IV. *De morbis somniferis: Comate vel cataphora, caro, catoche seu catalepsi, comate vigili, incubo: Item de vigiliis præter naturam.*

V. *De vertigine, obtenebratione seu scotomia, primo Capitis vitio, ventriculos cerebri occupante.*

VI. *De apoplexia vel stupore attonito, secundo ventriculorum cerebri vitio.*

VII. *De epilepsia seu morbo sacro, tertio ventriculorum cerebri vitio.*

VIII. *De morbis neruorum: Paralysi, conuulsione, spasmo canino, stupore ac tremore.*

IX. *De coctione capitis læsa, siue de catarrho.*

X. *De excrementis capitis: Sternutatione & hydrocephalo.*

In fine, addita est breuis admonitio de morbis dæmoniacis.

SPICI-

SPICILEGIVM PRIMVM:

Doloris Capitis in genere.

CATHOLICA.

CONSTAT DOLOREM CAPITIS QVEMCVNQVE ESSE IN GENERE rerum præter naturam.

NOn autem est causa, nec morbus, sed symptoma, quod in læsa actione consistit, secundum Galenum *lib. de diff. sympt. cap.* 3 *&* 1. *de symptcausis* 6. *&* 3. *Meth. vlt.* Est igitur dolor actio læsa, quę si formaliter accipiatur, & passio & affectio dicitur; si effectiue cõsideretur, à Galeno etiam tristis sensatio appellatur: Dolor enim ea est actio lęsa vel passio, vel affectio, quę sequitur tristem sensationẽ, sicut voluptas sensationẽ sequitur iucundam: Duo autem ad sensationem faciendam concurrunt, alterum ex parte obiecti, alterum ex parte facultatis, obiectum recipientis. Quantum ad facultatem concurrit sensus & facultas passiue, recipiendo obiectum seu speciem eius, & sic recep-

ptio ista passio dicitur : Secundo, idem sensus concurrit etiam actiue, quando non modo recipit obiectum, sed recipiendo etiam cognoscit se recipere: Concurrit itaque sensus & passiue recipiendo, & actiue, receptionem iudicando. Quod ad obiectum, hoc rationem habet agentis & mouentis, nam sua præsentia mouet facultatem, & mouendo actuat eam, quæ actuatio modo est perfectiua, & dicitur voluptas; modo corruptiua, & dicitur dolor. Hinc dicebat *Galenus 7. de Decretis Hipp. & Plat.* sensationem fieri ex alteratione & alterationis dignotione. Per alterationem intelligit receptionem obiecti, per alterationis dignotionem intelligit iudicium, quod fit à facultate recipiente. Vt igitur dolor fiat, oportet vt obiectum recipiatur, & receptum diiudicetur, ad differentiam rerum inanimatarum, quæ etsi obiecta recipiunt, tamen recepta non diiudicant, vt speculum, &c.

Est igitur Dolor formaliter acceptus actio læsa, siue affectio, ex tristi sensatione prodiens, ad quam faciendam concurrit obiectum recipiens, & recipientis diiudicatio. Cum vero actio lædatur, quia vel aufertur vel debilitatur vel deprauatur: Dolor non est actio ablata, ita enim nullus fieret dolor, nec debilitata, sed deprauata: Cum autem omnis actio à facultate procedat, & hæc vel ad naturam vel ad animam ipsam referatur, Dolor nõ est actio naturæ, fit enim hæc sine cognitione, dolor autem absque cognitione fieri nequit. Hinc

Hinc aliquis vulnus in quadam corporis parte accipere potest, cum tamen fortiter ad alia intentus sit dolorem non sentiet. Quare Dolor est actio non naturæ, sed animæ. Animæ vero actio, vel est actio facultatis vitalis, vel animalis: In dolore nõ læsa est actio facultatis vitalis, quia hæc, licet ad animam pertineat, tamen sine cognitione agit, pertinebit igitur hæc actio ad facultatem animalem, quæ cum sit vel motiua, vel sensitiua, doloris actio non pertinebit ad motiuam, sed sensitiuam, à qua prodit cognitio. Cum autem facultas sensitiua alia sit interna, vt est imaginatio, ratio & memoria: Alia externa, vt sunt quinque illi sensus; Dolor non pertinet ad sentientem internam, quæ sedem habet in cerebro, quod sensu caret, nec dolet; pertinebit igitur ad externam, & sic ad omnes quinq; sensus, ita vt Dolor & voluptas sint symptomata omnium sensuum externorum, non autem eodem modo, sed euidenter & apertius consistet in sensu tactus, omnium infimo & magis materialis, minus autem euidenter in reliquis qui sunt magis immateriales, qui ab obiectis potius spiritualibus quam materialibus mouentur. Tactus autem non actuatur nisi ab obiecto materiali tangente sensum. In hoc igitur sensu dolor maxime obseruatur & percipitur. Cum ergo dolor sit facultatis huius sentientis actio depraua-ta, vlterius quærendum est, quænam sit sedes, quæ dolore afficitur? Facultas enim hæc sensi-

bilis, cum sit materialis, non potest agere absque materia & subiecto, in quo recipitur: Hac de re multi multa dicunt. Alii enim statuunt sensorium subiectum, materiam doloris receptiuam esse carnem, alii cutem, alii neruos: Auicennas voluit mixtam substantiam esse ex carne & neruis. Quodcunque autem tale instrumentum fuerit, videamus, quænam in capite sint partes, quæ dolore afficiuntur. Partes autem capitis duplices sunt: Externæ & Internæ. Quod ad externas, si capillos quoque eo referamus, cõstat hoc non esse Doloris subiectum, neque cranium, ossa enim dolore & voluptate carent. Solum itaque pericraneum, quantum ad externas partes, doloris & voluptatis subiectum erit. Quod ad partes capitis internas, constat omnes internas, excepta vnica cerebri substantia, dolore & voluptate affici posse. Erit igitur Dolor actio deprauata facultatis sentientis, partium capitis sentientium: Pericranei, membranarum, venarum, arteriarum, neruorum. Verum hic dubitare quis posset, qua ratione fiat, vt cerebrum sit priuatum sensu, cum sit origo & fons sensus & motus: videtur enim hoc repugnare naturæ, præsertim cum *Gal. 2. de comp. med. localium* 1. vbi enumerat doloris differentias à loco affecto sumptas, inter cæteras partes, ipsum etiam cerebrum nominet. Causa autem doloris duplex est: Altera immediata & proxima: Altera mediata & remotior: Immediata est vnitatis solutio, quæ concurrit

currit ad efficiendum dolorem, vt obiectum disproportionatum, quod est in triplici differentia: Aliud enim est proprium, aliud commune, aliud per accidens. Proprium dicitur, quod vnicum sensum mouet, causando vel in eo dolorem: vel voluptatem: sicut color sensum visus mouet, calor sensum tactus. Commune est, quod plures mouet sensus, vt sunt, numerus, magnitudo, figura, motus & quies: Obiectum vero per accidens est id, quod nec ab vno sensu sentitur, nec à pluribus, nec ab omnibus primo & per se, sed solum per accidens, quemadmodum est substantia, quæ per se solo intellectu cognoscitur, interuentu tamen accidentium, sub quibus ipsa latet, per accidens à sensu cognoscitur. Iam quæritur, sub quonam subiecto contineatur vnitatis solutio? Constat non esse obiectum sensibile per accidens, quia esset substantia, nec obiectum sensibile proprium, quia ab vnico sensu per se primo perciperetur: Obiectum autem causans dolorem, potest eum causare in omni subiecto: Sequitur ergo, vt sit obiectum commune, aptum excitare dolorem in quocunque sensu: Illud autem obiectum commune, non in magnitudine, nec in numero, nec in figura, nec in quiete, sed in motu consistit, & quidem in motu malo & corruptiuo, qui necesse est, vt ab aliquo mouente producatur, quod causam præbet solutæ vnitati. Hæc causa soluens continuum aut est interna aut externa,

teste Galeno 2. de comp. med. per loca cap. 1. Interna est intemperies vel sola, vel materialis: Sola, vel simplex est vel composita; simplex est vel calida vel frigida vel sicca non tamen humida, quia continuum soluitur, quando absumitur humiditas, quæ partes continuat. Caliditas autem rarefaciendo, frigiditas exprimendo, siccitas vi interna & propria absumit humidum, & sic soluit continuum: At humiditas fouet potius causam continuitatis, hoc est, ipsam humiditatem, nisi hæc humiditas, cum materia replente & partes distendente coniuncta sit, & tunc non proprie ab humiditate, sed à copia humiditatis soluitur continuum, quæ distendendo dolorem infert. Ex his qualitatibus quædam valenter agunt, & dolorem vehementem faciunt, vt sunt actiuæ qualitates: quædam remissius, vt est qualitas passiua. Dolor igitur prodibit ab intemperie quacunque excepta sola humida. Intemperies autem alia æqualis, alia inæqualis est: Æqualis, quæ iam est in habitu iam facta & confirmata, dolorem non facit, inde qui febri hectica corripiuntur, non dolent, quia intemperies calida in ipsis æqualis est, non augetur neque minuitur, est ipsis facta familiaris & in habitu: Inæqualis autem intemperies dolorem producet. Præter hãc intemperiem sine materia, accedit etiam materia, quæ bifariam consideratur: vel penes essentiam; vel penes essendi modum: Penes essentiam vel erit vaporosa, vel corpulenta: Vaporosa do-

lorem

lorem causat distensiuum ; flatibus enim proprium est partes distendere: Corpulenta potest esse quilibet humor : Circa quemcunque humorem inprimis consideratur quantitas, nam vbi materia peccat copia, dolorem infert grauando ac distendendo: Magna enim copia etiam distendit, & sic fit dolor grauatiuus cum tensione. Circa eandem materiam consideratur etiam qualitas & prima & secunda: Quod ad qualitates primas, si materia peccauerit in caliditate, fiet dolor mordicans cum sensu caliditatis: Si in frigiditate, quia frigidũ neruis est mordax, fiet etiam dolor mordicatiuus cum sensu frigiditatis: Si vero siccior fuerit qualitas, hæc dolorem inducet exasperantem. Quod ad qualitates secundas, si materia durior extiterit, vt in calculo renum & vesicæ, efficiet dolorem contusiuum & compressiuum. Si circa eandem materiam consideremus id, quod sequitur eius quantitatem, & qualitatem, hoc est, actionem, quæ prodit ab essentia, & est essendi modus, prout hæc actio habuerit insignem agendi vim, vel remissam, fiet dolor vel ingens, vel obtusus & remissus. Deinde materia dolorem faciens adhuc considerari potest, prout generatur; Et sic generatio materiæ alia est hæreditaria, quæ ortum ducit à parentibus, alia adscititia, quæ post ortum aduenit. Et sic dolor adscititius & recens & antiquus esse potest. Hæc ipsa materia adhuc potest considerari penes motum localem. Et sic

consideratur ex parte termini à quo, qui terminus vel est totum corpus, vel determinata eius pars, vnde fit dolor capitis modo vitio totius, modo partis determinatæ, vel ventriculi, epatis, vteri, &c.

Terminus ad quem hæc materia mouetur, est caput ipsum, quod vel materiam morbosam recipit, & fit dolor per consensum, vel eandem materiam efficit, & fit dolor per essentiam: Recipit autem materiam vel attrahendo id quod fit ratione doloris aut caloris, quorum proprium est attrahere, vel quia transmittitur, & sic fiet dolor ob capitis imbecillitatem, quæ transmissam materiam facile recipit. Et hæ sunt omnes doloris causæ internæ. Sequuntur externæ, quarum aliæ occurrunt necessario, & consistunt in sex rebus non naturalibus: Sic aer calidior, vel frigidior vel siccior dolorem causabit producendo similem intemperiem: Sic cibus copiosus, vel facile euaporans in caput, dolorem causabit, modo replendo, modo distendendo, ratione copiæ efflatuum: Sic potius generosi vini & aquæ frigidioris, dolorem pariet, vinum quidem nimis replendo, aqua frigida vero densando: Sic vigiliæ superfluæ dolorem excitabunt, nimis exsiccando: Immoderatus vero somnus idem præstabit, plus iusto replendo: Sic immoderatus animi & corporis motus, præsertim à cibo, dolorem inducet. Aliæ causæ externæ non necessario concurrunt vt vulnera, contusiones,

tusiones, morsus animalium, venena præsertim calidiora, &c. Et hæc de doloris essentia & causis.

CVRA DOLORIS CAPITIS.

Ne Empirice de curatione Doloris agamus, in virtute indicationum totam curam proponemus.

INdicationes autem aliæ respiciunt morbum, aliæ causam, aliæ ipsam virtutem, vt ex parte morbi, curatoriæ indicationes, ex parte causæ, præseruatoriæ, ex parte virtutis vitales oriantur. Quod ad curatorias, si dolor prodierit à causis externis, vt vulnere, contusione & similibus, indicationes ex Chirurgia desumentur. Si vero Doloris causa fuerit intemperies, hæc semper indicabit alterationem per contrarium: Si vero accedat materia, hæc si sit flatulenta, indicat sui euacuationem insensibiliter factam, si corpulenta sensibiliter factam; si peccauerit in primis qualitatibus alterandum erit per contrarium, si in secundis, crassior attenuanda, viscida detergenda, durior emollienda erit. Quod ad motum & quietem materiæ, quantum ex parte quietis, si quiescat, quia adhæret, adhæret autem quia crassa & viscida, indicabit sui detersionem & attenuationem. Si mobilis fuerit, & si moueatur ad partem principem, vt est cerebrum, indicabit sui reuulsionem, si fluat, quia attrahatur, & at-

tractio fiat propter dolorem, doloris causa auferenda est, si attractio propter calorem fiat, calor contemperandus est. Hæ indicationes omnes sunt doloris curandi & auferendi. Quantum ad indicationes vitales, Dolor si vehemens fuerit, ita vt propter vehementiam de vita sit periculum, indicabit auxilium tollens exquisitum sensum partis. Qui dolor vehemens si producatur à caliditate, indicabit auxilium hebetans sensum partis dolorosæ: Si à caliditate & siccitate, indicabit auxilium auferens sensum partis dolentis; huius auxilii materiæ erunt opiata, sicut materia auxilii hebetantis erunt Anodyna humida, quæ laxandi & acutiem sensus moderandi vim habent, ob humiditatem qua prædita sunt. Quibus indicationibus an liceat satisfacere nec ne, si scire cupimus per omnes species Doloris discurrendum erit. Nam si dolor pendeat à sola intemperie, erit facilioris curæ, quam si accedat materia: Et inter intemperies materiales deterior erit, quæ prodibit à materia melancholica, & ita per singulas species discurrendo facile erit distinguere, quis dolor sit difficilioris curationis. Accedamus igitur ad auxiliorum materias, quæ à Chirurgia Pharmacia & diæta sumuntur. Quantum ad Chirurgiam, hæc duplex est; Altera respicit vniuersum corpus; Altera locum affectum scilicet caput. Quãtum ad eam, quæ totum corpus respicit, si in toto adsit plenitudo sanguinis, euacuetur sanguis, dummodo

dummodo virtus imbecillis & ætas senilis ac puerilis non prohibeat, quæ plenitudo, si insignis sit, insigni etiam genere auxilii erit vtendum, vt est venæ sectio, si debilis, leniori, vt sunt cucurbitulæ: Locus secandi venam nobis indicabitur ab eodem sanguine, prout vel totum vel partem occupat. Si enim sanguis redundat in toto æqualiter, secanda est vena, quæ sanguinem æque à toto euacuat: Hæc est vena communis brachii dextri: Si vero totum ita sit repletum sanguine, vt repletio sit inæqualis, tunc vel maior erit repletio ex parte totius, vel ratione determinatæ partis, scilicet capitis: Si maior in toto fuerit, erit aperienda basilica dextri lateris: Si maior in capite, erit secanda, quæ magis respicit caput, vt cephalica: si repletio totius ortum habeat ab vtero, ob suppressos menses, Saphena secanda est, si ob hæmorrhoides, sanguisugæ partibus illis applicentur: Si repletio in capite fuerit tunc obseruandum, an totum caput redundet sanguine, an determinata eius pars: Totum redundabit, si dolor vniuersum caput occupauerit; pars, si partem. Dolente posteriore parte capitis, occipitio, secanda est vena frontis ratione reuulsionis: si facta reuulsione dolor perseueret, tunc in occipitio in loco doloroso cucurbitulæ figantur, quæ non reuellendo sed deriuando dolorem tollent, *Galeno sic monente 2. de locis aff. c. 1. & 2.* Si vero doleat anterior pars capitis, ita tamen vt foueatur à fluxu sanguinis,

à parte

à parte posteriore, ob reuulsionem cucurbitulæ occipitio applicandæ, & tunc si dolor perseueret, vena frontis pro deriuatione aperienda est. Si vero totum caput doleat, quia totum est repletum, *ex Hippoc. 5. Aph. 69* sanguinem per nares emittemus, applicando sanguisugas. Et sic de venæ sectione satis.

Quia vero & cauteria huc pertinent, de his etiam dicendum: Sunt autem cauteria, materia auxilii euacuantis sensibiliter, quod auxilium indicatur à materia corpulenta, quæ sensim generatur, & ob id apta est facere morbum continuum & diuturnum, vnde cum materia assiduo gignatur, indicatur auxilium assiduo euacuans, hoc autem præstant cauteria, modo plura, modo pauciora, prout materia fuerit copiosior vel minor. Si igitur materia generabitur in capite, cauterium capiti applicandum, modo in commissura coronali, modo in occipitio. Per commissuram fit euacuatio deriuando & reuellendo, in occipitio vero, tantum deriuando; sed ad hæc violenta remedia, cum non facile admittantur, non nisi tentatis reliquis & non proficientibus, descendendum: Si vero materia in capite dolorem faciens, ibi non gignatur, sed aliunde affluat, & si vitio totius, erunt cauteria applicanda partibus, quæ possunt & totum euacuare, & à capite reuellere: Itaque in tibiis, per quatuor digitos infra genua administranda erunt; ita enim cum locus sit longinquus, fiet reuulsio

uulsio à capite, vt hoc pacto totum corpus euacuetur: si vitio partis determinatæ, vel erit pars illa infra renes, vel supra; si infra, vt in suppressis mensibus, cauteria iisdem tibiis adhibenda sunt, sic enim & menstrua prouocabuntur, & fiet simul à capite diuersio. Si vero superiores partes afficiuntur, vt iecur, lien: tunc in supernis partibus applicentur cauteria, vtpote in brachiis: Si vitio epatis gignatur materia, cauterium dextro affigatur brachio: In vitio autem obstructi lienis, si materia melancholica ibi detineatur, vt in caput fluens, dolorem efficiat, cauterium potius in parte sinistra faciendum est: Si in vtrisque partibus virtus labefactata fuerit, vtrique brachio cauteria adhibenda erunt. Duplici autem modo fieri possunt cauteria, vel igne actuali vel potentiali & caustico. Vterque modus in communi est vsu, magis tamen cauterii actualis modus probatur, quam potentialis: Nam præter id, quod actuali igne citissime & quasi in momento opus perficimus, illud etiam accedit, quod citra errorem administrari potest, quod non contingit, dum medicamento caustico vtimur, quia sæpe administrantes ignem potentialem, facimus, vt materia illa propter motum inordinatum patientis, à loco proprio dimoueatur, aliamque partem proximiorem occupet, quæ pars forte non erit conueniens pro cauterio faciendo. Inde tale cauterium fiet cum dolore patientis, cui dolori etsi opiatum permiscendo occurrere

rere possumus, tamen non est semper tutum vti opio; vidimus enim, talia potentialia cauteria cum opio administrata tandem gangrænam induxisse, propterea tutius est actuali vti cauterio, in cuius administratione Auicennas vtitur non tantum ferro candente, verum etiam metallo nobilissimo, vtpote auro & argento. Potentiale autem cauterium, etsi multiplex est, tamen experientia testatur, quod ea, quæ fiunt ex illa secunda aquapurgia, quam habent, qui lanam lauant, vulgus Italicum capitelli vocat sint tutissima, si enim decoquatur hæc aqua ad ignem, donec tota pars humida absumitur, remanet in fundo lebetis pars crassa, instar salis, quo sale si cauteriis faciendis vtamur, & opii addamus modicum, opus suum sine dolore perficiet.

Absoluto tractatu de Chirurgia ad pharmaciam deueniendum est: Præmissa autem totius prouidentia, pharmacia caput respiciens in triplici est differentia; Alia enim dirigitur ad morbum ipsum, ad illius ablationem, cuius ratione dici potest curatoria; Alia ad causam morbi, sed nondum actu morbosam; Alia ad causam doloris nondum actu dolorosam, & hæc est pharmacia præseruatoria: Postrema respicit vitæ conseruationem, à qua nomen desumens vitalis iure dicitur. Ab hac igitur, cum maioris sit momenti, auspicandum nobis est. Indicatur autem hæc ipsa à dolore, à quo virtus adeo debilitatur, vt sæpe hinc vitæ periculum patienti immineat.

Quia

Quia vero dolor, dum hoc periculum minatur, prodit à sensu exquisito partis dolentis; sensus autem exquisitus oritur ab intemperie calidiore, igitur pharmacia hæc vitalis esse debet refrigerans, vt sensum partis exquisitum vel minuat vel auferat, aufert opiatum, minuit Anodynon. Quæ vero pharmacia tollit sensum exquisitum, hæc duplicem habet gradum: Alia est insigniter frigida, vt ad 3. & 4. frigoris gradum adscendat, hæc proprie soporifera & opiata dicitur; Alia est quidem frigida, sed secundum ac tertium gradum non ascendit, & hæ medicinæ primum administrandæ sunt, vt est *succus Lactucæ, Nymphæa, Solatri, violarum*: Emulsio *sem. pap. albi*; paulo valentior erit succus papaueris nigri, adhuc valentior erit succus mandragoræ, valentissimum omnium erit opium, ad quod non nisi præmissis mitioribus deueniendum. His simplicibus accedunt etiam aliqua composita, quę sensum auferunt, vt est *Theriaca* recens, quæ somnum inducendo dolorem non sentire facit. Mithridatium etiam recenter factum conciliat somnum. Præterea est requies Nicolai, *Philonium Rom. pillulæ de cynglossa*, quæ omnia somnum cõciliant, calidam intemperiem tollunt, & sensum exquisitum auferunt, quibus dolore vrgente vtendum. Vrget autem dolor, quando ægri dormire non possunt. Hæc igitur opiata & extra capiti admoueri, & intus assumi possunt, vt.

℞ *Succi Lactucæ* ℥ j. *Solatri* ℥ ß. *Decocti Maluar. violar. an.* ℥ ij.

Misc. & capiti admove pro fomento, vel etiam pro inunctione. Vrgente maiori necessitate, prædictis addemus *opii gr.* iij. & caput pariter fouebimus. Dum autem opio extra vti volumus, non admoueamus illud commissuræ coronali, sed fronti. Cerebrum enim minime tolerare potest opium citra noxam, commissura autem, quia est pars capitis rarior, facile opium recipit, quod non contingit, si fronti applicetur. Inunctiones etiam fiant pro somno conciliando, *Oleo violar. Nenupharino, cum vnguento populeonis.* His admotis naribus ac temporibus insigni dolore vigilias causante, somnum inducemus, si non, addamus oleis illis modicum opii vt ℞ *Ol. Nenuph.* ℥ ij. *violar.* ℥ j. *opii gr.* ij. Misc. pro inunctione. Intus vero administratur ad eandem intentionem succus *sem. pap. albi* vt ℞ Emulsionis *sem. pap. albi* ℥ iij. *vel* ℥ ß. Misc. cum emulsione *sem. Melonum*, & præbe patienti. Vel

℞ *Theriacæ rec.* ℥ j. *vel philonii Rom.* ℥ ß. *vel* ℈ ij.

Si autem dolor non adeo insignis fuerit, Anodyna potius conuenient, quæ dolorem mitigant laxando, quæ in actiuis qualitatibus debent esse temperata, in passiuis vel temperata vel magis ad humidum tendentia, vt est *succus maluarum, altheæ, emulsio Amygd. dulc. sem. Melonum lac muliebre. Decoctum sem. lini fœnugræci, flor. cham. & anethi,*

anethi, ptisana, hordeacea, quibus accedant pinguedines moderatæ, vt est pinguedo gallinæ, vituli, &c. Hæc omnia laxando ac demulcendo dolorem mitigant, quibus accedunt *oleà, lil. alb. chamom. amygd. dulc. ros.* vt ℥ *ol. ros.* Lactis mulieris ante partes æquales, & capiti admoueantur. Si autem diutius medicamentum capiti adhærere volumus, deducemus illud ad linimentum. Quę vero intus sumuntur, cum caput locus affectus sit pars remota, semper iis aliquid permiscendum, quod sit vehiculum medicamenti, vt ad caput deferatur, illud vel sit acetum moderatum, nimium n. vigilias excitat, vel potius succus citri aut limonum, qui magis placet, non enim habet vim vigilias inducendi.

Hactenus de medicamentis egimus, quæ ad vitalem virtutem pertinent, iam ad ea veniendum, quæ curam magis respiciunt. Si igitur dolor erit ab intemperie calida, conuenient refrigerantia, vt est *succus endiuiæ, cichorii, lactucæ, violarum, portulacæ, polygoni, semperuiui, pampinorum vitis* & similium. *Oleum violar. & sesamimum*. Hordeum etiam viride exsiccatum & in puluerem redactum confert: Vt.

℥ *Succi endiuiæ*, Lactis muliebris ante partes æquales, *farinæ hordei q. s.*

Pro linimento. In intemperie frigida insistemus moderate calidis, qualis est *succus betonicæ, saluiæ, stechadis, serpilli, maioranæ, flor. chamomeli & anethi* His accedant aromata: *zinziber, cinamomum,*

momum, macis. Ex his multa componuntur, stillicidia, inunctiones, fomenta, emplastra. Inter composita est *Theriaca* non recens, *mithridatium* non recens, *oleum anethinum, chamomel. rutaceum, nardinum, conf. de betonica, ex saluia, &c.* Vrgente vero maiore necessitate, etiam ad calidiora ascendere licet, *Gal. 2. de comp. med.* ascendit ad *thapsiam, euphorbium, sinapin, fimum columbinum*, quæ vim maiorem habent calefaciendi, & si dolor externas potius partes occupet, iis etiam extra vtamur, sic valens medicamentum tale præscribamus:

℞: *Euphorbii* ʒ j. *ceræ* ʒ ß. *ol. antiqui* ʒ j. ß. Misc. pro linimento, conferet & tale stillicidium. ℞ *flor. chamo. pulegii, calamenti mont. ana. m. j. sem. fœniculi dauci an.* ʒ ß. *ol. gm.* ℔. vj. *misc. & decoq. per 3. vel 4. horas*, pro stillicidio capiti admouendo. Si intemperies sicca fuerit, inungamus *caput cum pinguedine gallinæ vel vituli, cum lacte muliebri, succo maluæ, vel althææ, ol. amygd. dulc.* Si præter intemperiem materia adfuerit, & hæc si flatulenta sit, discutiemus eam cum *flor. chamomeli, æthi, sem. anisi, fœniculi, cymini*, quæ vim habent rarefaciendi, discutiendi, & flatus dissoluendi: Si vero materia corpulenta fuerit, euacuanda erit per nares, palatum & partes cutaneas, vnde masticatoria & nasalia conuenient. Vtendum est autem masticatoriis non nigratis nec amaris, vt est *ciclaminus, iris, staphisagria*, ab his abstinendum, & vtendum *mastiche, zinzib. macis, &c.* Vt. ℞ *Masticis*

sticis tragac. an. ʒ ij. *zinzib.* ʒ ß. *cera q. s.* Pro masticatorio. Si valentiore indigemus.

℞ *Masticis* ʒ ij. *pyrethri* ∋ j. *sinapi* ∋ ß. & *cum cera q. s. f.* Masticatorium: sed & nasalibus vtendum, quorum alia attrahi possunt naribus, alia in formam pulueris naribus immittuntur: Attrahitur *succus betæ, maioranæ, betonicæ, saluiæ, iuæ, &c.* Hæc naribus attracta caput expurgant: Sic in materia pituitosa vtemur iis, quæ à similitudine quadam pituitam attrahunt è naribus, vt est *infusio agarici*: In materia *biliosa* vtemur *infusione rhabarbari*; In melancholica, *infusione sennæ vel hellebori nigri*: Si pulueres insufflare volumus, fiant ex prædictis, Vt.

℞ *Pulu. masticis* ʒ j. *pyrethri zinzib. an. gran.* v. quæ intra nares insufflentur. Huc accedunt inunctiones ad palatum factæ ex gratis & iucundis, vt si inungatur palatum cum *dia sinapi*, communiter *Mostardam* vocant: Rotulæ etiam in ore detineantur: ℞ *zinzib. macis pyrethri ana.* ʒ j. *sacch. opt.* ʒ j. *misc. cum aq. maioranæ f. rotulæ.* Porro materia dolorem faciens si aliunde in caput feratur, vtendum est repercutientibus, quæ frigida & sicca sint, & crassarum partium, vt est *succus polygoni, vuæ immaturæ, rosarum; ol. omphacinum*, rosatum, myrtinum, Vt. ℞ *ol. ros. omphac. an.* ʒ ij. *succi citri vel limonum* ʒ ß. *misc. qua inunctione madefiat linum & commissuræ coronali applicetur.* Si materia fuerit frigida, ex *Gal. 2. de comp. med.* j. vti licet *ol. chamo.* facto ex floribus chamomeli im-

maturis, vt habeant vim astringendi & repercutiendi, quo permixto ex *ol. rosati & aceto, f. tale oxyrhodinon. ℞. ol. chamo. ex floribus immaturis* ℥ j. ℞. *ol. rosati* ℥ ℞. *aceti* ℥ vj. *misc. pro oxyrhodino*, quod commissuræ coronali applicetur, si repletio totius non prohibeat. Si materia dolorem faciens, in capite quiescat, non repercutientibus sed resoluentibus vtemur, quæ euacuant trahendo à centro ad circumferentiam, quæ & intus & extra administrantur. Intus vtamur potu aquæ sulphureæ & potu ligni sancti: habet enim vim discutiendi, eradicandi ac dissipandi materiam quiescentem. Extra admouenda, quæ vim habent resoluendi, vt sunt stillicidia aquæ sulphureæ, commissuræ coronali applicata, vel fiat stillicidium ex *oleo chamomelino, rutaceo, laurino, &c.* quæ rarefaciendo vim habent dissipandi materiam. Efficax etiam est vnguentum Agrippæ: præterea fomentis etiam vti licet, factis cum spongia madefacta, in decocto *saluiæ, betonicæ, diptami, calamenti montani, &c.* quæ vim habent rarefaciendi, resoluendi & absumẽdi materiam; conferunt etiam pulueres commissuræ coronali applicandi, vt est puluis ex *iua, ex stechade bethonica, pipere, cinamomo* & aliis. Ex quibus suffumigium paretur, *Vt*: ℞ *zinzib. piperis cariophyll. an.* ℥ ij. *mis. decoq.* in aqua cuius fiat euaporatio tum ad nares, tum ad aures: Vapor iste ob substantiæ tenuitatem facile altum petit, & materiam quiescentem attenuat, dissipat & ad resolutionem parat.

parat. Sic si auribus applicabimus gossipium madefactum in aliquo oleo vt diutius ibi detineatur, eundem scopum assequemur; Oleum autem ad hoc efficax probatur, factum ex seminibus fœniculi, destillatum tamen, in modica enim copia auribus admotum habet insignem vim exsiccandi & resoluendi materiam. Tandem si eandem materiam consideremus non ratione, qua est genita, sed qua est generanda, cum generetur modo ab epate, si fuerit materia calida, modo à ventriculo, si frigida; hinc oritur indicatio corroborandi hæc viscera, ne gignant talem materiam; vnde si propter epatis caliditatem fiat bilis, contemperandum erit refrigerantibus. Si propter ventriculi frigiditatem pituita gignatur contemperandum calefacientibus. Postremum genus auxilii in victus ratione consistit, quæ semper præpositis remediis correspondeat.

SEQVVNTVR EXEMPLA CVRATIONVM DOLORIS Capitis.

Consilium Italicum Herculis Saxoniæ pro fœmina quadam in cephalæa.

HÆc mulier non tantum laborat dolore capitis antiquo, quam cephalæam dicunt Medici, verum etiam retentione mensium: Percipit autem dolorem non modo in capite, sed

etiam in humeris, tibiis & aliis partibus corporis prope iuncturas. Cum autem hæc sint symptomata quæ fœminam infestant, quæritur de eorum causa. Et cum dolor sit à soluta vnitate, considerandum est, quænam sit huius solutionis causa: Dolor autem non est perpetuus, sed accedit & recedit per interualla. Erit igitur huius vnitatis solutio non ab intemperie simplice, sed ab intemperie cum materia. Quæ vero sit hæc materia, excitans dolorem illum, an vaporosa an corpulenta, statuendum est ex multis indiciis, materiam non modo vaporosam sed & corpulentam esse, hoc est, pituitosam, & cum adsit suspicio de morbo gallico, accedit humor acris & adustus ab epate originem ducens, præterquam quod humor pituitosus affluens ad partes à capite accedit, & quia gallico morbo adest mensium suppressio, aliqua etiam portio inde affluit. Sunt igitur tria loca, à quibus materia suppeditatur: *Vterus, epar & caput*; etsi autem dolor capitis videtur esse leuis considerationis, non enim multum de eo conqueritur, cum tamen sit diuturnus, indicat insignem adesse intemperiem, quæ qualis sit ex colore faciei & qualitate doloris cognoscitur, qui dolor non est mordax, sed grauatiuus potius, qui indicat intemperiem frigidam cum materia pituitosa coniunctam; refert tamen mulier, se quandam etiam mordacitatem percipere, quæ non est nisi à retentis mensibus, nam antequam pateretur

suppres-

ſuppreſſionem menſium, dolorem tantum percepit grauatiuum, ſed intra ſex menſes poſt venæ ſectionem acceſſit mordacitas, & dolor pulſatiuus: Sed cur hic dolor perpetuus eſt, & ob leues occaſiones excitatur? *Galenus & Auicennas in cap. de cephalæa* dicunt, *cauſam perpetuæ paſſionis eſſe debilitatem capitis*, & hinc dolorem leui de cauſa excitari, vtpote à potu vini, à ſplendore ſolis, à clamore, &c. Ego vero exiſtimo, hic omnes capitis partes externas & internas laborare, quæ vel intra vel extra carnem ſunt: exteriores enim laborare patet, quod ex contactu dolor inſignis excitatur; interiores autem, hoc eſt, duram ac tenuem menyngem laborare ex eo manifeſtum eſt, quod dolor ad radices oculorum peruenit, quod argumentum Galenus dicit eſſe loci intrinſecus affecti. Recipit & hic dolor augmentum à morbo gallico, ab humore corrupto, qui à iecore ad caput tranſmittitur. Quare hæc duo ſymptomata, ſcilicet ſuppreſſio menſium & Dolor Capitis à capite, iecore & vtero originem ſuam habent, vnde etiam indicationes hauriendæ ſunt. Nam quod ad dolorem brachiorum & partium inferiorum, cum is excitetur à materia fluente in illas partes, fluxus hic coercendus eſt, & quia generatur hæc materia in capite, epate & vtero, educenda eſt genita, & ſi quę amplius gigni poteſt, corrigenda eſt intemperies dictarum partium, ne amplius generetur, & cum à ſuppreſſis menſibus originem et-

iam ducat, hi ciendi sunt. Hæ igitur sunt indicationes: Oportet enim humores euacuare, partes corroborare, non solum per qualitates manifestas, sed etiam quia adest, lues gallica, per occultas. Quæritur autem de sanguinis missione: Dolor per se videtur hanc indicare: Nam Galenus in vehementissimis doloribus sanguinem mittit: Dolor enim etsi cacochymiam habet comitem & non plenitudinem, tamen cum sanguinis missio varios humores attrahat, sanguis mittendus est, & cum sit à suppressis mensibus, partes inferiores secandæ sunt: sed an per venam sectam, an per cucurbitulas sanguis euacuabitur? *Gal. in lib. de venæsect. contra Erasist. & Auicen.* 2. 1. 3. *in cap. de curatione per sanguinis missionem*, verum modum in hoc casu determinarunt. Nam si mulier, cui suppressi sunt menses, fuerit laxa & mollis, hoc est, pituitosa, melius per cucurbitulas scarificatas quam per venam sanguis mittetur: Si vero venas habuerit amplas, & plenitudo insignis aderit, vena inferior melius secabitur. Cum igitur hæc mulier sit emaciata, & carnem habeat mollem & subalbidam & venas exiguas, arbitror in partibus inferioribus, per cucurbitas scarificatas & non per venam sectam sanguinem detrahendum esse: Cauteriorum etiam consideratio hic oritur, sed quia hæc mulier iam habet cauterium in brachio, puto cum dolor admodum sit antiquatus, non tantum permittendum esse illud in brachio; sed etiam setaceum in

nucha

nucha in occipite faciendum. Tota enim spes curationis sita est in cauteriis. Deinde humores præparandi sunt lenitiuo, melle rosato,&c. Aluus lenienda est, & non tantum ad mensium suppressionem, verum etiam ad luem gallicam respiciendum. Ego non accederem ad syrupos, qui valentissime cient menses, sed exhiberem *syrupum de betonica acetos. ſ cum melle rosato ſ. vel oxymel.* & cum modico *diaphœn.* corpus euacuarem, darem etiam *pillulas cochias propter: & pill. de hermodact. & aggreg.* deinde euacuarem humores, & exhiberem hos syrupos, qui respiciunt menses suppressos, vt sunt: *Syr. de artemisia, de v. radicibus, de betonica,* cum decoctionibus quæ calamentum recipiunt: Ascenderem etiam ad Sabinam & dictamnum, in hac secunda purgatione. Post hos syrupos materia peccans est purganda, & post vniuersales purgationes ea purgetur materia, quæ in capite est, & applicentur, quæ menses prouocant. Quæ materiam educunt ex capite, ea vel intra vel extra administrentur; extrinsecus, quæ sensibiliter vel insensibiliter; sensibiliter, vt apophlegmatismi & nasalia & pro purgatione capitis, sternutatoria, sed ab his omnino abstinerem, quia cum caput sit insigniter debilitatum, & dolor ex quauis leuissima causa excitetur, sternutatoriis augeretur & maior fieret dolor, & maior materiæ portio in caput debile attraheretur. Educenda igitur erit materia, solis apophlegmatismis, quæ ex *cera & terebinthina,*

thina, cum pipere & staphisagria & similibus parantur: Nasalia ex nasturtio conficerem, cum gossipio in decoctionibus prædictis madefacto. Purgantia intrinsecus insensibiliter adhibita, sunt: Decoctum *sarsæ guaiaci, & chinæ.* sed decoctum guaiaci maxime probo, quia lucem Gallicam respicit. Extrinsecus administranda sunt multa, quæ resoluunt ac dissipant humores in capite, vt *olea, fomenta, emplastra, pulueres, lotiones, epithemata.* Vnctiones sunt: *Oleum chamomelinum, rutaceum, anethinum: Emplastra,* ex decocto lauri, *maioranæ, saluiæ, cum farina orobi, fabarum & oleo chamomelino & rutaceo*; Fomenta, ex decocto calamenti, *origani, rorismarini,* &c. fieri possunt. Maxime autem corroborat caput, embrocatio ex aquis thermalibus facta: nam imbecillitati capitis conducit, corroborando illud. Post localia, conueniunt quæ menses cient; Talia sunt inunctiones ventris, *emplastra, semicupia, pessuli in vuluam immissi & suffumigia,* Vt.

℞ Pulu. *Nigellæ, diptami, sauinæ, colocynthidis, sagapeni, ammoniaci, been albi, &c.*

Ex pulueri zatis f. pessuli, qui humore accommodato & melle inspergantur, & in vuluam immittantur, validissime enim menses prouocant.

Suffumigia fiant ex iisdem pulueribus, inter quos sunt valentiores, *colocynthis pulueri zata,* & *helleborus* vterque. Ego sola colocynthide vtor, & per suffumigium adhibeo, & sic menses prouocare

uocare soleo. Semicupia & balnea fiunt ex decoctionibus recipientibus herbas, quæ menses prouocant, vt ex *pulegio, origano, mentha, sauina, diptamo.* In his magna vis est, menses potenter prouocandi. Vnum moneo dignum obseruatione, quod originem deducit ex eo, quod proponit *Gal. 4. κατὰ τόπους, de cephalæa:* Nam cum dolor excitatur in capite, non tantum à materia impacta, verum etiam ab insigni debilitate capitis, ait Gal. non tam esse agendum medicamentis caput exiccantibus, quam reuellentibus materiam quæ ascendit in caput, vt caput corroboretur: Proponit autem præter alia, *clysterem*, qui in hac muliere nostra non prodest, quia etsi dolor capitis à partibus inferioribus augmentum sumit, tamen cum clyster materias deriuet ad vterum, & purgationes suppressas magis supprimat, omittendus erit. Reuellentia autem debent esse *ligaturæ, frictiones & cucurbitulæ.*

IN CEPHALÆA EX SVPPRESSIS MENSIBVS:

Consilium Italicum Marci de Oddis.

HÆc fœmina Germana ex quatuor laborat affectibus, quorum duo sunt antiqui, duo recentiores: Antiqui sunt: Suppressio mensium; & Dolor Capitis: Recentes sunt: Lassitudo quædam & febricula. Incipiemus à suppressione mensium, quos iam se per annum habuisse negat. Hæc mensium suppressio aut fit ratione totius

tius aut vteri: Ratione totius, quando non trãsmittitur sanguis superfluus ad vterum; ratione vteri, vel ob coarctationem, quando vterus contorquetur in alterutram partem, vnde vasa obturantur, vt purgationes non possint inde prodire; ob constrictionem, si tumor adsit, vel scyrrhus, vnde vasa constringuntur: Puto ego in hac fœmina menses ob coalitionem & obstructionem supprimi : vnde etiam dolor capitis consecutus est, qui cum duret, cephalæa dicitur, est enim continua, & habet quasdam exacerbationes; per quædam enim interualla aggregatur copia materiæ, quæ cum magis distendat partes, nihil mirum si dolores inde exacerbentur; est autem materia potius frigida, conqueritur enim de dolore grauatiuo potissimum. Videndum autem hic est, in qua parte intemperies illa consistat cerebri, non enim est in ipso cerebro, quod sensus expers est, ad tactum autem, cum dolorem sentiat, internam quoque partem affectam esse, indicio mihi est, quod dolor pertingit ad radices oculorum; Non est autem ipsa cerebri substantia affecta, cum ipsa non sentiat, sed vtraque potius meninx. Cum autem epar habeat satis calidum, censeo cum materia bilioſa permisceri pituitosam & melancholicam. Quod ad lassitudinem & febriculam, existimo illas affectiones ab antiquis pendere, & si reliquis medeamur, sponte cessaturas, quamuis occasionem etiam habuerint ex laboribus, quos in frequenti

ac diffi-

ac difficili itinere perpessa est. Accessit etiam febricula propter obstructionem à suppressis mensibus, est autem inordinata febris, quia dependet ab inordinata & heterogenea materia. Lassitudinem tollemus frictionibus : affectus autem antiqui priores difficulter tollentur: Menses prouocandi sunt aperientibus; propter cephalæam autem frigidam cerebrum calidis contemperandum est. His peractis, reliqui etiam duo affectus tollendi sunt; Euacuandum autem inprimis corpus, lenita aluo educentibus materiam pituitosam crassam, electuario lenitiuo, melle rosato solutiuo, &c. Syrupi præparantes debent esse apertiui, vt est *syr. de agrimonia, de capillis Ven. de cichoreo s.* Facta præparatione corpus euacuandum diaphœnico, *melle ros. sol. pillulis item cochiis & fœtidis*, ratione vteri. His peractis. Localia administremus cerebro & vtero, cum suffumigiis balneis inunctionibus. Pro suffumigiis conuenient aperientia, & emollientia, vt *malua, chamomelum, fœniculum, anisum, fœnugræcum:* Pro inunctione conueniet *oleum amygd. dulc. liliorum alb. &c.* Valentiora sunt: *Oleum costinum, anisi, sesaminum*; non vterer autem illis potentibus, ne materiæ ad vterum fiat attractio: possemus etiam pessaria applicare vtero, Vt

℞ *Pulu. fœnugræci* ℈ ij. *pingued. gallinæ, anseris, an.* ʒ ß. *gummi,* ʒ ß. *mirrhæ,* ʒ j. *ceræ q. pro linimento s.*

Possemus addere *puluerem cymini, anisi, cum succo*

succo cyclaminis, rutæ, sabinæ. Euacuato corpore imponemus capiti localia discutientia, caute tamen, ne ratione præsentiæ bilis nimis incalescat caput. Pro fomento, imponamus *lixiuio chamomelum, lauri folia, &c.* Agaricum etiam, quia discutit materiam. Quinetiam deriuabimus materias per os, per nares, per cauteria, adhibentes nasalia, non tamen sternutatoria, quæ caput vehementer discutiunt. Pro errhino conueniet *succus Mercurialis, betæ, maioranæ.* Prosunt etiam apophlegmatismi & masticatoria, quale est *mastix*, cui progressu temporis adderem *sinapi, grana piperis, &c.* Fonticulus applicetur vel in sincipite, vel in brachio, vel in commissura coronali, &c.

IN CAPITIS DOLORE INGENTI.

C.H.D. *Pro puella, ab affecto ventriculo & vtero.*

HVic ex vaporibus & effumationibus ab vtero & ventriculo in cerebrum eleuatis, caput dolebat, in fronte, oculis, temporibus, vertice ac ceruice. Primo vsa est pillulis:

℞ *M. pill. de hiera compos. cochiar. aurear. an.* ℈ j. *cum aq. betonicæ f. pillulæ, &c.*

Ad prohibendas effumationes à pastu vsa est hoc puluere:

℞ *Coriandri præp.* ʒ vj. *cinamomi,* ʒ ij. ß. *sem. fœniculi anisi an.* ʒ ij. *cymini aceto præp. carui an.* ʒ ß.

rosar.

rosar.rub. ℈ ij. ß. *puluerizatis adde sacch. albiss.* ℥ j. *f.* puluis, vtatur à cibo.

ALTERI:

In dolore capitis ex imbecillitate ventriculi & defectu mensium. C.H.D.

Huic primo electuarium præscriptum est, pro quatuor dosibus:

℞ *El.diaphœnic.* ℥ ß. *elescoph.bened.laxat.diaturbith cum rhab. an.* ℥ iij. *lenitiui,* ℥ vj. *species diaphœnic.* ℈ ij. *mannæ el.* ℥ iij. *conf.betonicæ, fumiterræ ana.* ℥ j. ß. *misc. pro electuario.*

In frequenti alui constipatione vsa est puluere pro duabus dosibus in calefacta cereuisia:

℞ *Spec.diacarthami diaphœnic.an.* ℈ ij. *sacch.albiss.* ℥ ß. *misc.*

Hinc sumpsit de rotulis, pro corroboratione ventriculi & capitis:

℞ *Spec. aromat. ros.* ℥ j. *diaxyloaloes, dianthus, an.* ℥ ß. *cinamomi el.* ℈ j. *galangæ, cal.aromat. cardamomi, cubebar. ana.* ℈ ß. Sacch. *albiss.* ℥ iiij. *dissol.aq. betonicæ q. s. affusis.ol.cinamomi gutt.* iij. *macis gutt.* j. *f.conf. in rotulis.*

In fine cibationis condito vsa est, quantitate nucis castaneæ:

℞ *Conf. rosar.* ℥ j. ß. *geladinæ cydoniorum* ℥ vj. *pirorum moscatell.numero* vij. *cort.citri cond.* ℥ ß. *coriandri præp.* ℥ iij. *sem. anisi fœniculi an.* ℥ j. *cinamomi acuti* ℈ ij. *nuc. mosch.* ℈ iiij. *corall. rub. præp.* ℈ j.

Cum

Cum Rob de Ribes & mîua cydoniorum ſ. inciſis conditis ſ. mixtura pro condito.

Quando vero inſtant menſes, ante dies quinque vel ſex, vtatur hoc puluere, mane in calefacta cereuiſia.

℞ *Sem. dauci* ʒ iij. *ameos, ſeſeleos an.* ʒ ß. Rad. *diptami albi* ʒ ij. *galangæ* ʒ j. ß. *cal. aromat. zedoariæ, leuiſtici an.* ʒ j. *cinamomi, bacc. lauri an.* ℈ iiij. *fol. betonicæ* ℈ j. *ſuccini albi* ʒ ß. *ol. iuniperini gutt.* vij. *miſc. fiat puluis.*

Eundem vſum præſtat nodulus vino immerſus:

℞ Rad. *Valerianæ, pimpinellæ, caſſiæ lignea, diptami albi, galangæ, cal. aromat. an.* ʒ ß. *cinamomi,* ʒ j.

Craſſe contundantur, ligentur ſyndone, dentur cum filo laxo.

Humido vtero prodeſt balneum ex *artemiſia, matricaria, meliſſa, cymino agreſti, pulegio, flor. chamomeli, verbaſco, betonica.* Poſtea vterus fumigetur hoc puluere.

℞ *Caſſiæ lign. cinamomi, caryophill. benzoi, myrrhæ, ſtyr. cal. thuris an.* ℈ ij. ß. *nucis moſch. cardamomi an.* ʒ ß. *galliæ moſch.* ℈ ß.

Miſc. Incidantur craſſo modo pro ſuffumigio.

Ad dolorem capitis ſedandum conueniet ſacculus mane capiti imponendus:

℞ *Ver-*

℥ *Verbenæ m.j. ß. ſtech.citr. betonicæ cham.Ital. an.m.j. ſtech.arab.* Fol. *ſenæ an.* ℥.ij.

Ex conquaſſatis f.facculus.

Fœminæ alteri in dolore capitis ex diminutis menſibus.

℥ Rad. *Pœoniæ*, cal.*aromat.an.*℥ ß. *fœniculi* ℥ j.ß.Herb.*betonicæ,fumiterræ,an.P.ß. artemiſiæ,P.ß.* Sem.*aniſi,*ə j.*turbithel.*ə j.Fol.*ſenæ el.* ℥ iiij.ß.*rhabarb.el.* ℥.ß.*epithymi* ℥ j. Flor. *cichorii p.j.cinamomi,zinzib.an.*ə ß.

Inciſa & conquaſſata humectentur per noctem in iuſculo vel brodio gallinæ, mane calefiant,adde:*mannæ el.*℥.*IX.miſc.*

℥ Spec. *Dianthus diarhod.abb. roſ. nouellæ ana* ℥ ß.*arom.roſ.*ə j. Extr.*pœoniæ gr.*iij.cal.*aromat.gr.* ij.ſacch.*albiſſ.* ℥ iij. *diſſol.aq.betonicæ q.ſ. affuſis*; ol. *cinamomi,macis an. gutt.*ij.

Miſc.f.confectio in rotulis.

℥ *M.pill.de hiera comp.aggregat.arabic.cochiar. aurear.an.*℥ j.*miſc.f.maſſa,&c.*

In fine cibationis puluis ſtomachicus:

℥ *Coriandri præp.*℥ iiij. Sem.*aniſi, fœniculi, cinamomi an.* ℥ ij. Sem. *carui,cymini aceto præp.an.*℥ ß.*roſ.rub.*ə ij.ß.Sacch.*albiſſ.*℥ vj.*miſc.*

Pro Tragœa.

In dolore capitis intenſiſſimo ex ſanguine biliioſo. *I.S.D.*

INgurgitauerat ſe patiens ille vino potenti & aromatico, poſtridie capitis dolor ſubſecutus

est, tam intensus, vt pene deliraret; cum tertio die ad eum veniissem, iussi applicari enema:

℞ Herbarum: *Maluæ, violariæ, parietariæ, mercurialis, atriplicis, endiuiæ, cichorii, ana m.* j. Rad. *cichorii,* ℥ j. *liquiritiæ,* ℥ ß. *hordei mundi parum contusi, m.* ß. *furfurum, m.* j. *ficuum ping. num.* vij. sem. *aniſi,* ℥ ß. *melonum,* ℥ vj.

Coq. ſ. a. colaturæ.

℞ ℔ j. Elect. *diacathol.* ℥ vj. *diaphœnic.* ℥ ß. *bened. laxat.* ℥ iij. *hieræ ſ.* ℥ j. ß. ol. *violar. lil. alb. chamomel. an.* ℥ j. ſacch. *rub.* ℥ ß. miſc. pro enemate.

Poſtea tale oxyrhodinon dedi:

℞ Aq. *roſar. feruentiſſ.* ℥ iiij. *anethi, chamomeli, perſicorum, an.* ℥ vj. *ſucci roſacei,* ℥ vj. *aceti roſ.* ℥ ij. miſc. pro oxyrhodino.

Suaſi etiam, vt loco cerevisiæ ac vini, biberet *decoctum hordei cum vuis paſſulis, conſerua roſarum, & modico maſticis, cum carn. cydonior. condit.* ℥ ß.

Poſtridie hauſtum propinaui ſequentem:

℞ Aq. *endiuiæ, cichorii, acetoſæ, an.* ℥ j. *vini,* ℥ ß. Infunde: *Rhabarb. el.* ℥ j. ß. *agar. trochiſc.* ℥ ß. *epithymii,* ℥ j. *ſpicæ, gr.* v. Fol. *ſenæ,* ℥ iij.

Stent in infuſione loco calido per noctem, mane leuiter bulliant, & fortiter exprimantur: In expreſſo diſſolue:

Mannæ el. ℥ j. *el. diaphœnic.* ℥ j. ß. Syr. *violar.* ℥ ß. miſc. pro hauſtu.

Inde dolor multum mitigatus eſt: circa veſperam ad ingreſſum lecti, dedi conſ. *roſar.* ℥ j. *cum*

cum speciebus diamarg. frig. & aromat. rosati an. ℈ j. Altero die iussi secari venam brachii dextri cum magno fructu. Interim tenui victu vtebatur: Tandem cum omnia symptomata euanuissent, & melius habere cœpisset, ordinaui electuarium sequens, vnde quotidie sumeret ad magnitudinem iuglandis, vesperi & mane:

℞ Conf. *rosar.* ʒ ij. *spec. aromat. ros.* ʒ ij. *diarhod. abb.* ʒ j. ß. *diamarg. frig.* ʒ j. *pulu. corall. rub. prep.* ʒ j. *cinamomi crasse inciſi* ʒ j. ß. Syr. *de ſucco acetoſellæ q. ſ.* pro electuario, detur vsui.

Vt autem impostorum à recidiua præseruaretur, neque tam facile sæuis capitis cruciatibus infestaretur, ordinaui puluerem sequentem, de quo sumpsit, quaternis vel quinis diebus ℈ ij. *in cereuisia calefacta*, quem mire commendauit, eumque postea in frequente vsu habuit:

℞ Spec. *dianthus, diamoſch. dulc. ana.* ʒ j. *pliris arch.* ʒ j. ß. aromat. *ros.* ℈ iiij. pulu. *ſenæ prep. montagnanæ.* ʒ ß. spec. *diarhod. abb.* ʒ j. ß. *diaturbith cum rhab.* ʒ ij. pulu. *rhabarb. el.* ʒ iij. *cinamomi acutiſſ.* ʒ ß. *ſpicæ* ℈ j. miſc. pro Tragœa. His integre conualuit.

In dolore capitis & aliis quibuſdam ſæuioribus ſymptomatibus. C.H.D.

MAgnifice vir, Domine & patrone colende; Cum Mag. Tuæ literas acciperem, Cuſtrini eram, accersitus ad viduam Hippolyti, grauiter & cum periculo vitæ decumbentem.

Etsi autem multiplicibus curis occupabar, & festinante atque instante tabellario, non relinquebatur mihi spacium considerandi & expendendi tanta varietate inuolutum morbum: tamen aliquid interea scribendum esse duxi, sed cogitaturus sum paulo post domum reuersus de morbo accuratius. Ex iis, quæ commemorantur in literis, apparet in sanguine virginis Annę agitationem & perturbationem exortam esse, sine dubio ob corruptionem aliquam sanguini inductam, qua irritata vis expultrix, tanto impetu sanguinem per dextram narem propulit. Idem fere in vino accidere solet hac parte anni, cum corrumpi velle videtur. Ibi enim vel sponte vel occasione aliqua fit agitatio, & eiusmodi commotio, vt per operculum etiam vasis exitum quærat. Quamuis autem mihi causa, quæ sanguinem incitare potuit, ignota est: Tamen cum virgo ipsa ea sit ætate, vt menses iam appropinquare debere videantur, ipse quoque arbitror, noxium illud veneno simile, quod in sanguine continetur, & per menses nunc excerni debebat, detentum sanguinem corrupisse, & vi expultrici occasionem non leuem dedisse ad agitandum, turbandum, sursum protrudendum & expellendum id quod sanguinem inquinauit. Hanc sibi, vt apparet, viam natura delegit, qua conata est se à noxio illo, quod infestabat, liberare, confuse tamen & symptomatice. Hac se parte primum natura leuare voluit, alias postea

vias

vias aggressura, ac proinde cum inhibita est hæmorrhagia protinus vis expultricis se ad alteram viam conuertit, exortæque sunt compressiones in præcordiis & circa pectus. Cumque robur hominis maxima ex parte in sanguine consistat, non mirum est, profusa tanta sanguinis copia virginem ipsam vehemẽter debilitatam esse. Postea vbi hæmorrhagia desiit, natura conuertit ad alias vias, ortique sunt capitis dolores intolerabiles & vomitus laborioſi. Sed si affectus, quia non perpetuo durant, & suas habent intermissiones, statisque temporibus recurrunt, per consensum fieri videntur, nempe ob corruptam aliquam materiam in inferioribus corporis partibus delitescentem, & suis temporibus prorumpentem, vnde regurgitatio fit in ventriculum, qui cupiens molestum illud à se excutere, magno conatu naturam ad vomendum incitat, ita primum noxium illud cum cibo antea sumpto reiicitur; postea etiam pituita tenax à ventriculo auulsa prodit. Hoc partium inferiorum statu necesse est prauas exhalationes in caput ferri, & caput ipsum molestia ac dolore affici: Inprimis autem magnus cum cerebro consensus est, orificii ventriculi propter neruos insertos; inde fit vt affecto ore ventriculi, (sicut affici necesse est ex illa regurgitatione & laborioso vomendi conatu) ex noxiis fumis simul adscendentibus & trahentibus maximi excitantur dolores capitis, cum multa lancinatione, ita vt dolor vsque ad

radices oculorum se extendat, & visus obtenebrescat ac diminuatur. Sed hanc tamen visus obscuritatem mitiorem iam redditam esse intelligo, ipsumque etiam morbum ob diminutam materiam, paroxysmos non habere tam frequentes vt antea, sed bidui nunc interstitium plerumque interponi. Periodicæ accessiones arguunt quiddam peculiare inesse huic morbo, & vapores apparet esse crassiores, qui attolluntur ad caput, qui non facile difflantur, sed in membranas sæuiunt ad quatuor horas, cumque consumptum est vaporosum illud, iamque dolores capitis & vomitus cessant, reliquum natura per sedes excernit, compatientibus extremis & corde ipso præ debilitate & labore palpitante. Ex his morbi moribus apparet, latitare aliquid in sanguine & infernis corporis partibus noxium, quod hactenus cumulatum & impactum nunc natura incitata ad motum per vices expellere conatur. Quanquam autem non dubito ad dolorem capitis mitigandum ea fieri, quæ fieri alioquin solent, & ad reprimendum vomitum imponi sacculos, illiniri vnguenta, &c. tamen inde non mitescit morbus sed potius exacerbatur, natura quasi indignante, actioni suæ remoras & obstacula obiici. Erit igitur potius ratio ineunda, quomodo natura à noxia illa materia aliquo modo releuari possit, vt pauciore reddita materia, & noxia qualitate expulsa vel sopita, morbus paulatim decrescat & euanescat. In ista autem

autem turbatione & malitia humorum vtẽdum putarem hoc tempore ac rerum ſtatu, primum epicraſi quadam, ſeu contemperatione & mitigatione, vt humores maligni mitigati, minus fæuiant. Sed ſcio, abhorrere ipſam à medicamentis, nec ſufferre fortia poſſe: Proinde conſulerem, vt herbæ & radices coquerentur in iure gallinæ, vt mane, diebus à paroxyſmo liberis de hoc iure colato & expreſſo, biberet, ad leniendum & attenuandum humorem, & aperiendas obſtructiones inferiorum partium, vbi fomes huius mali latet, & veluti per inſidias prorumpit. Deinde opus eſſet leni aliqua euacuatione, quæ materiam veluti carpendo pauciorem redderet: In eum vſum notaui herbas, quæ poſſunt veſperi iniici in hauſtum iuris gallinæ feruentis, mane rurſus calefieri, non coqui, colari & exprimi, atque in ea colatura diſſoluere Manna, rurſumque colari & ebibi, mane, dum adhuc calet: Lenis eſt euacuatio non agitans ſed leniter ſaltem eliciens peccantem materiam è corpore: Quod ſi aut patiens vti non poſſet, aut vſa vacuando pergere, & id quod ad caput rapit, detrahere cuperet, notaui pillulas lenes capitales, de quibus ſi interdum ſcrupulos duos aut etiam amplius (modo calor non adſit,) vſurparet, non dubito, quin id cum iuuamento notabili factura eſſet. Opus etiam eſt ventriculi & capitis confortatione, cum aliquo ad malignitatem humoris reſpectu: In quem vſum notatæ ſunt ro-

tulæ, vt de iis interdum quatuor vſurpet; Ac diebus à paroxyſmo liberis omnino neceſſaria eſt externa quoque ventriculi cõfortatio, ne à tam impetuoſis reiectionibus vires eius proſternantur ; Poſſet igitur facculus ſtomachalis mane ventriculo imponi vſque ad tempus prandii. Ad mitigationem doloris capitis in multis, qui de acerbiſſimis capitis cruciatibus conqueſti ſunt, egregie ſemper contulit, vnguentum de alabaſtro fronti inunctum, quod non dubito berlini haberi; Alioquin multa exhibere aut imponere, quæ vel vomitum reſtringant, vel caput onerent, non eſt conſultum, nec his ita proficitur, vt cedat morbus aut abigi ſe patiatur. Poſſunt etiam herbæ quædam pro frontali imponi ad ſedandum dolorem, & diſcutiendum, vt ſunt: *verbena, betonica, ſtechas citrinum & Arabicum, chamomilla Italica*. Præterea anni tempus iam valde incommodum eſt ad medicationem, nempe in ipſis canicularibus. Erit etiam cogitãdum, quomodo poſthac fluorem ſuum menſes conſequi poſſent, ſed habita ratione hæmorrhagiæ, quæ præceſſit & teneræ conſtitutionis, in virgine. Sed de his ſcribam alias. Iam enim occupato mihi, & feſtinante inſuper tabellario, non licebat plura. Miſericors Deus ab hoc moleſto morbo ipſam clementer liberet, & Magnif. Tuam in optima valetudine cum vniuerſa familia conſeruet.

℥ Rad. *cichorii, polypodii, fœniculi, graminis an.*

℥ ij. herb. *betonicæ, chamædryos an. p.* ij. flor. *ſtechadis arab. anthus,* ℥ ß. ſem. *fœniculi, aniſi an.* ℥ j.

Conquaſſata coquantur in iure gallinæ pro digeſtiuo.

℞ Rad. *fœniculi* ℥ j. *polypodii* ℥ ß. herb. *betonicæ, p.* j. *artemiſiæ, p.* ß. *rhabarb. el. agar. trochiſc. ana.* ℥ ß. fol. *ſenæ* ℥ iij. ß. ſem. *aniſi, cinamomi, zinzib. ana* ℈ ß. flor. *anthos p.* j.

Conquaſſata ſtent in iure pulli infuſa per noctem; Mane colentur & colaturæ adde *mannæ el.* ℥ vij.

℞ *Aloes el.* ℥ j. ß. *agar. trochiſc.* ℥ j. *rhabarb. el.* ℈ ij. *turbith el.* ℥ ß. *mirobal. citr.* ℈ j. *ſpicæ, croci, cubebar. an.* ℈ ß.

Cum ſyr. de ſtechade f. maſſa pro pillulis.

℞ Spec. *aromat. roſ.* ℈ ij. ß. *dianthus, pliris arch.* ℈ j. *diarhod. abb. cinamomi el. ligni aloes macis* marg. *præp. an.* ℈ ß. conf. *roſar.* ℥ ij.

Cum aq. cardui bened. q. ſ. in ſacch. albiſſ. ℥ iij. ß. affuſa paucula aq. cinamomi f. conf. in rotulis.

℞ *Vnguenti de alabaſtro* ℥ ß.

In maximis capitis cruciatibus & dolore abdominis. I.S.D.

CViuſdam capitanei ſeruus, annorum 23. percipiebat exquiſitiſſimos dolores capitis, maxime in ſyncipite, quaſi aliquid cerebro ineſſet, quod erodendo ipſum vellicaret. Diccbat autem, ſe omnino exiſtimare, vermes eſſe

conuolutos in syncipite, instar coronæ, & ex motu eorum, eiusmodi cruciatus se percipere: In abdomine etiam sentiebat motum & grauitatem, ita vt nec ambulare nec quiescere posset: Referebat etiam, se multoties bene potum noctu in gramine dormiuisse, vnde illi verisimile videbatur, onuscum vnum atque alterum in aurem irrepsisse, à quo deinceps reliqui essent procreati. Addebat & hoc, se aliquando in paludem cum equo incidisse, ibique pene suffocatum, extractum tamen ab itineris comite, ita fuisse liberatum. Cum igitur mihi primo oboriretur de vermibus suspicio, dubitabam an & quomodo ex capite vermes si inessent, educerem; mox, vt quid in abdomine lateret, cognoscerem, propinaui hanc potionem:

℞ Herb. *Centaurii min. absynthii, agrimoniæ, gratiolæ, calamenti, rutæ, abrotani, scordii, chamædryos ana m.* ß. Rad. *gentianæ*, ʒ j. ß. *graminis*, ʒ ij. Sem. *cinæ*, ʒ j. ß. *lupinorum*, ʒ ij. Fol. *persicorum*, *p.* j. *colocynthidis*, ʒ ß.

Coq. in s. q. seri lactis ad tertias.

Colaturæ.

℞ ʒ viij. *infunde*: Fol. *senæ* ʒ j. Rhabarb. *el.* ʒ j. ß.

Stent in infusione per noctem, mane ebullant leuiter & exprimantur: In expresso dissolue: Syr. *de absynthio* ʒ iij. *misc.*

Medietatem huius potionis sumpsit ad introitum lecti incœnatus, alteram postridie calide.

lide. Deinde iussi vt parum ei daretur panis cum butyro, & præterea nihil, ac superbiberet haustum cereuisiæ absynthidis, quod fecit. Ante cœnam exhibui pillulas sequentes:

℞ M. Pill. *ex aloe, cochiar. aggregat. an.* ℈ j. extr. *esulæ gr.* ij.

Cum infusione pulpæ colocynthidos in vino generoso. f. pillulæ xxv.

Sumptis his pillulis, aluus post horam fluere cœpit, simulque eiecit animantis genus rotundum, nigricans, caudatum, instar illius, quas ranulas rotundas aquatiles nigras vocant, nostri dicunt fauſpadden/ in magna copia, cantharum fere plenum, simulque variorum humorum corruptelas. Hoc pacto, cum omnes reiectas esse, ipsumque sufficienter euacuatum existimassem, & post horas sex præbuissem iusculum carnium cum luteis ouorum, iussi vt biberet per octiduum cereuisiam ex absynthio factam. Postridie, cum multo melius circa abdomen habuisset, seque multum alleuiatum diceret, volui vt quiesceret, nihilque sumeret, præter cibum consuetum. Quarto die puluerem ordinabam, de quo sumeret quotidie, ante cœnam & prandium ℈ ij, in cereuisia calefacta, abstineret autem à cibo per horas duas:

℞ Pulu. *Lumbric. gp. nostræ* ʒ ß. *centaurii min. gratiolæ an.* ʒ j. *euphragiæ* ʒ j. ß. *ireos, pæoniæ an.* ʒ ß. *rhabarb. el.* ʒ iij. *gentianæ* ʒ j. ß. *senæ simpl.* ʒ ß. mis. pro Tragœa.

Hunc

Hunc puluerem cum per octo dies sumpsisset, ac nihil præter viscidos & aquosos humores, quotidie excreuisset, pillulas sequentes ordinaui, vt capiti melius prospiceretur: Referebat autem, se post vsum pulueris, in syncipite semper sentire motum vehementiorem, quam antea, indeque cruciatum ingentem percipere.

℞ M. pill. *aurear. assaiereth hieræ compos. cochiar. an.* ℈ j.

Cum aqua absynthii f. pillulæ nume. xxxi. inuoluantur pulu. absynth.

Post vsum harum pillularum, eiecit humores varios, sed nihil vermium. Dubiis ergo, quid vlterius facerem, syncipiti volui applicare emplastrum tale, atque ad fumum faciendum ordinaui sequentia, quæ per nares & ore hiante perciperet:

℞ Pulu. *centaurii min. marrubii, betonicæ ana* ʒ ij. *zedoariæ* ʒ ß. *angelicæ* ʒ ij. *succini* ʒ j. *antimonii crudi* ʒ j. *minii* ʒ j. ß. *boli armeni* ʒ j. *aristol. rot.* ʒ ij. *absynthii* ʒ iij. misc. f. ex his puluis grossus pro fumo.

℞ Pulu. *aloes, lumbricorum d. n. an.* ʒ ij. *fellis taurini* ʒ j. *ol. absynthii q. s.*

Ceræ q. s. misc. pro ceroto, quod extendatur super alutam, &c.

Cum hoc emplastro vsus esset, & fumum ter quaterque admisisset, tandem tredecim oblongi vermes villosi seu lanuginosi viui instar erucarum seu onisco rum, quos auriculares vulgus vocat,

vocat, per fauces nares & aures prodierunt, quos ipse digitis apprehensos extraxit. Iussi ergo, vt puluerem & fumum hunc continuaret, sed nullus amplius prodiit: Tantos autem dolores & cruciatus postea non sensit, quantos antea, sed tamen omnes nondum emotos dicebat ipse, cum adhuc in syncipite laterent aliqui. Post aliquot menses prodierunt adhuc duo, non tamē ita magni ac priores, sed postea nullus apparuit amplius, cum tamen & motum ac dolorem adhuc sentiret, nihilominus pharmaca ordinata continuaret. Cumque sic ferme sesquiannum traduxisset, tādem peste correptus, extinctus est. In toto autem hoc morbo, de ingenti cruciatu capitis conquestus est, quem tandem subsecuta est phrenesis, in qua periit.

In dolore capitis pulsante ac tensiuo præsertim in temporibus, corporis constitutione plethorica, & valida arteriarum pulsatione. I.S.D.

HIc patiens ex nimia ingurgitatione vini potentis Hispanici, in tantos incidit calores, cum pulsatione arteriarum omnium totius corporis valida, & dolore capitis pungente, vt pene exanimaretur; Erat autem alias corpore plethorico, & abdomine distento. Distendebantur autem venæ, ex spirituum sanguinisque efferuescentia, supra modum, sine aliqua putredine, quæ arterias tenui & vaporoso sanguine implen-

implendo, eiusmodi turgidam & validam pulsationem causabat. Quare potiorem curationis partem in victu consistere arbitratus, primo venam mediam brachii dextri, vulnerari curaui, postea victus rationem accuratam præscripsi; vinum interdixi, cereuisiam imperaui claram & lupulosam: Si interdum vinum appeteret, biberet parce, sed ὀλιγόφορον & cum aqua acetosa bene dilutum: Elixis potius quam assis vteretur in cibo, & vtrisque conditis vel intinctis cum omphacio vel aceto, vel succo acetosæ, vel malis Medici, vel limonum: Acetariis interdum vteretur ex oxalide & endiuia: Piscium quidem vsum non inutilem esse dixi, modo sint duriores & solidioris carnis, his tamen frugaliter & parce vteretur: Interdum sumeret cremonem hordei vel ptisanam hordeaceam: Vitaret salsa omnia & piperata aliisque aromatibus condita, & acria, vt sunt: *allium, cæpe, sinapi, nasturtium* & similia: Vitaret vehementem corporis exercitationem, nimiam calefactionem, iram, tristitiam, omnesque animi perturbationes & contentionem mentis. Quod ad pharmaca, primo ante venæ sectionem hoc clysmate vsus est:

℞ Herb. *maluæ, violariæ, atriplicis, brancæ vrsinæ an. m.* j. Rad. *cichorii* ℥ j. *polypodii* ℥ vj. *graminis* ℥ ß. Hordei mundi parum contusi m. ß. furfurum m. j.

Decoq. in s. q. aq. colaturæ.

℞ ℔ j. El. *diacathol.* ℥ vj. *de sebesten, lenitiui an.* ℥ iij.

℥ iij. ol. *violarum, lilior. alb. chamomeli, mellis ros. an.* ℥ j. Sacch. *rub.* ℥ ß. misc. pro enemate.

Post vsum clysteris & venæ sectionem, multo melius habuit. A venæ sectione nihil aliud comedit in prandio, quam iusculum cruorum clarum, atque de carne vitulina assata, cum aliquot frustulis mali Medici seu citrini, ex saccharo, ac superbibisset de emulsione sequenti, haustum vnum atque alterum:

℞ *Decocti hordei* ℔ j. ß. Sem. iiij. *frig. maior. excort.* ℥ j. ß. *diptami albi* ℥ ij.

f. s. a. Emulsio, cui adde:

Aq. cinamomi, iulepi rosati an. ℥ j. *misc.*

In cœna comedebat ptisanam hordeaceam, & parum de pullo assato, cum malo Medico. Postridie dedi hunc bolum:

℞ *Cassiæ rec. extæ* ℥ j. *pulu. rhabarb. el.* ℥ j. *spicæ gr.* iij. mis. f. cum saccharo bolus.

Ab eo dolor capitis remisit, & calor multum alterabatur.

Sequentibus diebus ordinaui hunc potum, de quo sumsit per quatriduum, ante prandium, quotidie ℥ vj.

℞ Aq. *acetosa, endiuiæ, cichorii, an.* ℥ iiij. *cinamomi,* ℥ j. ß. Syr. *de cich. cum rhab. de succo acetosellæ, oxysacch. s. an.* ℥ ij. ß. *misc.*

Post huius potionis sumptionem volui, vt pro colophone sumeret de condito sequenti, horis matutinis quotidie ad magnitudinem nucis iuglandis.

℞ Rad.

℔ Rad. *cichorii cond. crasse incis.* ℥j. *limonum cond. incisorum*, ℥ ß. Conf. *rosar. acetosellæ ana* ℥j. Spec. *diarhod. abb. diamarg. frig. ana* ℥j. ß. *diatrion santal.* ℥j. *rosatæ nouellæ* ℥ij. Syr. *de succo acetosellæ, Rob de Ribes an. q. s.* mis. pro condito.

His restitutus est, & ab hinc annos transegit xxx. cum tunc esset quadragenarius.

In capitis & artuum doloribus, cum dolore Colico, generato post febrem intermittentem.

I.S.D.

HIc febre intermittẽte laborauerat in quartam septimanam, cumque curationem huius neglexisset, in maximas ventris torsiones incidit, quibus postquam vehementer ac diu cruciatus esset, tandem febrilis materia è visceribus (in quibus omnis intermittentium febrium materia consistit,) inter peritonæi & ventris membranas deuoluta, febrem terminauerat atque finierat, sed dolores colicos ibi proritauerat: Cumque hæc materia ex istis membranis minime posset excidere, nec expeditum meatum inueniret, per quẽ in aluum prolaberetur, quasi furiosa alio tãdem impetum faciens, transiliit pars illius ad caput, & in artus corporis, vbi nouos cruciatus excitauit, neque tamen interim ventris torsiones omnes desierunt. Quare cum præmonuissem, caueret, ne materia illa furiosa, tandem tendines ac neruos occuparet, atque illam paralysis speciem ingeneraret, quam ex co-

ex colica aliquando fieri tradunt Medici: esse malorum omnium grauissimum, quod ex male curatis febribus superueniret; obnixe à me operam & opem medicam, promisitque se parituru. Quare victum imperaui euchymum, interdixi omnia calida, crassa, vaporosa, cruda, viscida & infumata. A vino ipsum abstinere iussi, à crapula etiam & venere. Quod ad medicamenta, primo clysterem præscripsi:

℞ Herbam *altheæ, malvæ Mercurialis, atriplicis, origani, calamenti, hyssopi*, Flor. *stechad. chamomeli, betonicæ, an. m.* j. *summit. anethi, m.* ß. Sem. *anisi*, ʒ ß. Rad. *polypodii*, ʒ j. *pæoniæ, acori, helenii an.* ʒ iij. *furfurum, m.* j.

Decoq. in s. q. aq. ad tertias colaturæ.

℞ ℔ j. *el. diaphœnic.* Bened. *laxat. an.* ʒ ß. *hieræ logodii* ʒ ij. ß. ol. *anethini, chamomel. lil. alb. ana* ʒ j, *mellis anthosati* ʒ j. mis. pro enemate.

Hinc ventris torsiones nonnihil mitigatæ sunt. Volui tamen, vt inungeret se circa vmbilicum vnguento eiusmodi.

℞ ol. *chamomel. anethini, absynthii, lil. alb. rutacei an.* ʒ ij. *laurini*, ʒ j. Spec. *dianisi* ʒ j. *ceræ parum*, mis. pro vnguento.

Postridie dedi decoctum, cuius dimidium sumeret mane, alterum ad ingressum lecti:

℞ Rad. *cichorii, polypodii, an.* ʒ iij. *pæoniæ, ireos, an.* ʒ j. *fœniculi, apii, an.* ʒ ij. *helenii, acori. ana* ʒ iiij. Sem. *anisi*, ʒ j. *carthami contusi*, ʒ ij. Herb. *eupatorii, betonicæ, stechadis, salviæ, cuscutæ, chamæpythios,*

paralyseos, an. m. ß. Fol. *sennæ*, ℥ vj. *agar. trochisc.* ℥ ij. *turbith el.* ℥ j.

Decoq. in s. q. seri lactis caprini ad tertias: colaturæ.

℥ ℥ vj. quibus adde: Syr. *de betonica comp. de eupatorio, oxymellis hellebor. an.* ℥ j. *ol. cinamomi gutt.* j. mis. pro potu, &c.

Postea dedi haustum solutiuum eiusmodi:

℞ *Decocti prioris* ℥ iij. *Infunde rhabarb. el.* ℈ iiij. *trochisc. de agar.* ℈ j. *spicæ gr.* v.

Stent in infusione per noctem, mane leuiter ebulliant, & fortiter exprimantur, in expresso dissolue:

Mannæ el. ℥ j. *el. diaphœnic. bened. laxat. an.* ℥ j. ß. misc. pro hausto.

Ab hoc hausto deiecit copiose: cumque postridie capitis ℞ artuum dolores nonnihil mitescerent, ventris autem dolor prorsus quiesceret, antequam quicquam tentarem vlterius, prius corroborandum cum esse duxi: Dedi itaq; hunc puluerem, in *aqua cardui bened. ac cinamomi an.* ℥ j. *syr. de succo pæoniæ* ℥ vj.

Spec. diambræ, diapraßii an. ℥ ß.

Misc. exacte, sumpsit in aurora magno cum fructu, quare iussi idem postridie repetere.

Tandem ordinaui pillulas, de quibus sumsit alternis diebus, quatuor horis ante prandium, numero XXI.

℞ M.

℞ M. Pill. *ex chamæpithy, hieræ comp. cochiar. an.* ʒ ß. *aggregat.* ϑ ij. *diagridii, troch. alhandel an. gr.* iij. Cum aq. flor. *Paralyseos* f. pillulæ nume. LXIII. Inuoluantur speciebus diambræ.

Per sex dies vsus est pillulis, & inde semper melius habuit. Post harū vsum, vt malum prorsus ex membris extirparetur, ordinaui decoctum, de quo iussi sumeret quotidie summo mane ʒ v. nec non per horas duas ante cœnam in lecto decumberet stragulis & vestibus contectus, donec sudor emanaret, quem postea diligenter abstergeret, idque saltem faceret per octiduum. Hoc cum fecisset, & quotidie egregie sudasset, quicquid vitiosi humoris per neruos & artus disseminatum erat, digerebatur & absumebatur. Denique pro colophone dedi electuarium, de quo post sumptionem potus, sumeret quotidie ante prandium & cœnam, ad magnitudinem nucis iuglandis:

℞ Spec. *diambræ, dianthus, piris arch. an.* ʒ ij. ß. *diacori,* ʒ j. ß. Conf. *betonicæ*, Flor. *paralys. anthus, an.* ʒ vj. Syr. *de succo pæoniæ, de cort. citri an. q. s.* misc. pro electuario molli.

His restitutus est. Monui tamen, vt pro præseruatione, singulis mensibus vteretur drachma vna pillularum priorum, cum custodia.

In dolore capitis intensissimo, cum febre Tertiana maligna. I. S. D.

HIc corripiebatur febre pestilenti cum summa virium prostratione & iactura. Aderat

dolor capitis vehemens, sitis inexhausta, vigiliæ ferme perpetuæ, corporis iactatio & magna inquietudo. Cum in ipso paroxysmo ad eum venissem, ipsum ferme delirantem inueni. Cum autem siti intolerabili corriperetur, ordinaui hanc potiunculam:

℞ Aq.*acetosæ*, ℥ iij. Syr.*acetos.citri limonum an.* ℥ vj. misc. pro hausto.

Deinde ordinaui pro potu decoctum hordei.

℞ *Hordei mundi, m.* ij. *coq. ad crepaturam.*

Decocti colati.

℞ ℔ vj. Rad. *graminis, acetosæ, an.* ℥ j. Sem. *melonum,* ℥ ß. *cucumeris, cucurbitæ, citrullorum, an.* ℥ ij. Conf.*rosar.* ℥ iiij. *vuar.passul.* ℥ v.

Coq. denuo s.a. colatura detur in fictili.

Hic potus mire profuit. Cum autem ad lecti ingressum appeteret priorem haustum, sic illi præscripsi:

℞ Aq. *endiuiæ, acetosæ, an.* ℥ j. ß. Syr. *de cichor. cum rhabarb. endiuiæ comp. acetositatem citri an.* ℥ ß. misc. pro hausto.

Postridie reuersus, vidi signa coctionis in vrinis. Paroxysmus autem circa vesperam rediit, & perdurauit ferme per noctem, calor tamen erat mitior, dolor etiam capitis & sitis remiserant. Aliquoties tamen de nocte biberat decoctum hordei; ordinabam autem epithema cordis, & oxyrhodinon fronti applicandum:

℞ Aq. *rosar. fragrantiss.* ℥ iij. *acetosæ, boraginis an.* ℥ j.

an. ʒ j. *aceti ros.* ʒ ij. *succi ros.* ʒ ß. *spec. pro epithemate cordis* ʒ j. ß. *diamarg. frig.* ʒ j. *camphoræ gr.* v. Misc. pro epithemate cordis.

℞ *Aq. rosar. fragrantiss.* ʒ iij. *anethi, chamomel. persicorum an.* ʒ ß. *solani hortensis,* ʒ j. *opii gr.* ij. *succi rosacei* ʒ ß. *aceti ros.* ʒ j. ß. Misc. pro oxyrhodino cum spleniis fronti ac temporibus applicando.

Dormiuerat autem per interualla cum insommiis tumultuosis: Cumque peregre illa ipsa hora vocarer, iniunxi coniugi eius, vt hausturn posteriorem postridie ante prandium per horas iij. denuo ei propinaret, de decocto hordei biberet, & epithema non intermitteret, ad conciliandum autem somnum, & alterandum capitis calorem, oxyrhodino superiori vteretur. Tertio die, cum domum reuersus illum conueniissem, retulit mihi, quo pacto me absente, interim tertio paroxysmo correptus fuerit, sed non diuturno, neque cum tam intenso calore. Antequam ergo ingrueret paroxysmus quartus, propinaui hunc haustum purgantem:

℞ Aq. *acetosæ, cichorii, endiuiæ an.* ʒ j. *vini,* ʒ ß. Infunde: *rhabarb. el.* ʒ j. *agar. trochisc.* ℈ ij. *epithymi,* ʒ ß. Sem. *citri,* ℈ j. *cinamomi acutiss.* ʒ ß.

Stent in infusione horis v. inde leuiter ebulliant & fortiter exprimantur.

In expresso dissolue:

Mannæ el. ʒ j. Syr. *violati* ʒ vj. misc. pro haustu.

Inde habuit ante paroxysmum sedes v. Rediit autem paroxysmus, sed multo mitior, neque vltra horas iiij. durauit. Postridie summo mane per horas VII. ante paroxysmum, propinaui hydroticum, & iussi vt superdormiret & sudaret, & post horam vnam atque alteram, prout vires tolerare possent, sudorem linteis calefactis abstergeret, & corpus siccaret, neque ante horam paroxysmi quicquam comederet:

℞ Aq. *acetosæ, card. bened. an.* ℥ j. Syr. *de succo card. bened.* ℥ j. *extracti card. bened.* ℈ j. *extracti acetosæ,* ℈ ß. *theriacæ andromachi vnius anni* ʒ j. mis. exacte pro haustu.

Quo sumpto sudauit egregie, neque rediit paroxysmus. Remansit tamen magna virium debilitas, pro quarum restauratione sumpsit de electuario quotidie ad ingressum lecti & ante prandium ad magnitudinem nucis iuglandis. His perfecte conualuit.

I.S.D. *In dolore capitis intensissimo ex repletione* ὠταλγία, Βαρυκοΐα, *punctione pectoris in sinistro latere, ventriculi imbecillitate & arthritide.*

HIc habebat cerebrum valde repletum & catarrhosum, ab imbecillitate ventriculi, iecoris & renum caliditate in calculo. Etsi enim cibum appetebat; tamen difficulter concoquebat, & ructibus acidis frequenter infestabatur. Erat autem alias corpore graciliore, & inordinatissime

natissime vixerat in iuuentute : Aderat etiam grauitas auditus & dolor auris dextræ,& sentiebat punctiones in latere sinistro; Insuper per interualla,præsertim post crapulam corripiebatur arthritide. Referebat autem, se exacte sentire, quomodo humores à capite ad artus defluerēt, antequam eum arthritis inuaderet. Huic primo exhibui electuarium:

℞ *El.diaphœnicom.* ʒ iij. *diacarthami,* ʒ ij. *cum saccharo f. bolus.*

Postea dedi potionem ciusmodi:

℞ Rad. *cichorii* ʒ vj. *polypodii, liquiritiæ an.* ʒ ß. *rubiæ tinct. fœniculi, graminis an.* ʒ iij. *pœoniæ, galangæ an.* ʒ ß. Sem. *card.bened. anisi an.* ʒ j. *card. Mariæ* ʒ j. *carthami contusi* ʒ iij.

Cort. Mirobalanorum omnium in oleo amygd.dulc.fricatorum an. ʒ iij.

Sem. *Melonum* ʒ ij. Fol. *sennæ* ℥ j. Agar. *trochisc.* ʒ ij.

Decoq.in s.q.aq.ad tertias:colaturæ.

℞ ℥ vj. his adde:

Syr. *de cichoreo cum rhab. de betonica comp. oxymellis helleborati an.* ℥ j. Misc.

Sign. Tranck auff ij. mahl.

De hac potione, cum medietatem vnam sumpsisset ante ingressum lecti, alteram mane, postridie præscripsi purgans ciusmodi:

℞ *Decocti prioris* ℥ iij. Infunde: *rhabarb.el.* ʒ j. *trochisci de agarico* ʒ ij. *spicæ gr.* iij. Fol. *sennæ* ʒ ij.

Stent in infusione per noctem, leuiter mane

ebulliant & fortiter exprimantur. In expresso dissolue:

Mannæ el. ℥ j. *el. diaphœnic.* ʒ ij. Syr. *violati* ℥ ß. mis. pro hausto solutiuo.

Ab hac purgatione aluus decies soluta est, vnde & punctio lateris, & capitis dolor remisit; Vt autem & cerebrum melius euacuaretur, volui, vt tertia à purgatione die, ad ingressum lecti, sumeret de pillulis sequentibus, medietatem, alteram vero, die altera, vt prius:

℞ *M. pill. de hiera comp. cochiar. aggregat. an.* ϑ ij. *cum aq. saluiæ*, f. pillulæ nume. 50. deaurentur superficietenus.

Hoc cum feciſſet, remisit ὠταλγία, vt nonnihil melius haberet, quoad auditum. Quare iussi, vt de sequenti oleo, quotidie horis matutinis instillaret in aurem, guttas iij. & postea applicaret panem calic m recentem, excauatum; quod cum per quatriduum feciſſet, melius auditus officio suo functus est: Vt autē & ventriculus corroboraretur, & caput exiccaretur, & patiens imposterum ab arthritide præseruaretur, ordinaui puluerem præscriptum, de quo iussi, sumeret alternis diebus in cereuisia calida ϑ ij. & ieiunaret per tres horas; si abhorreret à cereuisia calida, posset vti iusculo bubalo non pingui, vel decocto cicerum vel eruorum pro libito:

℞ Spec. *dianthus* ʒ ij. *diamoschi dulcis* ʒ j. Pulu. *euphragiæ*, ʒ j. *pæoniæ*, ϑ j. *cubebarum, ireos, an.* ʒ ß. *caryophyl. saluiæ, an.* ϑ j. Rhabarb. *el.* ʒ ß. *spicæ*, ϑ j.

Spec.

Spec.*diacarthami*, ℥ ij. ß. misc. pro Tragœa, detur in scatula.

Ad caput autem sacculos ordinabam, quos calidos applicaret, & continuaret per horam, semper alternando sacculos:

℞ *saluiæ, betonicæ, stechad. arab. anthus an. m.* j.. *gran. iuniperi*, ℥ ij. Sem. *anisi, fœniculi, cubebar.* Baccar. *lauri an.* ℥ j. *milii*, ℔ j. *salis*, ℔ ß.

Torrefiant in sartagine, deinde reponantur in sacculos ad vsum. Volui etiam, vt singulis mensibus vteretur pillulis subscriptis, v. horis ante prandium:

℞ *M. pill. hieræ comp. cochiar. aggregat. an.* ℈ j.

Cum aq. saluiæ f. pill. nume. xxv. deaurentur superficietenus.

His & curatus & præseruatus est.

In maximis capitis cruciatibus, cum febre tertiana maligna, & flatibus hypochondriacis, & ventriculi distensione flatulenta: 1.8.D.

PRimo ordinaui victus rationem refrigerantem, & cum aliquali humectatione corroborantem. Cumque aluus esset constipata, & in paroxysmo lipothymiis corriperetur, dedi illi hunc haustum:

℞ Aq. *acetosæ* ℥ j. ß. Flor. *buglossæ*, ℥ j. Syr. *acetos. citri, limonum, de cort. citri, an.* ℥ ß. *moschi gr.* j. misc. pro haustu.

Deinde ſtatim aluum clyſmate ablui:

℞ Herb. *violariæ, maluæ, altheæ, parietariæ, atriplicis, Mercurialis, endiuiæ, cichorii, cuſcutæ, cap. Ven. centaurii min.* Flor. *chamomeli an. m.* j. Sem. *aniſi, fœniculi ana* ℥ iij. *melonum*, ℥ ß. Rad. *cichorii*, ℥ j. *furfurum, m* j. *hordei mundi, m.* ß.

Decoq. ſa. in ſ. q. aq. colaturæ.

℞ ℔ j. *el. diaphœnic.* ℥ vj. *lenitiui*, ℥ ß. *mellis roſ. col. ol. violar. anethini, chamomel. an.* ℥ j. *ſacch. rub.* ℥ vj. miſc. pro clyſmate.

Poſtridie hunc hauſtum dedi:

℞ Aq. *acetoſæ, endiuiæ, an.* ℥ j. ß. Syr. *endiuiæ comp. oxyſacchari ſimpl. acetoſitatem citri*, *an.* ℥ ß. miſc. pro hauſtu.

Tandem dedi purgans:

℞ Aq. *endiuiæ, acetoſæ, an.* ℥ j. ß. *vini*, ℥ ß. His infunde: Fol. *ſenæ*, ℥ iij. *epithymi*, ℈ ij. *rhabarb. el.* ℥ j. *trochiſc. de agar.* ℈ j. *ſpicæ gr.* iij. *cort. citri, arantiorum an.* ℈. ß.

Stent in infuſione per noctem, mane poſt leuem ebullitionem fortiter exprimantur: In expreſſo diſſolue:

Mannæ el. ℥ j. *ſyr. ex multiplici infuſione roſar.* ℥ j. miſc. pro hauſtu ſolutiuo.

Quo ſatis conuenienter fuit euacuatus, & dolor capitis cum febri nonnihil remanſit. Pro epithemate tamen pulſibus applicaui ſeq.

℞ *Aq. roſar. fragrantiſſ.* ℥ iiij. *acetoſa*, ℥ ij. *aceti roſati*, ℥ j. ß. Spec. *pro epithemate cordis*, ℥ j. ß. *diamarg. frig.* ℥ j. *camphoræ gr.* v. miſ. pro epithemate.

In pa-

In paroxysmo & in ariditate linguæ ac faucium, & siti immensa, volui, vt frequenter aliquid sumeret de Morsulis nostris ex succo & corticibus citri & muscho paratis. Interim etiam semper sub lingua teneret trochiscos eiusmodi:

℞ *Mucilag. sem. cydoniorum: psyllii, tragacanthi facta cum aq. Nymphææ* ʒ iij. *spec. diatrag. frig.* ʒ ij. *pulu. marg. præp.* ʒ j. ß. *succi liquiritiæ* ϑ j. *farinæ hordei* ϑ ij. *gummi arab.* ϑ ß. *Aq. rosar. fragrantiss. q. s. sacch. candi albiss. q. s.* f. s. a. Trochisci parui sub lingua tenendi.

Alexi pyrethon autem hydroticon propinaui tale:

℞ *Aq. acetosæ, card. bened.* Syr. *de succo card. bened. an.* ʒ j. Extr. *card. bened.* ϑ j. *scabiosæ,* ϑ ß. *gentianæ, gr.* iij. *cinamomi gutt.* ij. Misc. exacte pro hausto.

Quo sumpto, sudauit egregie, & febris postridie nō rediit, sed remansit lassitudo in membris, quę tempore paroxysmi exasperabatur. Ordinaui ergo pillulas seq. & iussi, vt inde alternis diebus ante cœnam per duas horas, sumeret numero IX.

℞ *M. pill. hierę cum agar. cochiar. an.* ϑ j. *aggregat.* ϑ iiij. *Cum aq. cardui q. s.* f. pillulæ num. 54. deaurentur.

In dolore autem capitis, oxyrhodinon tale fronti applicaui:

℞ *Aq. rosar. fragrantiss.* ʒ iiij. *chamomeli, anethi, persi-*

persicorum an. ℥ v. *succi rosacei* ℥ ß. *aceti rosati* ℥ ij. misc. pro oxyrhodino, quod ipse miris laudibus extulit vt precioſiſſimum.

Ad flatus hypochondriacos, cum febris euanuiſſet, ordinabam vnguentum ſequens, cum quo iuſſi, inungeret hypochondrium dextrum & ventrem quotidie, idque magno cum fructu ſe feciſſe affirmabat:

℞ *Vnguenti ſplenetici noſtri* ℥ vj. *ol. chamomel. anethini, amygd. dulc. an.* ℥ ij. *rutæ* ℈ ij. *laurini,* ℈ j. *ceræ q. ſ. miſc.*

Pro colophone autem, vt corroborarentur omnia viſcera, naturalia, vitalia, animalia, præſcripſi conditum, de quo ſumeret quotidie, ante prandium ac cœnam, ad magnitudinem nucis iuglandis:

℞ *Cort. citri* ℥ j. *radic. bugloſſæ, lactucæ, Hiſp. an.* ℥ vj. *cichorii* ℥ j. *cort. arant. limonum an.* ℥ ß. *zinzib. albi calami aromat. an.* ℥ iij.

Singula hæc ſint ex conditis, quæ craſſe incidantur. Deinde adde *cinamomi acutiſſ. inciſi* ℥ j.

Pulu. *corall. rub. præp.* ℈ ij. *margar. præp.* ℥ ß. *moſchi gran.* iij. *conſ. roſar.* ℥ ij. *brodii acetoſitatis citri & zinziberis an. q. ſ.* miſc. pro condito.

Et ſic gratia DEI in integrum reſtitutus eſt.

In ma-

In maximis capitis doloribus, cum febre pestilenti, ac difficultate respirandi: I.S.D.

PVlsus erat languidus, frequens, paruus ac celer, & prorsus inæqualis; quinetiam omnes vires prima statim die conciderant. Aderant etiam dolor & grauitas capitis, & in somnum propensio, delirium, spiratio difficilis & graueolens, sitis inexhausta, deiecta appetentia, vomitus bilioſus, interiorum membrorum æstus magnus, extremitates frigidæ, vrinæ crudæ & graueolentes. Quare astantibus dixi, illum febre pestilenti laborare, eaque putrida; vtque eius præsentiam fugerent, monui. E vestigio autem ei propinaui hausturn:

℞ *Aq. acetosæ*, ℥ ij. *cinamomi*, ℥ ß. Syr. *acetosit. citri, de cort. citri, de melissa an.* ℥ ß. Misc. pro hausturn.

Inde hoc vsus est clysmate:

℞ Herb. *althææ, maluæ, mercurialis, parietariæ, atriplicis, centaurii min. chamæpythios, scordii, an. m.* j. *furfurum, m.* j. *prun. vngar. num.* vij. Rad. *polypodii cichorii an.* ℥ j.

Decoq. f. a. colaturæ.

℞ ℔ j. El. *diacathol. diaphœnic. lenitiui an.* ℥ iij. *hieræ logodii*, ℥ ij. Sacch. *rub.* ℥ ß. Ol. *chamomel. anethini, violacei, an.* ℥ j. misc. pro clystere.

Ante ingressum lecti, repetii hausturn priorem, cui addidi extracti card. bened. ℈ j. Fronti vero applicari iussi oxyrhodinon:

℞ Aq.

℞ Aq. *rosar. fragrantiss.* ℥ iiij. *anethi, chamomeli, persicorum an.* ℥ ß. *succi rosacei,* ℥ vj. *croci,* ∋ ß. *aceti ros.* ℥ ij. misc. pro oxyrhodino.

Pulsibus etiam epithema tale applicaui.

℞ Aq. *rosar. fragrantiss.* ℥ iiij. *virtutum, cinamomi, an.* ℥ j. *aceti ros.* ℥ ij. Spec. *pro epithemate cordis liberantis, an.* ℥ j. *croci,* ∋ ß. *camphoræ gr.* v. mis. pro epithemate pulsibus applicando.

Postridie cum dormiisset commode, & pulsus nonnihil in melius mutatus esset, ipseque sese nonnihil recollegisset, volui, vt aliquantulum purgaretur. Apparebat enim magna in ipso humorum putridorũ colluuies. Cum autem & à potione ac bolo abhorreret, pillulas præscripsi eiusmodi:

℞ *M. pill. hieræ s. cochiar. aggregat. an.* ∋ j. *Cum aq. cardui* f. pill. xxv. Inuoluantur speciebus liberantis.

Ab his excreuit septies. Iussi autem dari ei in prandio iusculum carnium bubularum, cui conf. boraginis & acetosellæ *an.* ℥ j. *sem. citri excort.* ℥ ß. incocta essent.

Ante cœnam duabus horis, propinaui hunc haustum:

℞ Aq. *card. bened. acetosæ, an.* ℥ j. Syr. *de succo acetosellæ,* ℥ j. Extr. *card. bened.* ∋ j. *scabiosæ,* ∋ ß. *gentianæ, gr.* iij. *misc.*

Cum deinde sponte quatuor horis à cibo abstinuisset, (indormierat enim, & paululum per totum corpus sudauerat,) dedi brodium caponum,

num, cum duobus vitellis ouorum. Pro potu autem vtebatur decocto tali:

℞ *Hordei mundi m.*iij.coq.ad crepaturam: colaturæ.

℞ ℔ v.*conſ.acetoſellæ*, ℥ iij.Sem.*citri excort.* ℥ iij. *cærnium cydoniorum cond.* ℥ iiij. Vuar. *paſſul.* ℔ ß. Sem. *melonum*, ℥ ß. Rad. *graminis*, *acetoſæ*, *an.* ℥ VI.

Coq. ſ. a. colatura clarificata detur ad vſum.

Poſtridie poſtquam ſymptomata omnia pene euanuiſſent, ipſæ tamen vires nonnihil eſſent languidiores, iuſſi, vt de ſequente potu, ſumeret medietatem vnam ante prandium horis tribus, alteram duabus ante cœnam horis.

℞ Rad.*polypodii*, *acetoſæ*, *cichorii*, *an.* ℥ ß.*pimpinellæ*, *helenii*, *diptami albi an.* ℥ j.*graminis*, ℥ ij.Sem. *citri*, ℥ j.*carthami contuſi*, ℥ ij. Herb.*ſcordii*, *meliſſæ*, *chamædmos*, *card.bened. an.m.* j. Flor. & *fruct.cord. m.*ß.Fol.*ſenæ*, ℥ vj.*trochiſcor.de agar.* ℥ j.ß.

Decoq.in ſ.q.aq.colaturæ.

℞ ℥ vj. Syr.*de cichor.cum rhab.de ſucco card.bened.oxyſacch.compoſ.an.* ℥ j.miſ.pro potu,&c.

Ab hoc ſedes v.copioſas habuit. Poſtea pro corroboratione dedi conditum ſequens:

℞ Rad.*helenii cond.pimpinellæ cond.an.* ℥ ß.*cort. citri cond.* ℥ j.ß.*limonum cond.* ℥ vj.*nucis moſch.cond. num.*j.*conſ.acetoſellæ*, *ſcabioſæ an.* ℥ j.Spec.*Liberantis cord.temp.diamarg.friz. an.* ℥ j. *brodii cort.citri q.ſ. cornu ceruiraſi*, ℥ j.miſc.detur ad vſum.

Tandem

Tandem quo tutus esset à recidiua, dedi pillulas:

℞ *M. pill. hieræ cum agar. cochiarum, aggregatiuarum an.* ℈ j. *Cum aq. card. f. pill.* num. xxv. dentur in pixide, &c.

Post triduum ab vsu pillularum, vt curationi finem imponerem, dedi Hydroticon tale:

℞ *Extr. card. bened.* ℈ j. *scabiosæ gr.* v. Pulu. *moschi gr.* ij. *croci or. gr.* iij. Syr. *de cort. citri* ℥ j. mis. pro hausto.

Quo mirum in modum corroboratus fuit, & sudauit egregie. Et sic sanitati restitutus est.

I.S.D. *In dolore capitis intensissimo cum sibilo & clangore aurium, pro virgine quadam nobili religiosa.*

HÆc patiebatur cruciatus intensissimos capitis, præsertim in suprema parte, cum clangore & sibilo aurium sine intermissione: Erat autem constipata sæpe in septimum diem, & erat annorum 38. temperamento phlegmatico, cum adusta melancholia mixto. Corpus scatebat impuris & putridis humoribus, quod inde colligebam, cum viderem eam interdum quasi lipothymia corripi, menses etiam inordinate à multis iam annis fluxerant, aderatque in omnibus membris lassitudo. Præcepi primo victum tenuem, præsertim in cœna, fugeret acria, salita,

lita, vaporosa, & infumata, crassa & viscosa omnia. Postea præscripsi enema:

℞ Herb. *malvæ, althææ, violariæ, parietariæ, atriplicis, Mercurialis, an. m.* j. *eupatorii mes. ceterach, artemisiæ, chamædryos, centaurii min. an. m.* ß. Flor. *chamomeli m.* j. Sem. *anisi* ʒ. ß. Rad. *apii* ʒ iij. *polypodii* ʒ vj. *cichorii* ʒ j. Furf. *in petia lig. m* j. prun. *Vngar. num.* vij.

Decoq. f. a. pro enemate. De colatura expressa.

℞ ℔ j. *el. diaphœnic.* ʒ ß. *cassiæ pro clyst.* ʒ j. *hieræ logodii* ʒ ij. ol. *chamomel. anethini, violar. mellis despumati an.* ʒ j. *sacch. rub.* ʒ v. misc. pro enemate.

Id retinuit ferme per horam, inde cum fœnore reddidit. Postea exhibui haustum sequentem:

℞ Flor. *& fruct. cord. m.* ß. Sem. *anisi* ʒ j. Fol. *sennæ,* ʒ ß. Agar. *trochisc.* ℈ ij.

Decoq. f. a. colaturæ.

℞ ʒ iij. in his dissolue: *Mannæ el.* ʒ j. *el. diaphœnic.* ʒ iij. *ol. anisi gutt.* j. Misc. pro haustu purgante.

Inde deiecit sexies magnam saburram & colluuiem humorum putridorum. Deinde volui, vt etiam potione infra scripta vteretur, ac per triduum sumeret inde, horis matutinis ad ʒ. v.

℞ Rad. *polypodii, cichorii an.* ʒ. v. *fœniculi, asparagi, apii, arist. rot. rubiæ an.* ʒ iij. *galangæ, gentianæ, pœoniæ, an.* ʒ j. Sem. *carthami contusi* ʒ iij. *anisi, card. bened. sileris montani an.* ʒ j. ß. Herb. *artemisiæ, cus-*

cutæ, cap. Ven. ceterach, eupatorii mes. chamædryos, centaurii min. saluiæ, maioranæ, stechadis ana m. ß. Cort. rad. capp. tamarisci an. ʒ iij. Fol. sennæ ℥ j. agar. trochisc. ʒ j. ß. epithymi m. ß.

Decoq. in s.q. aq. ad tertias: colaturæ.

℞ ℥ ix. *syr. de artemisia, de betonica comp. oxymellis helleb. an. ʒ j. ß.* misc.

Hunc potum sumpsit magno cum fructu. Postea dedi pillulas, de quibus sumeret medietatem primo die ad ingressum lecti, ad minimum quatuor horis à cœna; alteram medietatem vespere sequente:

℞ M. *pill. sine quibus, aurear. cochiar. hieræ comp. an. ϑ j. gr. v.*

Cum aq. betonicæ, f. pill. numc. 42. deaurentur superficietenus.

Post vsum harum pillularum, remisit omnis dolor capitis, & clangor aurium cum sibilo. Pro corroboratione tamen, ordinaui compositionem sequentem, de qua sumeret quotidie ante prandium morsulum vnum:

℞ *Spec. dianthus ʒ ij. pliris arch. diagalangæ ana ϑ ij. ß. corall. rub. præp. ʒ ß.* ol. *anisi, macis, coriandri, an. gutt. ij. cinamomi gutt. iiij. sacch. albiss. ℥ v. dissol. aq. card. bened. f. s. a. confer in morsulu.*

Vt autem in posterum præseruaretur, volui, vt primo aperiretur vena saphena pedis interioris dextri, deinde vt singulis mensibus vteretur pillulis cum custodia:

℞ M.

℞ *M. pill. ſ. quibus, hierę picrę compoſ. cochiar. an.* ℈j *aggregat.* ℈ß.

Cum aq. betonicæ, f. pill. numero xxxi. Inuoluantur ſpeciebus dianthus. Et ſic curata eſt.

In maximo capitis dolore & aſtrictione alui: I.S.D.
Pro quadam grauida.

HÆc vtero gerebat in menſem ſextum: Cõquerebatur autem de intenſiſſimis capitis doloribus : Aderat etiam alui conſtipatio in quartum diem, cum antea etiam rariſſime intra triduum, alui beneficium habere conſueuiſſet. Vocatus ad illam, enema proponebam, à quo ipſa abhorruit, neque etiam lenitiuum per os admittere volebat: Quare maritus inter ſpem ac metum neſcius, quid ageret, exterius ei vt ſubuenirem, flagitauit: Dixi, dolores capitis oxyrhodino mitigari quidem poſſe, ſed tolli non poſſe. Voluit igitur, vt oxyrhodino prius aliquid tentarem, quod vt fronti ſpleniis applicaret, iuſſi:

℞ *Aq. roſar. fragr. antiſſ.* ℥ iiij. *anethi, chamomeli, perſicorum an.* ℥ vj. *ſuc. roſar.* ℥ v. *aceti roſ.* ℥ ij. miſc. pro oxyrhodino, &c.

Inde dolor nonnihil mitigatus eſt, ſed aderat ſumma virium debilitas, & perpetuæ vigiliæ, cum inquietudine corporis illam agitabant; quod cum vidiſſem, ac matrem cum infante periclitari, marito & aſtantibus indicaſſem, niſi

mature opem ferre permitterent, à marito quæsiui, vtrum è duobus vellet potius videre saluum, matremne an infantem? Respondit, si possibile esset, liberarem vtrumque; sin minus, matrem saltem. Quare, cum me operam daturum promisissem, me vtrumque seruaturum, si possem, dedi electuarium sequens ante cœnam:

℞ *Conf. rosar.* ℥j. *rhabarb. el. taleatim inciſi,* ʒj. *ſpicæ gr.* ij. *cinamomi acutiſſ. inciſi* ∋ ß. misc. pro dosi vna.

Post sumptionem huius electuarii, elapsa hora vna atque dimidia, iusculum dedi parum vel nihil salitum, sic satis pingue, carnium bubularum; quod cum sorbuisset, post quadrantem horæ, aluus soluta fuit, deiecitque ante horam noctis quater; volui tamen, vt in cœna etiam parum comederet de ouo sorbili, atque superbiberet hausium vnum atque alterum cereuisiæ claræ, quod fecit: De nocte vero habuit sedes copiosas tres, ac postridie sex per totum diem: Dolor itaque capitis remisit, atque deinde per quatriduum semper copiose excreuit, adeo vt metueret sibi de fluxu alui: Volui ergo, vt quotidie iusculum carnium caponum vel pullorum, cui incoctæ essent ʒ iij. *conſeruæ roſ.* ante prandium ac cœnam ebiberet, & sic Dei beneficio liberata fuit, & iusto tempore enixa est filium sanum, qui adhuc viuit. DEO GRATIA.

In do-

In dolore capitis cum contractione omnium membrorum & matricis dislocatione. I.S.D.

CONquerebatur initio de variis symptomatibus, de dolore hypochondrii sinistri, circa os coxendicis, de dolore tensiuo ventriculi circa eius orificium, de dolore capitis præsertim in summitate, de frequente motu matricis, & calore præternaturali in omnibus membris, cum lipothymia per interualla recurrente. In tanta Syndrome symptomatum, cum causas indagarem, omnia hæc mala ferme ab vna matrice causari animaduertebam, quod post partum non satis sufficienter esset expurgata, & sanguis in matrice & venis supercalefactus, & ex putredine putridos vapores etiam principalioribus membris communicans, eiusmodi symptomata causabat. Quare, cum ventriculus vix cibum etiam in pauca quantitate admitteret, præscripta victus ratione exquisita, iussi inter cætera, vt inter iuscula carnium, *conseruas* misceret *boraginis, rosarum, anthus, &c.* & in iusculis eruorum ac cicerum incoqueret *radices aperientes* & vrinam mouentes, vt *radices petroselini, graminis, bruscі, asparagi, diptami*, &c. A vino abstineret, cerevisiam biberet diureticam. Quantum ad pharmaca, cum esset aluo constipata, volui vt clysmate leui elueretur:

℞ Herb. *maluæ, altheæ, violariæ, parietariæ,*

Mercurialis, matricariæ, artemisiæ, hyssopi, chamepytheos, Flor. *chamomeli, betonicæ an. m.* j. Rad. *cichorii, polypodii querc. an.* ℥ j. *furfurum m.* j.

Decoq. in s.q. aq. ad tertias: colaturæ.

℞ ℔ j. cl. *diaphœnic. diacathol. an.* ℥ iij. *bened. laxat.* ℥ ß. *hieræ s.* ℥ j. ß. ol. *violarum, lil. alb. chamomeli an.* ℥ j. *sacch. rub.* ʒ ß. *vitelli ouorum num.* ij. mis. pro enemate.

Inde alleuiationem sensit manifestam, retinuerat autem ferme per horam. Post vsum clysmatis, cum omnium ferme pharmacorum vsum respueret, hortabar, vt vteretur saltem per octiduum decocto sequenti ante cœnam per horas duas, ℥ v. si mane sumere nausearet:

℞ Rad. *asparagi, graminis, fœniculi, brusci, petroselini, rubiæ an.* ℥ iij. *ireos, diptami albi an.* ℥ j. ß. *cichorii,* ℥ j. *acetosæ,* ℥ ß. *gentianæ,* ℥ j. ß. Sem. *melonum* ʒ vj.

Decoq. in s.q. seri caprini ad tertias: colatura depurata & cum albumine oui clarificata detur in fictili ad ℔ iij.

Dulcia autem maxime auersabatur, quare tale decoctum propinare coactus sum, quo nihil inesset, quod saporem dulcē redderet. Cum de hoc decocto sumsisset x. doses, præscripsi vndecimo die purgationem, qua vsa est tribus horis ante cœnam.

℞ *Decocti prioris* ℥ iij. Infunde: Fol. *sennæ,* ℥ ß. *agar. trochisc.* ℥ ß. *epithymi,* ℈ ij. *rhabarb. el.* ℥ j. *spicæ, gr.* iij.

Stent

Stent in infusione per noctem, mane ebulliant leuiter & exprimantur: In expresso adde:

Mannæ el. ℥j. *ol. cinamomi gutt.* j.

Hoc haustu admodum debilitabatur, post XII. sedes, vt cogerer ad ingressum lecti præbere aliquid aquæ cinamomi cum vino maluatico. Præscripsi etiam epithema pulsibus applicandum.

℞ Aq. *rosar. fragrantiss.* ℥ iij. *virtutum,* ℥j. ß. *aceti ros.* ℥ij. *succi ros.* j. *spec. pro epithemate.*

Postridie retulit mihi, se illa nocte mediocriter dormiisse, & iam melius habere, quamuis dolor in vertice capitis adhuc perseueraret, quanquam non tam intensus esset: remiserat etiam illa matricis nonnihil commotio, ita tamen, vt per interualla aliquando rediret, quare vt matrix ad pristinam sedem rediret, emplastrum applicari iussi:

℞ *Asæ fœtidæ, sagapeni, castorei an.* ℥ ß. *galbani,* ℥j. ß.

Gummata dissoluantur aceto, deinde adde:

Pul. Masticis, balaustiorum, succini, malicorii, an. ℥ ß. *corall. rub. præp. rad. bistortæ an.* ℈ j. *axungiæ castorei* ℥ iij. *ol. mastichini* ℥ j. ß.

Ceræ q. s. Misc. extendatur super alutam & obducatur Syndone, & diligenter interpastetur.

Hoc emplastrum posuit circa vmbilicum

paulo supra locationem matricis, vnde matrix coacta ad propriam sedem rediit, per interualla tamen ad locum consuetum reuoluebatur, inductis variis symptomatibus; sed quandocunque applicabatur emplastrum, intra horas 24. repellebatur: Postquam autem calor cum reliquis symptomatibus nonnihil remisisset, statim ordinaui insessum pro corroboratione matricis, in quo sederet per horam vnam atque alteram ante prandium.

℞ Herb. *Mercurialis, parietariæ, altheæ, origani, calamenthi, matricariæ, hyssopi, artemisiæ, pulegij, melissæ, an. m.* iij Flor. *chamomeli, stechadis citr. betonicæ, ana m.* iiij. Rad. *acori, bistortæ, altheæ, ana* ℥j. ℞.

Incisa dentur ad insessum.

Antequam vero ingrederetur balneum, volui, vt semper sumeret de puluere sequente, ℥ß.

℞ Pulu. *castorei*, ℥ ij. corall. *rub. præp. cornu cerui vsti, margar. præp. myrrhæ, masticis, an.* ℥ ß. *gentianæ, zedoariæ, an.* ℈ j. *galangæ, ros. rub. an.* ℈ ß. mis. pro Tragœa.

Hoc balneo decies vsa est cum profectu mirifico, & sic conualuit. Post septem autem menses, cum ego electorem in venatione comitarer, vsque in quartam hebdomadam in eundem morbum recidit, sed multo peius, ex esu fructuum horariorum: Alter Medicus vocatus, cum illa alias nulla admitteret pharmaca, pillulas se-

ptem

ptem ex præcipitato paratas exhibuit, vnde octo sedes copiosas habuit, sed tanta matricis commotio cum infinitis symtomatibus superuenit, vt elapsis duabus septimanis, pro deplorata ab omnibus haberetur, & in membris omnibus, etiam iam contracta facta esset, aderatque tanta ἀνορεξία, vt cibum oblatum ne quidem videre, multo minus olfacere posset, itaque ferme intra tres septimanas, ne vnciam quidem vel de cibo vel de potu sumeret, id quod mirum videbatur omnibus, multo minus quicquam appeteret, ego reuersus à venatione, cum denuo ad illam vocatus venissem, repperi illam extremam neruorum contractionem, in qua nec digitum mouere poterat, non ex inanitione proficisci, in qua sententia erat alter ille Medicus, (sic enim superuiuere non potuisset,) sed ex matrice causari, itaque eiusmodi curationem instituí. Primo per clysmata quotidie iuscula carnium bubularum, caponum, pullorum, gallinarum, ptisanæ hordeaceæ vel auenæ excorticatæ, cui interdum vitellos ouorum probe crudos miscueram, suppositi, quotidie bis semper ad ℥ ix. vel x. quos cum retinuisset, (quamuis interdum etiam reiicerentur,) & sic per dies vndecim continuasset, corpus nonnihil restaurari ac nutriri cœpit, tandem exploraui, num per superiora aliquid sumere posset, itaque ouum sorbile exhibui cum ℈ ß. pulueris galangæ, quod cum ingenti sumpsit nausea; Quare intra triduum ni-

hil amplius per ſuperiora tentare poteram, ſed interim orificium & regionem ventriculi hoc vnguento vnxi:

℞ Ol. *nucis moſch. per expreſſionem* ℥ ij. *per deſtillationem gutt.* vj. *cinamomi gutt.* iiij. *pulu. corall. rub. præp.* ℈ j. miſc. pro vnguento.

Poſt triduum dedi iuſculum caponum, cui incocta erat ℥ ß. *maſticis*. Quod cum retinuiſſet, ſenſim procedendo quotidie aliquid propinaui, etiamſi cum nauſea ſumeret. Cum igitur corpus ſic viciſſim per ſuperiora nutriri cœpiſſet, volui, vt pro potu vteretur vino ex *meliſſa & flor. anthus* parato. Tandem etiam fotum ordinabam ex ſequentibus:

℞ *Ligni guaiaci raſp.* ℥ iij. Herb. *hyſſopi, ſerpilli, abſynthii, chamæpythios, pulegii, ſaturriæ, ſummit. anethi,* Flor. *chamomeli, paralyſeos, maiorana, ſaluiæ, artemiſiæ, matricariæ, origani, calamenthi, betonicæ aa. m. j. roſar. rub. m.* ß.

Decoq. in ſ. q. aq. & vini, de quo decocto ſemper affundat cum herbis ad lateres ignitos, ipſa in dolio bene contecto nuda ſedeat, & hunc vaporem excipiat, donec probe ſudauerit, idque ſi ferre poſſunt vires, per horam continuet: Inde linteis calefactis probe abſtergatur: poſt abſterſionem inungatur oleo ſequente:

℞ Ol. *amygd. dulc.* ℥ j. *amararum,* ℥ ß. *chamomel.* ℥ vj. *anethini,* ℥ iij. *lumbr. terreſt.* ℥ j. *lil. alborum* ℥ iij. miſc. exacte.

Hoc

Hoc cum feciſſet per dies XIV. ſemper decoctum innouando, tandem priſtinæ ſanitati reſtituta eſt.

In dolore capitis intenſiſſimo, pectoris & cordis compreſſione: I.S.D.

Pro vidua.

HÆc vidua præ dolore capitis, vix oculos tollere, & caput mouere poterat: Huc accedebat difficultas reſpirationis, quam illa compreſſionem pectoris & cordis, appellabat. Vrinæ erant crudæ, viuebat ipſa inordinatiſſime. Hunc itaque capitis dolorem, ac diſtenſionem flatulentam orificii ventriculi, iudicabam cauſari ex crudis vaporibus bile mixtis. Huc accedebat renum obſtructio, vnde lumborum grauitas; alui autem conſtipatio tanta, vt per octiduum nihil egeſſerit. Primo igitur clyſterem præſcripſi.

℞ Herb. *violariæ, brancæ vrſinæ, atriplicis, Mercurialis, maluæ an. m.* j. Flor. *ſtechadis, betonicæ, chamomeli, an. m.* ß. Rad. *liquiritiæ, polypodii, cichorii, an.* ʒj. Sem. *aniſi,* ʒß. Furf. *in petia ligati m.* j.

Coq. ſ.a. colaturæ.

℞ ℔ j. *caſtiæ pro clyſt.* ʒ vj. *diaphœnic. bened. laxat. an.* ʒ iij. *hieræ ſ.* ʒ j. ß. ol. *anethini, violar. lil. alb. an.* ʒj. *ſacchar. rubr.* ʒ ß. *ſalis* ʒ j. Miſc. pro clyſtere.

Hunc non retinuerat vltra ſemiquadrantem horæ, πύβαλα tamen multa ſimul ciecerat.

Itaque

Itaque ante cœnam propinaui hauſtulum purgantem:

℞ Aq. *fœniculi, betonicæ, vini an.* ℥j. Infunde: *rhab. ſel.* ℥j. *agar. trochiſc.* ϑ ij. Fol. *ſenæ* ℥ ij *ſpicæ gr.* iij. *cinamomi acutiſſ.* ℥ ß.

Stent in infuſione horis vij. Inde ebulliant leuiter & fortiter exprimantur, in expreſſo diſſolue:

Mannæ el. ℥j. *elect. diaphœnic.* ℥j. ß. *ol. cinamomi, gutt.* j. miſc. pro hauſtu.

Excreuit octies copioſe, vnde compreſſio illa pectoris remiſit, ſed dolores capitis nequaquam. Quare præſcripſi oxyrhodinon, præſertim cum etiam calorem cum grauitate coniunctum animaduerterem.

℞ Aq. *anethi, chamomeli, perſicorum an.* ℥ ß. *roſar. fragrantiſſ.* ℥ iij. *aceti roſ.* ℥ ij. miſc. pro oxyrhodino.

Cumque ſumma adeſſet virium imbecillitas, præſcripſi hoc epithema pulſibus applicandum.

℞ *Aq. roſar. fragr.* ℥ iiij. *virtutum, cinamomi, acetoſæ, an.* ℥ j. ß. *aceti roſ.* ℥j. *ſpec. pro epithemate cordis* ℥j. ß. Pulu. *cariophyll. macis, an.* ϑ j. *croci gr.* vij. *camphoræ gr.* ij. *miſc.*

Deinceps vero vteretur electuario ſequente, quotidie ante prandium ac cœnam:

℞ *Spec. aromat. roſ. dianthus an.* ℥j. ß. *diamoſch. dulc.* ℥j. *pulu. galangæ,* ℥ ß. *corall. rub. præp.* ℥j. *conſ. anthus,*

anthus, rosar. an. ℥ j. Syr. *de mentha q. s.* misc. pro electuario.

Sexto die, cum aluus nihil excerneret, iussi vt per horam ante cœnam, vuis nostris passulis laxatiuis vteretur, quod cum fructu fecit, vertigine tamen cerebri remanente: Quare alternis diebus iussi caput abluere hoc decocto:

℞ *Flor. chamomeli, m. j. ß. rosar. rub. violar. anthus, cheirorum, an. m. ß. stechadis, p. j. saluiæ, maioranæ, an. m. . rad. ireos,* ℥ j *agar.* ℥ j. .

Decoquatur in lixiuio sarmentorum vitium, tepefiat, & abluatur caput ante prandium, abstergatur & exsiccetur linteolis calidis.

Pro præseruatione à vertigine, vsa est his rotulis:

℞ *Pulu. corall. rub. præp.* ℥ j. *margar. præp.* ℥ ß. *extr. galangæ, gr.* v. *ol. succini, saluiæ, cariophyll. anæ gutt.* ij. *cinamomi gutt.* iij. *sacch. albiss.* ℥ v. *dissol. aq. pæoniæ, q. s.* f. s. a. Confer in rotulis, his conualuit.

Ego in doloribus capitis & catarrhis expertus sum, hunc puluerem capitalem multis profuisse.

℞ *Spec. dianthus,* ℥ iij. *diamosch. dulc. pliris arch. aromat. ros. an.* ℥ j. ß. *cubebar.* ℥ ij. *cardamomi, seseleos, an.* ℥ j. ß. *anisi, fœniculi, roris marini, lauendulæ, anthus, an.* ℥ j. ß. *stechadis arab. spicæ ind. cinamomi, cariophyll. zedoariæ, galangæ, zinziberis, nucis mosch. macis an.* ℈ ij. *pulu. rad. pæoniæ* ℥ ij.

Tritis

Tritis & commixtis singulis f. puluis capitalis.

℞ *Pulu. huius* ℥ j. *sacch. albiss. in aq. lauendulæ q. s. dissol.* ℔ j. f. confer in morsulis.

F.H.D. In dolore capitis cum vertigine:

℞ *Ol. cariophyll. gutt.* iij. *nucis mosch. gutt.* iiij. *margar. præp.* ℥ ß. *sacch. opt. in aq. ros. fragrantiss. dissol.* ℥ iij. misc. & f. confer in rotulis.

℞ *Conf. rosar.* ℥ ij. *flor. betonicæ, tunicæ, lill. conuall. an.* ℥ ß. Spec. *aromat. ros. diarhod. abb. ana* ℥ ß. *diamarg. frig.* ℥ ß. *miiæ cydoniorum* ℥ vj.

Cum syr. acetos. citri q. s. f. conditum, de quo sumsit pro dosi mane & vesperi frustulum magnitudine iuglandis.

℞ Spec. *aromat. ros. diarhod. abb. diatrion sant. pliris arch. an.* ℥ ß. *margar. præp. corall. rub. præp. succini alb. præp. an.* ∋ j. *vngulæ alcis, visci querc. an.* ∋ ß. *extr. pœoniæ* ∋ ß. *ol. nucis mosch.* per expressionem, *gr.* v. *cort. citri recent. crasse mciforum*, ∋ iiij. *succi citri rec.* ℥ j. *ambræ, gr.* ij. *sacch. opt. in aq. betonicæ q. s. dissol.* ℥ vj. f. confer in morsulis.

F.H.D. ℞ *Pulu. rad. pœoniæ* ℥ ß. *fragment. smaragdi* ∋ j. *cornu cerui vsti,* ∋ ij. *margar. præp. corall. rub. præp. an.* ∋ ß. ol. *succini gutt.* iij. *macis, nucis mosch. an. gutt.* iij. *cariophyll. cinamomi an. gutt.* j. *extr. ligni ind.* ∋ ß. *sacch. albiss.* ℥ iiij. *in aq. lauendulæ q. s. dissol.* f. conf. in rotulis.

Emplastrum capitale:

F.H.D. ℞ Spec. *dianthus, diamosch. dulcis an.* ℥ ß. *maiorana, saluia, roris mar. lauendulæ, ros. rub. anthus,*

spicæ

spicæ celt. an. ℥ ij. cubebar. cardamomi, nigellæ nig. olibani, carabe, an. ℥ ij. ℈ ij. nucis mosch. macis an. ℈ iiij. camphoræ ℈ j.

Cum pulucrizato Ladano purissimo ℥ vj. *ceræ* ℥ vj. *ol. ros.* ℥ ij.

De castoreo ℥ ß. *spicæ*, ℥ iij. f. l. a. emplastrum, &c.

Cura doloris capitis à crapula ex immodica repletione cibi & potus. F. H. D.

HIc dolor secundum Trallianum non est curatu difficilis. Apollonius apud Galenum dicit, curandum esse somno, quiete, inedia, potu aquæ calidæ, vsu melicrati atque euacuatione. Curandi autem ratio certa hæc est: Primo videndum, num de cibo & potu aliquid adhuc in ventriculo & intestinis adsit, si sic, curandum, vt quamprimum euacuetur. A ventriculo quidem vomitu, pro quo concitando vtimur vel melicrato tepido, vel aqua tepida cum aceto, vel pennis oleo intinctis. Si vero aliquid cibi & potus in intestinis adsit, agendum est clysteribus, & iis quidem repetitis, si opus sit: Vt.

℞ Fol. *centaurii min. m.* ß. *carthami*, ℥ ß. *fursurum, p. j. maluæ, m. j.* ß.

f. decoctio s. a. huius.

℞ ℔ j. ß. *el. lenit.* ℥ ß. *ol. com.* ℔ ß. *salis* ℥ j. misc. pro enemate:

Vbi nihil cibi & potus in corpore relictum est, ea

est, ea sunt administranda, quæ ebrietati conferunt, vt est decoctum centaurii min. pulu. cornu cerui, brassica inprimis & hedera, *teste Gal.* conferunt hæ herbæ ad omnes ex ebrietate dolores, ob id veteres in conuiuiis cingebant tempora foliis hederæ; Sic enim minus vaporum caput petebat. Scribit Rhazes fieri dolores capitis etiam ex potu aquæ frigidæ, propter quam bilis æruginosa in ventriculum influat, ibiq; sua inimica facultate ventriculum & caput lædat, cuius doloris curationem ipse positam esse ait in vsu vim astringentis.

F.H.D.

Cura Ebrietatis.

ELucus Sexto Pompeio est ex hesterno vino languidus. *Tertullianus libro de Corona* pro ipso affectu hoc vocabulo vtitur, cum ait, *ab eluco defensare.* Id enim est ἀπὸ τῆς ἐωλοκρασίας, vt annotauit doctissimus *Scaliger*. *Cicero* dixit *crapulam, quæ est capitis de vino nata grauitas.* In Picatrice Hispano est: Si ex lauri foliis propriis manibus acceperis, & antequam terram attingant post aures tuas posueris, nunquam ebrietate stimulaberis, nec caput dolebit, quantumcunque vini biberis. *Cardanus de cyclamine* scribit, quod vino infusa ebrietatem pariat. Ebrietatis medicina est, testes partesque genitales mantili aut sudario frigida madefacto inuoluere. Fœminis vero vbera mammasque eodem fouere modo, nisi vtero gesserint. Ab ebrietate præseruant amygdalæ

amygdalæ amaræ, ius brassicæ conditæ, absynthium mane epotum, myrti flos, myrrha, ruta trita ex aqua. Raphanus temulentiæ resistit, ac zinziber conditum prodest. Amara ebrietati resistunt, exsiccat enim amaritudo humiditatem, ne fumi tam affluenter in cerebrum deferantur: Sic quatuor amygdalæ amaræ ante cibum sumptæ, & persicorum nuclei, & succus foliorum Persici arboris, & absynthium Ponticum, nux moscata, panis buccella cum melle copioso, portulaca marina, vinum moscatellinum cum pane tosto: Prosunt omnia acida & acerba; poma succulenta & vinosa, citria, arantia, cerasa, persica, baccæ oxyacanthæ, omphacium, corna; Androcydes & Aristoteles crudæ brassicæ quatuor vel quinque cymata vini noxam restinguere docuerunt. Dulcia si vino infundantur, ebrietatem discutere Plutarchus prodidit in symposiacis. Ad cuitandam meri perniciem antiquitus in compotationibus, capita redimita coronis floridis ferebant. Ouidius:

Ebrius in cinctis phylira conuiua capillis,
Solet & imprudens vtitur arte meri.

Martialis: *Pinguescat nimio madidus mihi canus amomo,*
Lassenturq; rosis tempora subtilibus.

His enim craneum frigescit, & vinolentiæ vim extinguit.

Hinc Dionysius discumbentibus hedeream dedit coronam quæ frigiditate sua vini potentiam

tiam retunderet. Hinc veteres post finem cœnæ lactucis vtebantur. Martialis:

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras inchoet illa dapes?

Dioscorides ob id lactucam quasi acrepulam dixit. Quæritur, cur in prandio citius quam in cœna inebriemur. Respondetur, quod propter diuturnam inediam mane stomachus noxiis humoribus, quos ex vicinis partibus allicit, oppletur. *Plinius:* Dimidia periculi pars est, noctu spe somni bibentibus. Si quis prius quam accumbat, duo aut tria persicorum semina comedat, deinde dimidium poculum vel saltem haustum olei communis vel amygdalarum dulcium exhauriat, ab ebrietate immunis erit: Si caput aut ventriculus grauetur, parum succi brassicæ cum saccharo capiat, & sanabitur.

Ne facile inebriemur.

I. *Inter potandum non multum est comedendum.*

II. *Non auide nec confertim pocula sunt exhaurienda.*

III. *Ne varia potuum genera commisceantur.*

CONstantinus Cæs. *lib. 7. cap. 22.* hoc habet: *Qui volet multum bibere, & non inebriari, is comedat pulmones capellæ assatos.* Ructus vini ac cereuisiæ prohibet radix violariæ masticata; Ebrius si caput doleat, ac sensus titubent, conualescit & sa-

& ſanatur, ſi teſtes in aquam ponat frigidam, aut aceto diluat aut eluat. Ebrius ſi multum ſitiat, matricariam ex vino bibat, vel nucleos ceraſorum comedat, vel cyminum agreſte magnitudine iuglandis, mixtum cum ſale, magnitudine piſæ, præſertim iturus cubitum, cum multa pocula exhauſiſti. Ebrietatem prohibet, ſi antequam vinum bibere incipias, bibas, *olei oliuarum* ℥ ij. Retundit enim ſua vnctuoſitate omnes vapores, qui corpus alioquin lædunt, ebrietatem cauſando.

Syrupus de ſucco citri vel acetoſitatis citri ſuperbibitus vino potenti & vaporoſo, ebrietatem prohibet, vapores minuendo, extincto calore, qui ebrietatem efficit, & ſua frigiditate reprimendo vapores ad caput aſcenſuros. Hoc remedio vſus eſt inter pocula *Marchio Ioannes*; Miſcebat enim ac diluebat aquam ſyrupo acetoſitatis citri, vt hoc pacto compotores falleret, qui cum viderent hanc mixturam referre colorem vini, putabant illum paria facere in vino. Ego aliquando hanc confectionem præſcripſi ebrio: F.H.D.

℞ *Amygd. amar. excort.* ℥ j. ß. *nucleorum ceraſorum crudorum, perſicorum an.* ℥ ij. *liquiritiæ inciſæ,* ℥ ij *cinamomi inciſi,* ℥ vj. Sem. *aniſi, fœniculi, an.* ℥ ij. Miſc. obducantur duabus tunicis ſacchari f. confer. &c.

In ſiti ex ebrietate præſcripſi ſequens:

℞ *Sacch. albiſſ. in aq. roſar. & cinamomi an. q. ſ. diſſol.*

dissol. ℥ vj. *pinear. aq. ros. infusarum* ℥ ij. *ambræ gryseæ, moschi an. gr.* iiij misc. f. morsuli.

Iulius II. P. M. in siti vsus est hoc potu:

℞ *Aq. fontis* ℔ vij. *coriandri præp.* ℥ ß. *anisi,* ʒ j. *sacch. albiss.* ℥ iij. misc. pro potu.

Ioannes Marchio miscebat vinum aquæ, ita vt acciperet medietatem vini & medietatem aquæ.

In siti immensa ordinaui sequentia:

℞ *Cort. citri rec. incisi* ℥ iij. *succi citri rec. expreßi, vel in huius locum syr. acetositatis citri* ℥ ij. Syr. *de cort. citri cum moscho* ℥ j. *moschi gr. xv. ligni aloes* ϑ j. *vel extr. ligni aloes,* ϑ ß. *sacch. albiss.* ℔ j. ß. *dissol. aq. rosar. fragrantiss. f. cons.* in morsulis.

℞ *Hordei mundi parum contusi m.* iiij. *coq. in fontana ad tertias: colaturæ.*

℞ ℔ xvi. *adde: cons. ros. vet.* ℥ iiij. *boraginis, buglossæ, an.* ℥ iij. *vuar. passul.* ℔ ß. *galangæ* ʒ ij.

Iterum coq. s. a. colatura clarificata detur in fictili.

In siti ex calore epatis & renum:

℞ *Amygd. dulc.* ℥ iiij. *cond. rad. cichorii, cort. citri cond. an.* ℥ ß. Sem. *melonum, cucumeris, an.* ʒ j. *citrulli, cucurb. an.* ʒ j. Spec. *el. e gemmis* ʒ ß. *diatrion santal. diarhod. abb. an.* ϑ ij. ß. *cinamomi,* ʒ j *ligni aloes,* ϑ ß.

Tusis singulis cum media parte *sacch. opt. in aq. rosar. & endiuiæ an. q. s. dissol.* f. pasta regia in forma placente.

Vt ebrius iterum ieiunus fiat, is superbibat acetum

cetum & comedat olera & brassicam, & placentas ex melle. Vt quis ad potum fiat appetentior, id quod confert potoribus, is bibat decoctum radicis scolymi, artischoccæ, vinoso, vt incipiat odisse vinum, propria nescienti succum effluentem ex vitibus incisis.

Contra ebrietatem: Radix betonicæ comesta, vel in vino epota, & cinis hirundinum combustarum in potu datus, ebrietatem arcent.

Inebriatiuum pessimum: F.H.D.

℞ *Myrrhæ, opii, hioscyami, an.* ∋ j. *gallæ, mosch. cariophyll. an.* ∋ ij.

Trita & mixta cum vino dentur.

In magnis caloribus amygdalatum. F.H.D.

℞ *Decocti hordei parum contusi,* ℔ j. ß. *amygd. dulc. excort.* ʒ j. *pinear. non rancid.* ʒ vj. *sem.* iiij. *frig. maior. excort. an.* ʒ ij. *pap. albi* ʒ j.

Fiat horum emulsio clara, adde:

Aq. fragariæ, acetosæ, an. ʒ iij. *iulepi ros.* ʒ ij. *aq. cinamomi,* ʒ j. ß. misc. exacte.

In cruditate ex poculis contracta: C.H.D.

℞ Herb. *parietariæ, maluæ, bismaluæ, tapsi barb. chamomeli, meliloti, anethi, flor. lupulorum, an. m.* j.

Ex his fiat sacculus ad fomentationem.

℞ Sacch. *albiss.* ʒ iiij. *dissol. aq. betonicæ, q. s. ol.*

succini gutt. iij. *nucis mosch. macis an. gutt.* ij. *cinamomi, cariophyll. an. gutt.* j. *margar. præp. corall. rub. an.* ℈ ß. *f. conf. in rotulis.*

F.H.D. In siti immensa & p.n. quæ maxime infestat ebrios:

℞ *Aq. fontis* ℔ ß. *aceti vini,* ℥ iij. *oxysaccharæ,* ℥ j. ß.

Bulliant modicum f. potus clarificatus, de quo sæpe & parum bibat. Melius est, quam aqua hordei.

℞ *Sem. cucumeris excort.* ℥ j. *tragacanthi,* ℥ j. *misc.*

Semen incide, & subtilissime pulueriza, tagacanthum autem contunde, & in puluerem redige; His adde *albuminis oui q. s. f. trochisci*, teneat in ore, optime humectat linguam & sitim extinguit.

℞ *Syr. acetositatis citri* ℥ iij. *vini granatorum* ℥ j. *aq. boraginis* ℔ j. Misc. bibat cyathum vnum, cum sitit.

Humecta rotulas Manus Christi, aquam endiuiæ, vel illas in hac dissolue, & sitis sedabitur, nec lædetur ventriculus, sed refrigerabitur. Oxymel dilutum aq. ptisanæ idem præstat.

℞ *Oxalidis sylvestris p.* vj. *hordei integri p.* iij. *mis. f. ptisana ad* ℔ iiij. qua in siti vtatur.

Confert etiam *syr. acetosæ, hordeo & oxalide contempe-*

temperatus. Et syr.ros.sicc. ℥ ij. *omphacini* ℥ iiij. *limonum* ℥ iij.

Dentur in siti, *cum aq.hordei*, admisceri etiam potest *hydromel* bene coctum ac despumatum: Item *vinum granatorum*, *Rob Ribium*, *Iuleb ros.violar.syr.Iuiubinus, cons.ros.viol.nenuphar.* Manus Christi perlati.

℞ *Citri cond.* ℥ ß. *passul.min.* ℥ iij.

Macerentur prius in aq.affundatur aq.fontana, cocta & refrigerata, conterantur diligenter, postea adde:

Flor.violar.boraginis, an.p.j.

Terantur cum superioribus in mortario, colentur per linteum, adde tabulas Manus Christi q.placet, f.potio.

℞ *Aq.hordei* ℔ ij. Huic infunde: *furfuris macri excribrati m.* j. Misc. coletur & in colatura coquatur.

Passul.enucl. ℥ j. *sem.* iiij. *frig. non excort.an.* ℥ ß. *rad. fœniculi pro apertiuo* ℥ vj.

In fine decoctionis adde:

Flor.boraginis, violar. buglossæ an. p.j.ß. colatura, syr. ℥ xvi. *dulcoretur, cum syr.violar.boraginis, acetos. citri an.* ℥ ß. misc.f.potio.

Sitim etiam sedant oris collutio ex aqua fontana aceto temperata: *Radix liquiritiæ recens masticata: vuæ passulæ & pruna Vngarica exacinata in aq.acetosæ macerata: Aq. hordei cum vuis passulis & sem.cucurbitæ cocta, & cum Rob Ribium permixta: Syr.acetosæ, in quo saccharum dissoluatur, lactuca Hi-*

ſpanica condita, rad. cichorii cond. rad. bugloſſæ cond. Eſt & puluis ſequens ad ſitim reſtinguendam vtiliſſimus, ſi drachma illius vna mane in cercuiſia calefacta vel in alio quodam iuſculo ſumatur:

℞ *Spec. diatrion ſantal. roſatæ nouellæ, diarhod. abb. an.* ℈ ij. *cort. rad. cich.* ʒ j. *ſem. endiuiæ, acetoſæ, an.* ℈ j. *ſpodil.* ʒ ß. *ſantali citr. epaticæ, flor. cord. an.* ℈ j. *cinamomi, el.* ʒ ß. *macis,* ℈ ß. *ſacch. candidi* ℥ ß. miſc. f. puluis.

Ante hunc puluerem vtatur bolo eiuſmodi:

℞ *El. de pſyllio, roſ. meſ. de ſebeſten an.* ʒ ij. *lenitiui, diaphœnic. an.* ʒ iij. *ſpec. el. e ſucco roſ.* ℈ j. miſ. f. elect. pro doſi duplici. Pulmonem ouis da ante comeſtionem ebrioſo, ebrietatem nunquam ſentiet. Da ebrioſo cruorem hirundinum, & nunquam inebriabitur.

Cura doloris capitis,
ex
Caſu vel Percuſſione.

Ex Mercuriali.

FIunt interdum dolores grauiſſimi ex caſu vel percuſſione, qui vehementer cruciant, & ſequuntur inflammationem, quę in capite periculoſiſſima eſt. Hi abſtineant ab aere præſertim frigido, ab omni motu & animi curis, à vino, parum loquantur, & cibis vtantur, qui minime caput tentant. Inſtituto victu, ſi ætas & virtus

ſuſtineat,

sustineat, sanguis mittendus & secetur cephalica, vel cucurbitula spatulis applicetur, sanguinis autem missionem in hoc casu non plenitudo totius, sed inflammatio capitis vel præsens vel futura, quæ semper adiunctam habet partis plenitudinem, Postea si adsit inflammationis suspicio, capiti applicanda sunt repellentia, vt, *ol.ros. s.vel lumbricatum. Aq.ros. s.& oleo permixta.* Si non adsit inflammatio, *oleo rosato* permiscetur *ol. chamomel.lumbricatum*, portione æquali. In progressu morbi, *ol.chamom. lumbricatum* solum erit commodissimum, ac deinceps sublata inflammatione, cum soleant aliquæ partes contusæ remanere, quæ opus habent discussione, adhibenda erunt emplastra, quę partes suggillatas emendent, & sic dolorem finiant. Hæc præstabit decoctum tale:

℞ Fol. *chamom.anethi, fœnugræci, an.m.j. Aq. communis* ℔ iiij.

bulliant simul ad consumptionem quartæ partis, deinde facta colatura, adde:

Ol.*chamomelini, anethini*, *an.* ℥.v. misc. Huic decocto immergatur spongia, quæ expressa capiti apponatur. Vel:

℞ *Aq.anethi, chamom. an.* ℔ ij. *farinæ, orobi, lupinorum, milii, an.* ℥ iij. *ol.anethini*, ℥ v.

Bulliant simul & redigantur ad formam emplastri.

In dolore capitis ex ictu vel lapsu emplastrum, quod felice euentu expertus est

Alex. Bened. in sene, qui ex trabis percussione obmutuerat ad dies xv.

℞ *Gummi hederæ*, ʒ iij. *resinæ purgatæ*, ʒ iiij. *ceræ*, ʒ iij. ol. *rosar.* ʒ ij. ℞. *ammoniaci*, ʒ ij. *terebinthinæ*, ʒ iij. *succi corymborum hederæ*, ʒ iiij. *farinæ fab. q. s.* Ex tritis omnibus f. emplastrum.

I.S.D. *Pro custode templi, siue campanarum ventilatore siue ædituo.*

HIc cum in publico incendio signum daret campanæ, præcipitatur ex alto, & pro deplorato à suis deportatus domum, variis à vulgo auxiliis refocillari non poterat. Ego superueniens, statim propinabam puluerem cum aceto, & aquæ virtutum, ʒ v.

℞ *Rad. Rhapotici*, ʒ ß. *myrrhæ, mumiæ, spermatis ceti, rad. tormentillæ, oculorum cancri*, ∋ ß. *lyncurii*, ∋ j. misc. pro Tragœa.

Cum post puluerem illum stragulis coopertus esset, sudare cœpit. Postridie conquerebatur de toto dextro latere, neque se erigere poterat, atque totum latus colore nigricante ex sanguine coagulato perfusum erat. Iussi igitur, vt denuo exhiberetur puluis cum ʒ iiij. *aceti vinarii*, & ʒ ij. Aquæ virtutum, ac sudori se præpararet: Latus autem inungerent vnguento, quod miras in hoc casu virtutes habet, id quod sæpenumero sum expertus:

℞ *Saponis veneti*, ʒ j. *vnguenti Martiati, storacis liquidæ, an.* ʒ ß. Aq. *spicæ, rosar. an.* ʒ iij. ol. *spicæ, iuniperi.*

niperi, castorei, an. ʒ j. *vini sublimati,* ʒ ij. misc. f. vnguentum bulliendo, donec liquores absumantur.

Postea cum paulo melius se habere diceret, præscripsi potionem sequentem, & iussi, vt medietatem biberet ad ingressum lecti, alteram mane calide:

℞ Herb. *alchimillæ, betonicæ, fragariæ, scolopendriæ, equiseti, agrimoniæ, auriculæ muris, veronicæ, chamæpythios, an. m.* j. Rad. *rhapont. tormentillæ, pimpinellæ, rubiæ, an.* ʒ ß. *consolidæ maior.* ʒ j. *liquiritiæ, helenii, an.* ʒ iij. *vuar. passul.* ʒ iiij.

Decoq. s. a. colaturæ.

℞ ʒ vj. *oxymellis squillit. comp.* ʒ ij. *extr. card. bened.* ʒ ß. *cardui Mariæ,* ϑ j. Misc. pro potione.

Deinde iussi, vt quotidie horis matutinis sumeret de potione sequenti; ʒ vj. & à cibo abstineret per horas sex:

℞ *Decocti prioris* ℔ ij. *syr. consol. maior.* ℔ ß. *de succo card. bened.* ʒ iiij. misc. pro potione.

His remediis secundum DEVM integre conualuit, qui pro deplorato ab omnibus habebatur.

Descriptio aquæ virtutum, cuius in hac curatione fit mentio, hæc est:

℞ *Galangæ, cariophyll. zinzib. alb. gran. paradysi an.* ʒ iij. *macis, nucis mosch. an.* ʒ ij. ß. *ligni aloes,* ʒ iij. *cinamomi, cort. citri an.* ʒ ß. *calami aromat.* ʒ j. ß.

Flor.

Flor. *saluiæ, anthus, an.* ℥ j. *lauendulæ,* ʒ vj. *rutæ,* ʒ ij. *roſ. rub. flor. boraginis, fol. lauri, an.* ʒ ß.

Incidantur craſſo modo & in vini boni veteris menſuris iiij. infundantur, & ſtent in infuſione 6. diebus, deinde colentur, & ſpecies optime contundantur in mortario, & iis iterum adiiciatur vinum colatum, ac deſtilletur per alembicum, &c.

F.H.D. *In ſuggillatis:*

SIc enim appellant maculas ex percuſſione vel contuſione, ſiue liuori remouendo:

℞ *Bacc. lauri, cymini, abſynthii, chamomeli* ante partes æquales: miſc. cum ſucco abſynthii f. emplaſtrum.

Vel: ℞ *cymini,* ℥ ij. *albuminis oui, numero* ij. *ol. roſar.* ʒ j. ß. f. cataplaſma, quod imponatur mane & veſperi.

Sequuntur Empyrica Capitis Remedia.

IN pharmacopolio Ratiſponenſi olim in vſu fuit hæc compoſitio, cuius autorem perhibebant *D. Sebaſtianum Meierum*, qui appellauit *aquam vitæ de quatuor rebus:*

℞ *Flor. anthus, boraginis, rad. bugloſſæ an. recent. an.* ʒ v. *carnis cydoniorum,* ʒ vj.

Infundantur inciſa & contuſa *in* ℔ iij. *vini maluatici*, & ſtent in infuſione per xv. dies, deinde deſtillentur, per alembicum duabus vi-

bus vicibus. Hæc aqua insigne est confortatiuum capitis & stomachi, &c.

Confectionum de pulegio & succino, in morbis capitalibus vsus est; & sunt authoris eiusdem:

Confectio de succino.

℞ *Nucis mosch. cubebar. an.* ʒ j. ß. *succini albi,* ʒ ij. *herb. pulegii.* ʒ j. ß. *sacch. albiss.* ℥ viij. ß. *cum aq. betonicæ, q. s.* f. rotulæ.

De pulegio:

℞ *Nucis mosch. cubebar. herb. pulegii, an.* ʒ ij. *sacch. albiss.* ℥ viij *cum aq. betonicæ, q. s. dissol. f. conf.* in rotulis.

Confectio capitalis *D. Scheib:*

℞ *Tragea grossæ comm.* ʒ j. ß. *cubebar. cardamomi, gran. paradysi, an.* ʒ ß. *conf. ex ol. cariophyll.* ʒ ß. *anisi, fœniculi, an.* ʒ iij. *ex aq. cinamomi,* ʒ ij. *diamosch. dulc.* ℥ j. *dambre,* ℥ ß. *conf. macis, cariophyll. an.* ʒ vj. Sem. *anisi, fœniculi, coriandri, an.* ʒ ß. *carui,* ʒ iij.

Ego balsamum cinamomi substituerem.

Confectiones vel tabulata grosso modo incidantur, ac misceantur reliquis, & f. s. a. conf. capitalis.

Empyricum D. Kentmanni in dolore capitis:

℞ *Aq. hordei* lb ß. *rosar.* ℥ ij. *aceti* ʒ ß. mis. pro oxyrhodino.

℞ *Verbenæ aquam, in qua maceretur zedoaria, spleniis impone fronti, &c.*

In ca-

In capitis doloribus & catarrhis, variorum Autorum variæ remediorum formulæ.

IN dolore capitis quocunque:

℞ *Alb.ouor. numero* j. *ol.ros.* ℥ j. *aceti ros.* ℥ ß. Agitentur omnia pro linimento.

In dolore capitis ex vaporibus:

℞ Flor. *chamomeli, meliloti, an.p.* j. *betonicæ, e.* ß. *milii, p.* ij. *misc.*

Pro sacculis applicabat mane syncipiti Syluius.

℞ Flor. *chamomeli, betonicæ, milii commu. an.p.* ij. *furfuris, p.* j. *salis,* ℥ ij.

Frixa omnia in linteolo applicentur syncipiti.

℞ *Milii communis, furfuris, an.p.* ij. *flor. chamomeli, p.* j.

f. sacculus qui calefactus applicetur parti.

℞ Flor. *chamomeli, p.* j. *meliloti, stechadis, an.p.* ß. *rosar. rub. furfuris, milii, an.p.* j.

f. sacculi pro capite.

℞ Flor. *chamomeli, meliloti,* Flor. *anethi, milii, furfuris an.p.* ij. misc. pro sacculo.

Fernelius sic:

℞ *Milii,* ℔ j. *salis communis, furfuris maiori an.* ℔ ß. Sem. *aniſi, fæniculi, cymini, an.* ℥ j. Herb. *saluiæ, betonicæ, anthus, an.m.* j.

Torrefiant omnia in sartagine, reponantur in sac-

in sacculo, qui applicetur calide parti capitis dolenti.

In dolore capitis à bile:

℞ *Cassiæ in cannis,* ℥ j. *diagridii gr.* ij. *hieræ picræ, gr.* iij. *sacch. q. s. f. bolus.*

℞ *M. pill. aggregat.* ℈ ij. *rhabarb.* ℈ j. *diagridii, gr.* iij. *cum el. e succo ros.* f. pill. XVII.

℞ *Cassiæ,* ℥ iij. *el. lenitiui, diacathol. de succo ros. an.* ℥ j. ß. *diagridii, gr.* j. *hieræ, s.* ℈ ß. *cum sacch. q. s. f. bolus.*

℞ *Spec. el. e succo ros.*

Bibatur ex aq. vel decocto.

℞ *Mannæ el.* ℥ ß. *rhab. el.* ℥ j. *spicæ gr.* iij. Cum conserua ros. misc. pro bolo.

In doloribus à pituita:

℞ *M. pill. lucis maior.* ℈ ij. *cochiar.* ℈ ß. *hieræ s.* ℈ j. Cum syr. de stechade, f. pillulæ.

℞ *M. pill. de hiera s.* ℥ i. *agar. trochisc. pul. mirobal. chebulorum an.* ℥ ß. *Cum aq. maioranæ f. pill.* XV. ex his sumat quinque ante lecti ingressum.

℞ *El. Indi.* ℥ iij. *agar. el.* ℥ ß. *zinzib. gr.* vj. *salis gemmæ, gr.* ij.

Cum aq. mellis f. minoratiuum in causa frigida.

Capitis grauitas ex frigore & humiditate.

SI copiosa sit repletio, tutissimum est incipere à clystere primum leniore, deinde acriore. Acuuntur per fortiter incidentia, vt chamædriis,

Καρυβαεία gracis vide Hippocr. 3. Aph. 19.

driis, centaurium minus, Item per fortiter trahentia: agaricus, pulpa colocynthidis ad ʒ j. ß. dissoluendo hieralogod. bened. lax. & sic paulatim progrediendum est. In morbis capitis pillulæ sunt meliores aut *Morsuli* aut *Boli*. In contumaci malo iteranda est humoris concoctio & purgatio, itaque à leuioribus incipiendum, &c.

Apozema siue syrupus capitalis: D.S.W.

℞ Rad. *fœniculi, liquiritiæ, an.* ʒ j. Herb. *betonicæ, roris mar. stechadis, an. m.* j Sem. *anisi, fœniculi, an.* ʒ ß. *carthami in petiæ liz.* ʒ iij. *prun. numer.* x. *passul.* ʒ j. Fol. *sennæ,* ʒ iij *agar. trochisc. hermodactyl. turbith abrasi an.* ʒ j. ß. *mirobal. ind.* ʒ ij.

Incisa & conquassata infundantur per noctem in lib. iiij. aq. fontis feruentis, bene fricando manibus, postea coq. lento igne ad casum partis tertiæ, coletur cum forti expressione, inde addatur:

Syr. de stech. ʒ ij. *sacch. albiss.* ℔ ß.

Iterum bulliant bene clarificando & aromatizando cum optimo cinamomo f. syrupus longus.

Pillulæ capitales:

℞ *M. pill. cochiar. almans. aurear. alephang. de hiera comp. an.* ϑ ij *agar. trochisc.* ʒ ß. *macis,* ϑ j. *rhabarb. el.* ϑ j. *scammoneæ opt.* ʒ ß. *masticis,* ϑ j. *spicæ, gr.* vij. *flor. cassiæ recentis & pinguis ex cannis ext.* ʒ j. f. Massa valde mollis. Primo teratur scam. cum masticbe, rhabarbarum vino aspergatur, & massa pillularum resoluatur melle rosato

sato &colato, q.s. postea simul mixtis cum floribus cassiæ, f. massa, vt supra, stet per horas viij. Ex hac f. pillulæ, quæ inuoluantur puluere cinamomi optimo.

℞ M. pill. *alphang.* ʒj *rhabarb. el. diagridii, an.* ϑj. Spec. *diamosch. dulc. cubebarum, masticis, an.* ϑ ß. *f. pill. cum succo rosar. pro* ʒj. xv.

℞ M. p. *aurearum, cochiar. sine quibus an.* ϑj. *azarereth, mastichinarum, an.* ϑ ß. *lucis maior.* ʒ ß. *diagridii, gr.* viij. *salis gemmæ, masticis, an. gr.* iiij. Incorporentur *aq. fœniculi, q.s. f. pill. pro* ʒj. xv.

Masticatoria:

℞ *Masticis, el.* ʒ vj. *piperis nigri, pyrethri, ana* ʒ ß.

Incisa & conquassata dentur in pixide pro masticatorio.

℞ *Masticis, gr.* iij. *vel* iiij. *cum passulis,* masticentur pro elicienda à cerebro pituita, & exspuantur.

℞ *Masticis, gr.* ix. *piperis, gr.* v. *pyrethri gran.* iij. *misc.*

℞ *Grana masticis,* viij. *piperis, gr.* iij.

His resolutis adde alia gr. iij. vsque ad 21. piperis. Vtere nunc gargarismo, nunc masticatorio per biduum.

℞ *Pulu. pulegii,* ʒj. *caricorum, numero* vij. *pip. longi,* ʒj. *pyrethri,* ʒ ß. *oxymellis squill. q.s.* misc. pro masticatorio.

℔ *Hyſſopi*, ℈ iiij. *ſtaphiſagriæ*, ʒ j. *pyrethri*, ℈ ij. Contuſa groſſo modo maſticentur.

℔ *Gran. maſticis*, ʒ ß. Sem. *aniſi, fœniculi, an.* ʒ j. ß. *pip. longi* ʒ ß.

Contunde groſſo modo, f. maſticatorium: Ablue os & gargariza cum vino decocti hyſſopi.

Sacculi Maſticatorii:

℔ *Maſticis, olibani, zinzib. piperis, naſturtii, pyrethri, an.* ʒ j.

f. puluis, imple paruos ſacculos & maſtica per horam. Purgato corpore & capite, extrahit humiditates, purgat dentes, prodeſt coryzæ, &c.

℔ *Rad. pyrethri, ſem. ſtaphiſagriæ, an.* ʒ ij. *maſticis, zinz. albi, agarici, an.* ʒ ß.

Puluerizentur groſſo modo. ℔ quantitatem auellanæ, liga in paruum pannum, maſtica per dimidiam horam; Extrahit multas malas humiditates è capite, fiat bis aut ter, prout neceſſitas poſtulat.

℔ *Sem. ſtaphiſagriæ*, ʒ ß. *piperis longi*, ʒ j. ß. *erucæ*, ʒ ij.

Contuſa liga in duas petias, maſtica mane.

Epithemata capitis:

Fernel. ℔ *Aq. ſaluiæ*, ʒ iiij. *rutæ*, ʒ iij.

In his per noctem infunde:

Flor. *ſaluiæ, anthos, lauendulæ, ſpicæ, an.* ʒ ij. *macis, nucis moſch. cariophyll. contuſorum an.* ʒ j.

Deinde fiat expreſſio quæ ſeruetur in phiala.

℔ *Beto-*

℞ *Betonicæ, m.j. absynthii, p.j. cubebar.* ℥j. *vini,* ℔j. *aut q.s.*

f. Decoctio, quæ capiti imposita remouet dolorem capitis, & neruos confortat.

℞ *Betonicam,* coquatur in vino, appone capiti per noctem, in dolore capitis ex apostemate.

℞ *Vinum, in quo folia ros.* cocta sint: Hoc laudat *Dioscorides* in dolore capitis, aurium, gingiuarum, pudendi, ani, vteri, si eo vino loca abluantur.

Vinum ardens in cephalæa frigida est remedium domesticum.

Frontalia:

Fernelii: ℞ *Vnguenti populei,* ℥ij. *ceræ in aceto lotæ,* ℥j.

f. Frontale super telam, in forma ceroti, applicetur hora somni.

℞ Ol. *nenuphar. rosar. aceti an.* ℥ß. mis: pro vnctione frontis ac temporum.

℞ *Ol. de pap.* ℥ß. *vnguenti popul. ceræ nouæ lotæ in aceto an.* ℥j.ß.

f. In forma ceroti, extendatur super telam, imponatur hora somni.

℞ Ol. *Hypericonis desc. Vigonis, costini, an.* ℥ß. *spiritus vini,* ℥j. *misc.*

℞ Ol. *Anethi, maioranæ, spicæ, laurini, &c.* In quocunque capitis dolore.

Syluius:

℞ *Vnguenti pop.* ℥ij. *aceti ros. parum.*

Vel: ℞ *Vnguenti popul.* ℥ j. *ol. roſ.* ℥ ß.

Vel: ℞ ol. *roſ.* ℥ j. *cum aceto pauco* f. frontale hora ſomni, in caloribus.

Vel: ℞ *Ceroti Gal. rec.* ℥ j. f. frontale.

℞ Ol. *roſar. violar. an.* ℥ iij. *vnguenti popul.* ℥ ij. *pulu. roſ. rub. nenuphar. an.* ℈ j.

Ceræ q. ſ. f. vnguentum, illinatur fronti ac temporibus.

Oxyrhodinon capitis:

℞ *Pulu. fœnugræci,* ℥ j. *olibani,* ℥ ß. *aq. roſar. nenuph. an.* ℥ ij. *aceti fortis,* ℥ j. *ol. roſar.* ℥ ij. *albuminis ouor. num.* j. *miſc.*

Electuarium ad caput, ſtomachum frigidum, & matricem ſurſum aſcendentem:

℞ *Caſtorei vet. pulu.* ℥ j.

Ol. boni q. ſ. diſſoluatur ſimul bulliendo, donec aliquantum inſpiſſetur, poſtea adde vini maluatici veteris, & f. electuarium, ſumat in quantitate nucis auellanæ.

D. S. W. Cucupha:

℞ *Ireos albi,* ℥ j. ß. Flor. *ſpicæ, roriſmar. roſar. rub. an.* ℥ vj. Herb. *mentæ, baſilic. maiorana, an.* ℥ iij. *ſtoracis cal. benzoi an.* ℥ ß. *nigellæ Damaſcenæ, coriandri, thymi,* Flor. *ſtechadis, lauendulæ, an.* ℥ j. *ligni aloes, ſantal. omnium an.* ℥ ß.

Contundantur omnia groſſo modo. f. Byretum capitale, interpaſſetur opt. cum foramine, imponatur ſingulis noctibus.

Vel:

Vel: ℔ Flor. *chamomeli, m.j. ſtechadis, m.ß. roſar. ſicc. m.j. ß. galliæ moſch. gr, iij.*

Contundantur & incidantur, f. ſacculus ad formam Byreti religioſorum, in ſyndone rubeo. Confortat caput ne vapores à ſtomacho recipiat.

Addi poſſunt:

Maioranæ, m. ß. cariophyll. ʒ ij. cinamomi, ʒ iij. nucis moſch. gran. paradyſi, an. ʒ j. macis, ϑ j. pulueri-zentur. &c.

Frontale *Syluii:*

℔ *Vnguenti popul. ʒ ij. aceti roſati parum:*

Vel: ℔ *ol. roſ. ʒ ß. vnguenti popul. ʒ j. miſc.*

℔ *Ol. roſ. ʒ j.*

Cum aceto pauco f. Frontale hora ſomni & magni caloris.

℔ *Cerati Gal. recent. ʒ j.* pro frontali.

℔ *Fol. lactucæ, portulacæ an. inciſorum an. p. ß. roſar. rub. p. ij.*

f. frontale, applicetur tepidum.

Panis toſtus applicetur medio capiti, aut catus, aut canis aut pullus. Fronti applicentur folia vitis.

℔ *Betonicæ, chamomeli, an. p. ij.* f. ſacculus hoc modo: f. puluis ex his groſſus, adde *ſem. milii, p. ij. miſc.*

Sacculi capitales:

℔ *Maioranæ, ſtechadis, flor. chamomeli, meliloti, an. ʒ ß.* Herb. *betonicæ, rutæ, ſaluiæ, an. ʒ ij.* Rad. *pœoniæ, cariophyll. an. ʒ j. ß. nucis moſch. macis, an. ʒ ß.*

Incidantur & triturentur, f. sacculus ex syndone capitalis in forma consueta, interpassetur.

℞ Herb. *maioranæ, rosar. rub. hyssopi, rutæ, an. m. j.*

f. Byrrethum capitale vt cucupha.

℞ *Verbenæ, m. j. betonicæ, m. j. chamomeli, m. ß. Incidantur, misce.*

℞ Herb. *maioranæ, spicæ celticæ, lauendulæ, rorismar. an. m. j. satureiæ, betonicæ, an. m. ß.* Flor. *chamomeli, m. j. ß. rosar. rub. m. ß. fol. senæ,* ℥ ij. *ß. agar. albi,* ℥ ij. *stechadis arab.* ℥ ij.

Ex incisis f. sacculus.

℞ Herb. *Betonicæ, rorismarini, maioranæ, cap. Ven. stechadis citr. an. m. j. flor. chamomeli, m. iij. fol. lauri, m. j. bacc. lauri,* ℥ j. *fol. senæ,* ℈ j.

Incisa dentur in sacculo.

℞ *Fol. senæ.* ℥ ij. *sem. coriandri præp.* ℥ iij. *fol. betonicæ, maioranæ, an. p. j.* Flor. *chamomeli, meliloti, an.* ℥ iij. *rosar. rub.* ℥ j. *anthus, stechadis arab. an.* ℥ j. *ß. spicæ,* ℥ ß.

Contundantur & ponantur in sacculum.

Epithema vaporum ascensum prohibens:

℞ *Aq. rosar.* ℥ iiij. *violar. verbenæ, chamomeli, an.* ℈ j. ß. Pulu. *santali rub.* ℥ j. *citrini,* ℥ ß. *aceti,* ℈ ß. *mis. pro epithemate.*

Sacculi pro lixiuio:

℞ *Maioranæ, anthus, pulegii, betonicæ, an. m. j. mentæ, origani, stechadis, an. m. ß. rosar. lauendulæ, an. m. ij. sem. pæoniæ, cal. maio. an.* ℥ ij. *agarici,* ℥ *misc.*

℞ Beto-

℔ *Betonicæ, ſpicæ, cubebarum*, coq. in lixiuio: In vertigine, &c.

℔ *Maioranæ, roriſmarini, flor. ſtechad. citr. ſpic. Rom. flor. chamomeli, adde: nucis moſch. macis, cariophyll. nigellæ, &c.*

Aſarum & flores cheri, betonica, ſaluia, ruta, lixiuio impoſita confortant caput.

Ad lixiuium:

℔ *Saluiæ, betonicæ, maioranæ, ſerpilli, lauendulæ, ſpicæ, comar. pulegii, an. p. ß.* miſc. pro facculo in lixiuium.

℔ *Fol. ſenæ*, ℥ ij. *ſem. coriandri præp.* ℥ iij. *Fol. betonicæ, maioranæ, an. p.* j. *Flor. chamomeli, meliloti, an.* ℥ iij. *roſar. rub.* ℥ j. *anthus, ſtech. arab. an.* ℥ j. ß. *ſpicæ*, ℥ ß.

Ex his f. facculus pro lixiuio.

℔ *Stech. arab.* ℥ ij. *citrinæ, primulæ veris, an. m.* ß. *origani, betonicæ, calamenti, an. p.* ß. Rad. *aſari* ℥ vj. *iridis Illyr.* ℥ iij. *fol. ſenæ*, ℥ ß. *agar. trochiſc.* ℥ ij. *flor. lauendulæ, chamomeli, an. p.* ß.

Conquaſſata dentur pro lixiuio.

Poma ambræ:

℔ *M. pomi ambræ*, ℥ j. *ſtyracis cal. aſæ dulcis, an.* ℥ ß. *ol. nucis moſch. gutt.* ij. *ſuccini, ſpicæ, an. gutt.* j. *moſchi. gr.* j. miſc. pro pomo.

℔ *Ladani puri*, ℥ j. *ſtyrac. cal. thuris maſculi, ligni aloes, cariophyll. an.* ℈ ij.

f. cum mucilag. gummi arab. extr. aq. maioranæ pomum, cui in fine incorporentur ambræ & moſchi an. gr. j. f. pomum.

℞ *Rosar. rub.* ℥ j. ß. *santal. omni: an.* ℥ ß. *gallię moſch.* ℥ ß. *ligni aloes,* ℈ ß. Sem. *nigellæ, macis, an.* ℥ ß. *maioranæ, lauendulæ, an.* ℈ ij. *ſpicæ gran.* vij. *alyptæ moſch.* ℥ ij. *aſæ dulcis,* ℥ ß. *ladani,* ℥ j.

Incorporentur cum aq. roſar. & modico ſtoracis liquidæ, aromatizentur cum moſcho f. pomum.

℞ *Beniouin,* ℥ ß. *ſtoracis cal.* ℥ iij. *ladani,* ℥ j. *cariophyll. ſant. odor. an.* ℈ ij. *roſar. rub. maioranæ, an.* ℈ j. *camphoræ gr.* ij. *infuſ. trag. in aq. roſ.* ℥ vj.

f. maſſa, aromatizetur cum ambra & moſcho ad libitum.

℞ *Ladani,* ℥ j. ß. *ſtoracis, cal.* ℥ j. *aſæ dulcis,* ℈ j. *cinnamomi el. cariophyll. cubebar. zedoariæ, an. gr.* xv. *ſem. nigellæ, roſar. rub. an.* ℈ ß. *nucis moſch. macis an. gr.* v. *gallię moſch.* ℥ ß. *ligni aloes el.* ℈ ß.

Puluerizentur ſubtiliſſ. incorporentur cum ladano & ſtyrace cal. in vino forti & aq. roſ. diſſol. an. q. ſ. adde moſchi aq. roſ. odorata diſſol. gr. iij. f. pomum ambræ.

℞ *Ladani puri,* ℥ j. *gallię moſch. aſæ dulcis, ſtyr. cal. an.* ℈ j. *thuris, zedoariæ, nucis moſch. macis, an.* ℈ ß. Sem. *maioranæ, nigellæ, ocymi, ſant. citr. roſar. rub. an. gr.* vij.

f. puluis. Ladanum & ſtyrax in vino forti & aq. roſar. infuſionis Tragac. q. ſ. diſſoluantur, adde *moſchi gr.* iij. *ambræ gr.* ij.

Suffumigia ad caput:

Fernelii: ℞ *maſticis, ſandaracæ, carabe an.* ℥ iij. *roſ. rub. p.* j.

f. pul-

f. puluis grossus prò suffitu.

Aliud *Cratonis.*

℞ *Styracis cal.* ʒ j. ß. *benzoi,* ʒ j. *cariophyll.* ϑ j. *sacch.* ʒ iij. *f. puluis crassus.*

℞ *Ligni aloes,* ʒ ß. *styracis cal.* ʒ iij. *cariophyll.* ʒ ij. *benzoi* ʒ v. *misc. f. puluis.*

Hic puluis inspergi potest fornaci singulis diebus bis, quantum capit testa iuglandis, vel plus etiam. In mensura enim nullus est error: Roborat caput & spiritus.

℞ *Asæ dulcis,* ʒ ij. *styracis cal.* ʒ j. *ligni aloes,* ϑ ij. *moschi, gr.* j. *sacchar.* ʒ iij. *f. puluis grossus.*

℞ *Olibani, masticis, sandaracæ, an.* ʒ ij. *gummi hederæ, nigellæ torref. an.* ʒ j. *asæ dulcis, styracis cal. an.* ϑ ij. *coriandri, nucis mosch. an.* ϑ j. *macis,* ϑ ß. Flor. *stechadis, anthus, an. p.* ß.

Omnibus crasso modo conquassatis f. puluis crassus ad suffumigium.

In catarrho:

℞ *Styracis cal.* ϑ j.

Iniiciatur prunis, vt fumus naribus attrahatur.

Vel ℞ *Ladani & storacis, odoret, vel fiat inde* suffumigium.

℞ *Cassiæ lignea,* Iniice carbonibus pro suffitu.

Orbiculi: vulgo *Pater noster.*

℞ Herb. *basilic. maioranæ, rorismarini, an. m.* ß. Flor. *lauendulæ, rosar. cariophyll. an. p.* j. ß. *spicæ ind.* ʒ ß. *sandali citr. macis, nucis mosch. cariophyll. an.* ʒ ij.

cinamomi, ʒ ß. *ladani*, *aſæ dulcis*, *an.* ʒ ß. *ſtyracis cal.* ʒ j. *moſchi*, *q.v.*

Cum terebinthina & ſtyrace liquida an. q.ſ. f. *Pater noſter.* Aliter cum infuſione *tragacanthi & gummi arab. q.ſ. f. maſſa*, formentur globuli.

Trochiſci narcotici ad dolores ſiue capitis, ſiue dentium, ſiue quoſcunque alios:

℞ *Gummi arab. tragacanthi, amyli an.* ʒ j. *ceruſſæ lotæ ex aq. roſ.* ʒ j. ß. *ſtyrac. cal. myrrhæ, caſtorei, opii ſapa diſſoluti, an.* ϑ j. *croci, gr.* vij. ß.

Trita omnia excipiantur mucilagine pſyllii, ex *aq. roſar. facta, f.l.a. trochiſci.*

Ad diuturnum capitis dolorem:

℞ *Theriacæ opt.* ʒ j. *thuris maſculi, ſulphuris an. gran.* ij.

Miſc. præbe mane & ſudet æger ab aſſumpto horis iiij.

Valet etiam *ol. lil. alb.* ſi eo caput inungatur.

Ad eundem.

SOlue camphoram in vino ardente, vnge caput, & ceſſabit dolor.

Item: Coque artemiſiam in aceto, & laua caput.

Frontale:

℞ *Maioranæ, lauendulæ, anthus, ſaluiæ, betonicæ, ſtechadis arab. aſari an.* ʒ iij. *nigellæ vtriuſque, macis, nucis moſch. cariophyll. an.* ʒ ij. *flor. ſambuci* ϑ iiij.

Miſc.

Misc. puluerizentur, & cum *ol. spicæ ac ladano* incorporentur, extendantur super alutam, cooperiatur syndone, intersuatur & applicetur fronti.

In cephalæa, hemicrania omnique dolore capitis:

℔ *Nucis Ital. decort. num.* 45. *gran. iuniperi, numer.* 30. *nuces mosch. integ. nume.* iiij. *zinzib. contusi,* ℥ ß. *cariophyll.* ℥ j. *thuris albi,* ϑ j. *vitell. ouorum rec. num.* ij *oxycrocei,* ϑ j. misc. tere subtiliter.

Affunde lib. IX. vini aromat.

Coq. in olla noua bene obturata luto sapientiæ vsque ad tertias: Inde patiens bibat, in die semel atque iterum.

Practicum.

EXterna applicatio in dolore capitis in tribus casibus non conuenit.

I. *In febribus, aut cum in corpore plethorico euaporatio fit à toto.*

II. *Cum vapores per se generati sunt in capite, aut aliunde transmissi in capite remanserunt.*

III. *Cum catarrhus adest, abstinendum erit ab epithematibus frigidis & humidis.*

Appendix: Meminit *Ægineta* cuiusdam morbi ac doloris capitis, *lib. I. c. 13.* quem ipse *Syriasim* vocat, qui potissimum accidit infantibus; est autem nihil aliud, quam inflãmatio partium, quæ circa cerebrum & eius membranas sunt infanti- F. H. D.

fantibus familiaris : Accidit plerumque post Pleiadum occasum, cum capita destillationibus pituitæ exercentur, præcipue autem Syrio, ardentis Leonis astro effulgente, vnde Statius:

Dum calido latrauit Syrius astro. Infantium corpora infestat potissimum, inflammatione circa cerebri membranulas, ex pituitoso sanguine illic putrescente orta, cui subest leuis febriculæ feruor. Signa huius morbi sunt: Syncipitis & oculorum cauitas: pallor totius corporis; ariditas magna; Vigilia cum insomniis, ex choleræ impetu, feruor; ex acerbitate diarrhœa: Bilis enim per febrem aucta, cũ acris sit & mordax, alui profluuium mouet.

In hoc itaque morbo, in puerorum capitibus pituita largior coaceruabatur, quæ æstu bilis incalescens, membranas cerebri inflammat, vaporesque somniferos dissipat; Hic feruor deinde per arterias ad cor defluit.

Vide hac in re *Langium*, qui à *Galeni* calumnia defendit *Aristotelem*; Ille enim *lib.* 8. *de vsu partium*, hunc reprehendit, quod dixisset, *cerebrum ob cordis refrigerium esse factum*, vbi scita comparatione Lunæ & mediæ Regionis aeris in Macrocosmo, cum cerebro in Microcosmo, hanc rem explicat. Idem author inde detegit *errorem Auicennæ*, qui magno ac propemodum periculoso lapsu Syriasin puerorum, cum erysipelate cerebri confundit. Intermittere non possum, quin Alexandri Aphrodisæi, veri in philo-

philosophia Medici verba hic addam: ἐν κεφάλῃ φλέγμα ἢ ξανθὴ χόλη σαρευθῇ ἢ σαπάη καὶ ἰδία τῆς εἰσπνοῆς δὲ καὶ τοῦ πυρώδους ἄερος τὰ πνεύματα ἐκπυρῶται. Cura autem huius morbi, potissimum consistit in oxyrhodinis, in succo Solani hortensis, cucumeris; syncipiti, fronti, & arteriis temporum, cum spleniis applicatis.

SPICILEGIVM II.

De

MORBIS IMAGINATIONIS ET rationis læsa: vt phrenitide, mania, melancholia, fatuitate & amentia, amore Herculeo, seu furioso, lycanthropia vel lupina insania & hydrophobia.

PHRENITIDIS *CATHOLICA.*

PHRENITIS, continua dementia Celso: Phrenesis iuuenali; est mentis abalienatio, φρένες enim mentem significant. Est autem Phrenitis

Unable to display this page

cultate, consequenter ob intemperiem calidam & siccam: Memoria vero ab hac intemperie nõ labefactatur, sed viget potius; vitiatur itaque memoria in phrenitide, non ab intemperie sed ab errore externo, qui oritur ab obiecto, quod memoriæ repræsentatur, & ab ea recipitur. Nam quum patientes delirant, multa & varia obiecta imaginatrici & ratiocinatrici repręsentãtur, quę eo modo quo à dictis facultatibus suscipiuntur, etiam ab ipsa memoria recipiuntur. Intemperies autem in phrenitide semper coniunctam secum habet materiam, quæ cum consideretur dupliciter, vel secundum eius naturam & essentiam; vel penes essendi modum, quot videlicet modis hæc materia peccet. Quantum ad essentiam, cum materia esse possit & vaporosa & flatulenta, in phrenitide corpulenta potius peccat quam flatulenta, ad differentiam illius paraphrenitidis, quæ contingit in acutis febribus, vbi ex ascensu vaporum putridorum caput tentatur delirio, quo tamen cerebrum primario nõ afficitur, sicut in vera phrenitide, quæ fit à materia corpulenta quiescẽte in ipso cerebro: Hæc materia corpulenta non est alimentalis, quæ sui benignitate & similitudine potius apta est conseruare quam vitiare cerebrum, sed excrementitia, nec naturalis, id quod ostendit effectus eius, sed præter naturalis, eaque nõ pituita, à qua lethargus potius oritur, sed vel sanguis feruens, vel succus biliosus vel atrabilaris, qui omnes

succi,

succi, cum calidi sint, calidam cerebri intemperiem fouent. Phrenitis autem à sanguine feruente dependens omnium mitissima est. De hac dixit *Hipp. Deliria cum risu meliora.* Et hæc de essentia materiæ dicta sunt; Quod ad essendi modum, cum hic consistat in illius quantitate & qualitate, tum prima tum secunda, in eius item actione ac motu, videamus quot modis peccet materia in phrenitide. Quod ad quantitatem hæc materia excedit potius quam deficit: Excessus autem ille, prout maior vel minor fuerit; ita phrenitidem modo mitiorem modo vehementiorem efficiet. Deinde peccat etiam in primis qualitatibus hæc materia, sic sanguis calidus & siccus est: Bilis calidior & siccior: Atra bilis calidissima & siccissima: Quod ad qualitates secundas, cum quædam sint formales, quædam materiales; penes formam qualitas secunda consistit in putredine: Quilibet autem succus phrenitidem faciens putrescit; minus tamen distat à statu naturali phrenitis, quæ à sanguine feruente dependet, magis quæ ab humore bilioso, maxime quæ à melancholia. Qualitas secunda materialis consistit in crassitie vel tenuitate materiæ: Itaque in phrenitide, bilis flaua, vt succus tenuior peccabit in tenuitate; Atra, vt succus terrestris, peccabit in crassitie; Sanguis autem inter vtrumque succum mediocritatem seruabit. Eadem materia consideratur penes sui actionem & resistentiam: Penes actiuitatem,

quædam

quædam materia magis agit, quædam minus; quædam magis resistit, quædam minus: maxime agit ea, quæ longius distat à naturali statu, vt est atra bilis; Phrenitis itaque atrabilaris maxime est lethalis, quia dependet à materiæ summæ actiuitatis, vt in quarta die possit perire patiens: Biliosa vero si ad atrabilarem conferatur, paulo remissioris erit actiuitatis. Si vero ad sanguinem feruentem, erit maioris actiuitatis, magis enim distat à statu naturali: Phrenitis igitur atrabilaris acutissima est, sanguinalis mitissima, biliosa media: Quod vero de actiuitate dicitur, idem de resistentia intelligendum est: Magis enim resistit atra bilis medicamentis recte administratis, quam bilis: sic bilis magis resistit quam succus sanguinis: Postremo, si motum materiæ considereremus, eumque duplicem, generationis & localem: Quod ad motum generationis, materia illa peccans, non in capite sed in officina sua propria hoc est in epate generatur, vel facultate epatis labefactata, vel eadem impedita: Labefactatur facultas epatis sanguificatrix, ob intemperiem non quamcunque sed calidiorem & sicciorem, cui humores etiam calidi & sicci correspondent: Si itaque epar à statu naturali non multum recesserit, multiplicabit sanguinem, sed feruentiorem, si magis recesserit, augebit bilem feruentem, si maxime recesserit, vlterius adurendo humores, atram bilem procreabit. Hoc pacto epatis labefactatio consistet in intempe-

rie calida. Si vero epar gignat eosdem humores, quia facultas eius est impedita, hoc continget ob causam duplicem: Internam & externam. Interna erit iecoris obstructio, propter quam calor etiam moderatus in epate, cum consuetam transpirationem non habeat, augetur ac intenditur, & sic necessario humores etiam calidos & adustos generat: Externa autem causa in victus ratione calidiore & sicciore consistit; Sic si quis multo tempore vsus fuerit cibis calidioribus, conditis cum aromatibus, epar ita incalescet, vt prædictos humores gignat. Si eandem materiam consideremus, non secundum sui generationem sed penes motum localem, cum hæc materia in capite habeat subsistentiam, & ibi tamen non gignatur, aliter phrenitidem non faciet, nisi aliunde moueatur, & tunc videndum, an in capite moueatur per motum transmissionis, an vero per motum attractionis: Mouebitur autem per motum attractionis, si aut dolor capitis, aut calor eiusdem præcesserit: Per transmissionem autem mouebitur, si neutrum horum adfuerit, & sic epar generando & multiplicando hanc materiam, transmittet ipsam in cerebrum, vbi residens phrenitidem efficiet. Hæc de phrenitide dicta sunt, quatenus est morbus in intemperie. Si vero hæc materia tam copiose attracta vel trãsmissa fuerit, vt caput vel cerebrum etiam in tumorem attollat, fiet phrenitis etiam à morbo in mala compositione. Vnde Auicennas re-

nas recte dixit: Phrenitidem esse apostema calidum, id est, prodire ab inflammatione cerebri, & consequenter à morbo in mala compositione, quæ inflammatio cum ab affluxu humoris prodeat, hic humor vel erit sanguineus, & cerebrum corripietur tumore inflammatorio; vel biliosus, & faciet tumorem erysipelatum, vel atrabilaris, & faciet tumorem atrabilarem. Quod si tumor hic inflammatorius etiam ad suppurationem pervenerit, & sic phrenitis erit etiam morbus in soluta vnitate, quæ & desperata & incurabilis esse censetur. In initio autem phrenitidis, primo inflammantur membranæ, id est, pia ac dura mater, quæ postea hanc inflammationem ipsi cerebro communicant. Deinde hoc etiam notandum ex *Gal. 4. de locis affectis c. 2.* Si cerebrum lædatur in phrenitide secundum partem anteriorem, sola imaginatio erit læsa; si secundum partem posteriorem, memoria: si secundum mediam, ratio ipsa lædetur: Si autem contingat in phrenitide omnem actionem facultatis sensitiuæ internæ lædi, indicium erit certissimum, totam cerebri substantiam esse læsam.

Cura Phrenitidis.

PHarmacia alia totum corpus respicit; alia locum affectum: De ea quæ totum respicit, alibi agitur; Notandum tamen hic est medicamentis tum lenientibus tum purgantibus sem-

per permiſcenda eſſe, quæ vim habent non modo commoderandi feruorem, verum etiam impetum, & fluxum materiæ aſcendentis reprimendi: Proinde tamarindi in phrenitide ſemper erunt laudabiles, ſi permiſceantur lenientibus & purgantibus: Et ſi rhabarbaro vtendum eſt, probatur magis immaturum quam maturū, habet n. vim aliquam roborandi, & aliqua ratione materiæ impetum reprimēdi: Vtemur autē in phrenitide rhabarbaro potius inſubſtantia quam in infuſione. Sic enim non nimis aperit, ſed roborando euacuat; Quando autem purgandum ſit, ſi quieta fuerit materia & ſi quieſcat in capite, hæc ſiue cruda ſiue cocta, cum occupet membrum principale, caput euacuanda erit. Si vero materia mobilis erit, vel habebit raptum ad membrum principale, vel ad membrum ignobile; ſi ad principale, ſtatim euacuanda erit, ſi ad partem mobilem moueatur, ſitque cocta, euacuetur, ſi cruda; prius præparetur. Quod ad pharmaciam, quæ caput reſpicit; ſi materia incipiat fluere in caput, reprimentibus vtendum applicando capiti ea, quę poſſint impetum materiæ reprimere, quo minus caput occupent, vt ſunt *olea: roſatū, omphacinū, de lētiſco, myrtinū*. vt

℞ *Ol. roſ. omphacini an.* ℥ j. ß. *aceti ad penetrationem* ℥ ß. Miſc. pro oxyrhodino commiſſuræ coronali applicando; & ſæpe repetendo.

In ea parte craneum habet maiores poroſitates, vt vis medicamēti facile penetrari poſſit, abraſis

rasis prius capillis, vt medicamentum magis adhæreat, & si materia incipiat raptum habere ad caput, debemus vti hoc oxyrhodino actu frigido; quia magis reprimit ; Si autem cerebrum iam affectum sit, admouebimus oxyrhodinon actu tepidum, vt hoc pacto consulamus ipsi cerebro. In augmento vero resoluentia cum reprimentibus permiscenda sunt, id fiet, si prædictis oleis addamus, *oleum chamomelinum*, & *anethinum*; In statu vero solis resoluentibus & quidem moderatis vtendum, vt sunt prędicta olea, & omentum castrati vel vituli actu calidum, ex animali viuo extractum, q̄ vim habet moderate resoluendi, & cū repetimus calefiat in oleo chamomelino vel anethino. Vtimur etiam in statu columbis exturri, apertis, vt dum viuūt scindantur & aperiantur, & ita calidi futuræ coronali applicentur: In declinatione vero resoluentib. valentioribus audacter agendum, vt sunt ex *Galeno castoreum, saluia, betonica, stechas, calamentum montanum, pulegium, sem. fœniculi, anisi*, &c. ex quibus decoctum fiat, & cum spongia locus affectus foueatur, sic enim materiæ iam impactæ fiet resolutio, nec imminebit periculū vt calefaciamus; in declinatione enim, nō vsq; adeo vrget materia: oleū etiā rosatū, omphacinū & laurinū commissurę applicetur: Semp aūt à mitiorib. resoluētib. incipiendū est: Nā si inter initia statim valētiorib. vtamur, imminebit piculū ne phrenitis in fatuitatē vertatur, q̄a ex vsu valde resoluētium,

tenuior pars materiæ resoluitur, & remanet crassior, quæ dum frigida euadit, potest totum cerebrum frigidum reddere, vnde amentia, fatuitas & melancholia: Si vero moderatis resoluentibus vtamur, sensim & paulatim resolutio fiet, citra aliquam noxam.

De Mania, siue Insania & furore.

Maniæ Catholica.

INsania Ciceroni est mētis ægrotatio seu morbus, insanitas & ægritudo animi, *lib. 3. Tusc. quæst.* Mania rabies est Horatio, intemperia Plauto; Græci ἔκστασιν λογισμοῦ dixerunt, vnde plantæ, quæ Maniam inducunt, vocantur ἐκστατικαὶ, de quibus agit *Theophrastus 9. de hist. plant. cap. 3.* Pro natura huius morbi, occurrit primo forma, quæ est actio deprauata principum facultatum cerebri: Maniaci enim aliter imaginantur ac discurrunt, quam debebant, vt propterea huius facultatis actiones deprauatæ sint. Ex hac forma constat, hunc Maniacum affectum locandum esse in genere symptomatum iuxta *Galen. 2. de sympt. caus.* Vltimo, proinde distinguitur tum à morbo, tum à morbi causa, & ratione, qua Mania est actio deprauata, distinguitur etiam ab actione ablata & debilitata. Verum quia hæc actio exerceri non potest sine materia & sine subiecto: Est autem cerebrum locus affectus

vel

vel subiectum, in quo animales facultates subsistunt: Hoc autem cerebrum afficitur in Mania non secundum totum, sed secundum partem, cum actio imaginatricis & ratiocinatricis facultatis læsa sit: Et cum subiectum imaginatricis sit pars anterior cerebri, ratiocinatricis, pars media, cerebrum in Mania afficitur, tum secundum partem priorem, tum secundum mediam, postrema illæsa manente. Iam quærendum est amplius, si sic afficitur cerebrum, an afficiatur secundum propriam substãtiam, vel secundum ventriculos, hoc est, an pendeat hæc actio à morbo cerebri in intemperie, an vero in mala compositione; Ex *Galeno l.c. & 6. Aph.* 81. Cerebrum in Mania afficitur secundum substãtiam, & per consequens, ratione qua est pars similaris, ad differentiam apoplexiæ, epilepsiæ, vertiginis, quæ sunt affectiones cerebri penes ventriculos; ad differentiam etiam phrenitidis & lethargi, quæ sunt affectiones cerebri in magnitudine aucta, sunt enim inflammationes: At in Mania cerebrum afficitur secundum partem similarem tantum: & quia pars similaris est subiectum intemperiei, ideo afficitur cerebrum secundum intemperiem, & consequenter labefactata eius facultate. Sed quæritur, quænam sit illa intemperies? Ex *Galeno l.c.* est intemperies calida & sicca, ad differentiam melancholiæ, quæ dependet ab intemperie cerebri frigida & sicca. Sed quisnam est modus generationis Maniacæ

niacæ passionis, vt ob hanc intemperiem deueniant patiētes ad istum statum, vt sint furibundi, feroces, temerarii, iracundi? Vt hoc cognoscamus, supponendum est, quod etiam de melancholia diximus, quod videlicet omnis actio immediate & principaliter manat à sua facultate, facultas autem cum per internam sui naturam non suscipiat alterationem, neque maius neque minus, necessarium est, vt ab extrinseco facultas hæc lædatur, quando à propria actione aberrat; Hoc nihil est aliud, quam spiritus animalis, in quo ipsa primario residet, & tanquam in principali subiecto recipitur, vnde cum spiritus sit alterabilis, qui & calidus & frigidus, & opacus & lucidus fieri potest, hinc fit vt facultas in hoc subiecto recepta, agat & operetur secundum naturam spiritus recipientis: Quare si contingat, vt hic spiritus quoad primas qualitates euadat languidior & in passiuis siccior, & quoad secundas qualitates fiat obscurus, cum debeat esse lucidus, tunc facultas animalis vtens hoc spiritu frigido & sicco, opaco & obscuro, exercet suas operationes deprauato modo cum mœrore, tristitia & quiete potius quam motu: Si vero hic spiritus quoad primas qualitates recedat à naturali statu per caliditatem & siccitatem, & quo ad secundas recipiat nimiam igneitatem & luciditatem, tunc facultas non amplius aget cum otio & quiete, sed cum motu assiduo & valde violento, quia talis est natura spiritus

ritus ignei, aget etiam nox cum mœrore & tristitia, quia spiritus non est obscurus & opacus, sed cum audacia & temeritate & inconsueto quodam furore. Itaque facultas in Mania quicquid agit præter naturam, agit ratione huius spiritus calidioris & siccioris & ignei redditi, sic vt immediata causa furoris sit spiritus ita affectus; Sed à qua causa spiritus talis euadit? non nisi ab intemperie subiecti, in quo recipitur: Cum autem subiectum spiritus animalis sit ipsum cerebrum, ideo ab intemperie cerebri spiritus animalis alienam intemperiem recipit, scilicet calidiorem & sicciorem, quæ nonnunquam talis etiam ab ipsa materia generatur, tum vaporosa tum corpulenta, vt à sanguine feruentiore, à bile flaua & vitellina, item à bile atra, quæ fit atra dupliciter: vel quia putrescit, vel per caloris ingentis assationem: Ex ea autem atra bile quæ putrescit, fit Mania citra furorem, ex altera fit Mania cum furore & percussione astantium; Cum autem talis humor sui caliditate & siccitate, non possit spiritum reddere calidiorem & sicciorem, nisi in cerebri substantia sit præsens, videndum est, an talis in cerebro generetur, an vero aliunde defluat: In cerebro gigni non potest, cum id non sit officina humorum, necesse est vt aliunde deriuetur, & vel à toto calidiore & sicciore, vel à parte, scilicet epate calido & sicco: Fit autem epar calidius & siccius, vel quia habet talem in-

temperiem labefactata facultate, vel à quodam extrinseco, quod & intra & extra corpus esse potest, intra est obstructio venarum epatis, vnde epar, cum priuetur naturali euentatione, fit calidius; extra est cibus calidior & siccior. Hinc igitur essentia Maniæ colligitur, quæ est actio deprauata principum facultatum cerebri, imaginatricis & ratiocinatricis, procedens à spiritu animali, calidiore & siccore reddito, modo ab intemperie cerebri calida & sicca, modo etiam à materia calida & sicca: quæ & vaporosa & corpulenta esse potest, etsi corpulenta, vel sanguinea vel biliosa, vel atrabilari, quæ aliunde fluit, vel à toto vel à parte, & si à parte, vel ob internam intemperiem, id est, obstructionem venarum, vel ob intemperiem extra acquisitam ob cibos calidos & siccos. Hinc facile differentiæ eruuntur, quemadmodum & signa. Quantum ad curationem, cum fiat Mania vel à sola materia calida & sicca vel à succo feruente, intemperies requirit refrigerantia & humectantia; ex parte vero succi, si is peccat in copia, indicat sui euacuationem, si in primis qualitatibus, cum calidus sit & siccus, indicat frigidum & humidum, si in secundis, & si crassior fuerit, attenuandus erit; si succum consideremus ex parte loci, cum subsistat in cerebro, & ibi tamen non gignatur, sed aliunde fluat, ratione succi iam defluxi & in cerebro contenti, indicabitur euacuatio deriuando: Si vero consideretur

retur ſuccus, prout fluit à toto vel à parte, ſi à toto, reuellendum eſt & prohibendum ne impoſterum gignatur, & quia gignitur ab epatis intemperie cal. & ſic. Epar refrigerandum & humectandum eſt. Hæ ſunt indicationes curatoriæ & præſeruatoriæ. Quãtum ad prognoſticon, *Gal.6. Aph.*53. dicebat, periculoſam eſſe deſipientiam, quia læſio eſt in facultate principe, in membro principali, nempe in cerebro. Pro differentiarum varietate tamen vna periculoſior eſt altera. Minus periculoſa eſt, ſi ſola lædatur imaginatio, quam ſi ſimul ipſa etiam ratio affligatur, & quæ læſa tantum anteriori parte cerebri accidit, quam quæ ſit læſa etiam media: ſi deterior erit illa, quæ ab intemperie cum materia infertur, quam quæ à nuda intemperie tãtum gignitur: præterea mala erit, quæ ſit à ſanguine feruente, deterior quæ à bile aſſata, peſſima quæ ab atra bile putreſcente cauſatur.

Cura Maniæ.

PRimo ſanguis mittẽdus eſt, ſi plenitudo adſit, & magno quidẽ auxilio, ſi morbus ſit vehemẽs & virtus concedat; debili vero, ſi virtꝰ ſit imbecillis: Affectus etiam vehemens indicat, cito & vnica vice ſanguinem detrahendum eſſe, ſi virtus conſentiat, quæ ſi non ſit robuſta, pluribus vicibus ſanguis mittendus eſt: Aetius modo ſecat venam frontis, modo cubiti, & inter venas cubiti, modo ſecat cephalicam, modo alias. Si

ſanguis

sanguis totum corpus occupat, vena cubiti aperienda est, quia per hanc totum euacuamus, sed cum hæc triplex sit: Basilica, quæ iecur respicit, cephalica, quæ caput, & media, hic aperienda erit, quæ magis respiciat partem, quam totum, ut est cephalica, quia etsi sanguis in toto peccat, tamen, magis, vrget sanguis peccans in parte, quam in toto: Si vero sanguis non peccet in toto, sed in parte tantum, vena frontis secetur, quia in capite tantum erit sanguis copia, vel loco venæ huius, aperiemus venas narium, applicãdo sanguisugas auribus, vel, cucurbitulas partibus istis. Materia medicinalis, totum respiciens, vel contenta vel continentia respicit; Contenta sunt humores, & vel continentur in primis viis, vt in ventriculo & intestinis, vel in remotioribus. Si in primis, lenienda est aluus, diuersa materia, pro diuersitate peccantis succi: Si fiat à succo bilioso, pro lenitione accipimus syrupum rosatum solutiuum, violatum solutiuum, mannam ipsam dissolutam in sero capriño; Si ab atra bile, detur *Cassia, elect. lenit.* &c. præparantia semper sint humectantia & refrigerancia, & non solum cichoracea, quæ moderate refrigerant, sed & valentiora, ut *syr. viol. de lactuca, nenuphar. syr. ros.* recens cum decoctis appropiatis. Quantum ad soluentia: si bilis peccauerit, habemus *rhabarbarum, mannam, syr. ros.* & similia; Sed valentius erit *diagridion* ℈. *scammonæa præp.* cuius dosis in granis & sic in minima copia exhibita

bita

bita euacuabit feruentes ſuccos, cito & plurimum, eſt enim remedium vehementiſſ. præſtat autem hoc vti potiſſimum, quia Maniaci medicamenta in magna copia non facile admittunt; Exhibeamus igitur *diagridii gr.* vj. Capouaccius exhibebat *diagridium* hoc in caſu ad *gr.* xii. *antimonii* autem *præp. gr.* iij. *vel* iiij. Exhibebat autem vtrumque in *paſſulis, caricis ficubus, pomis*, vt ita deciperet maniacos, vel in ouo ſorbili, vel etiam in vino, cum maniaci nō febricitent, quem uſum ſi non admittat patiens, decipiemus ipſum præbentes antimonium præparatum, quod nullius eſt ſaporis; tempus exhibendi eſt; vt non ſemper exſpectemus coctionem materiæ, quia materia eſt furioſa: ſi enim materia, vbi raptum habet ad caput, etiamſi cruda ſit, euacuari poteſt, magis hoc ipſum fieri debet, quando iam caput occupauit; Huc accedunt diuretica, inter quæ Auicennas proponit potius calida, quam frigida vt eſt *ſem. fœniculi dauci &c.* neque obſtat, quod materia ſit calida, & epar ſit calidum, quia magis vrget euacuatio materiæ per diuretica calida, quam vt vtamur frigidis, quæ hanc materiam minus euacuant quam calida. Quod ſi tutius progredi volumus, miſceamus calida cum frigidis, vt ſi decocto *fœniculi & apii* addamus ℥ j. *ſem. melonum.* Balneum etiam non eſt prætermittendum, quod vim habet euacuandi per ſudorem, inprimis cum Mania oritur à toto, ſitque balneum aquæ dulcis, vt non ſolum fiat

euapo-

euaporatio, sed etiam corporis humectatio. Quantum ad localia; Si Mania tantum est ab intemperie, solis alterantibus est vtendum, lotionibus & stillicidiis factis ex *malua, hordeo, lapatio, foliis violarum*: si simul adest materia, debet euacuari per nares, & masticatoria exhibenda sunt, de quibus in dolore capitis egimus. Auicennas pro diuretico exhibet puluerem *rad. cucumeris syluestris ad* ʒ ij. ß. quia summa est actio materiæ, summam dosin exhibet, & quia difficilis est passio materiæ, exhibet in puluere, vt vehementer agat & euacuet. Post cuius puluueris vsum exhibere poterimus ℔ j *lactis caprini.*

Melancholiæ
CATHOLICA.

HAnc parum scite Cicero Græcos incessens, vt parum verbo valentes, furorem reddit. Est autem mentis alienatio ex atra bile nata, cum mœstitia metuque coniuncta. Hunc morbum *Gal. 2. meth.* 2. melancholiam dixit à causa, nempe à materia melancholica: Est autem affectus in quo patientes tristantur & mœrent sine aliqua causa. Essentia huius in cognitione formæ propriæ, materiæ & causæ effectricis consistit. Quantum ad formam; melancholia cum sit res p. n. non est morbus, neque causa sed symptoma, quod non in qualitate mutata nec in exeunte mutato sed in actione læsa non quidem

dem ablata, neque diminuta sed deprauata consistit, *teste Gal.2. de causis sympt.2.* Est autem melancholia actio læsa facultatis animalis, non mouentis, sed sentientis, neque externæ sed internæ, neque memoratricis læsæ, sed imaginationis vel rationis, ita vt in principio sola deprauetur imaginatio, progressu autem temporis si confirmetur, ratio etiam ipsa deprauetur, memoria vero semper illæsa maneat, eo, quod in hoc affectu adsit cerebri intemperies frigida & sicca. Cum autem vtraque facultas (Imaginatio & ratio) materialis sit, non potest actionem suam obire nisi in materia suscipiatur tanquam in subiecto, quod subiectum est cerebrum ipsum. Quare melancholia iure dicitur vitium cerebri: Vitiatur autem cerebrum in melancholia non secundum totum, sic enim omnes facultates læderentur, sed secundum partes, in quibus imaginatio & ratio consistunt, & sic secundum anteriorem ac mediam partem fit læsio. Cerebrum vero ipsum, cum dupliciter lædatur, primo vt est pars similaris, deinde vt dissimilaris; certum est in melancholia neutro modo affici cerebrum: Non enim afficitur, vt est pars dissimilaris, quia sic vel corriperentur ventriculi cerebri, & esset morbus in via, fieretque potius epilepsia & apoplexia, vel cerebrum ipsum afficeretur tumore aliquo præternaturali, & esset morbus in magnitudine aucta ob tumorem inflammatorium, qui nunquam est sine

febre,

Unable to display this page

à præsentia huius materiæ in cerebro existentis: Ratione vero suæ terrestritatis opacitatis & obscuritatis, dum permiscetur spiritui animali, redditur hic spiritus obscurus ac tenebricosus, vnde facultas imaginatrix & ratiocinatrix nõ possunt agere & suas operationes exercere, nisi depraua-te, nõ quod secundum internam naturam suam immutantur, sed quia alterationem ab extrinseco accipiũt, vnde cum spiritus animalis melancholiæ permixtus obscurus & opacus fiat, necessario facultas etiam imaginatrix & ratiocinatrix depraua te operatur & agit, inde melancholici tristantur & mœrent, timent temere: Cum igitur hic affectus prodeat à spiritu animali tenebricoso & obscuro, hic spiritus redditur talis dupliciter, primo propter mixtionem alterius materiæ & naturæ diuersæ & alienæ ab hoc spiritu: Secundo talis fit ab intrinseco, sine per internam sui substantiam: Si spiritui permiscetur materia opaca & obsura, qualis est melancholica, hæc duplex est alia vaporosa alia corpulenta; vaporosa instar fumi spiritũ lucidum obscurat & opacum reddit, q̃ ipsum longe magis præstat corpulẽta: Si vero spiritus iste p̃ ꝓpriam substantiam talis fit & generatur, id accidit, quia in corde spiritus vitalis frigidus obscurus ac tenebricosus gignitur, qui cum sit materia spiritus animalis, à corde enim ascendens in cerebrum ibique receptus per vlteriorem elaborationem à propria cerebri temperatura transmutatur in

animalem, fieri aliter non potest, quin talis spiritus animalis & ipse gignatur obscurus ac tenebricosus. Quare in hac melãcholia nõ iam cerebro sed cordi medebimur: Generatur autẽ spiritus in corde talis ob duplicẽ causam, primo, labefactata facultate cordis, secũdo ab extrinseco: Labefactatio cordis consistit in intemperie cordis modo frigidiore modo calidiore: Calidior cordis intemperies spiritum vitalem tenebricosum reddit, quia hic calor excedens, agens in cordis sanguinem (ex sanguine enim gignuntur spiritus) vi insigni illum ipsum sanguinem adurit, & adurendo partes diaphanas absumit, vt remanentibus partibus tenebrosis fiant spiritus obscuri & opaci, qui in caput delati, vt ibi fiant animales, non possunt nisi obscuri effici; verum à tali spiritu ita obtenebrato, producto à calidiore cordis intemperie, non fit melancholia, sed potius passio maniaca, quia spiritus isti sunt feruentes: Idem autem spiritus in corde, redditur tenebricosus ab intemperie frigidiore. Hæc intemperies frigida agens in sanguinem, sui frigiditate exprimit à sanguine partes tenues lucidas ac diaphanas, vt partibus remanentibus crassis & obscurioribus, non possit inde prodire spiritus, nisi obtenebratus & obscurus, qui cum sit frigidus & siccus ascendens in cerebrum vertitur in spiritũ animalem tenebricosum & opacum, in quo recepta facultas animalis agit cum mœrore ac tristitia. Si autem cor ab extrinseca

causa

causa talem spiritum gignat, hæc vel erit extra corpus, vel in corpore: Si in corpore, causa erit ipsum epar calidius, humorem gignens melancholicum, qui cordi communicatus tales generat spiritus: Si vero causa fuerit extra corpus, hæc dependet à victus ratione melancholica. Fit igitur spiritus animalis tenebricosus, vt dictum est, vel per internam sui naturam, vel ob permixtionem alterius materiæ opacæ crassæ & obscuræ, cuiusmodi est materia melancholica, quæ permixta spiritui, sua opacitate spiritum opacum ac tenebricosum reddit: Circa hanc materiam latius nobis discurrendum est, quia in huius ablatione tota ferme consistit curatio. Quare si hæc materia debet spiritum animalem obtenebrare, necesse est vt habeat subsistentiam in cerebro, vbi viget facultas animalis. In cerebro autem dupliciter potest subsistere, aut quia ibi generatur, aut quia aliunde ascendit in cerebrum: Si generatur in cerebro, id accidit cum *Galeno* 3. *de locis affectis.* 7. quoties post phrenitidem succedit melancholia, quod contingit, quando materia illa per resolutionem partium tenuium & calidarum refrigescit, vt fiat melancholica, quæ permixta spiritui, affectum melancholicum efficit: Secundo modo, hæc materia in cerebro subsistens potest aliunde defluere, & vel à toto, vel à parte determinata; à toto fluit, quando totum corpus melancholicum est, frigidi & sicci temperamenti. Est autem tempera-

mentum totius frigidum & ſiccum, duplex: Alterum natiuum, alterum adſcititium: Si natiuum fuerit, in tali temperamento non poteſt generari melancholia, quæ totum corpus ſui præſentia refrigeret & exſiccet, ac reddat melancholicum, quia dum corpus eſt à natiuitate frigidum & ſiccum, neceſſarium eſt, vt partes principales, cor & iecur & ipſæ ſint frigidæ, quia ſecundum *Gal. 2. Art. med.* Totius corporis temperatura conſequitur temperiem horum duorum viſcerum: At dum hæc viſcera à primordio generationis ſunt frigida, non generabunt melancholiam, quia etſi melancholia humor eſt frigidus & ſiccus, tamen non fit niſi à iecoris caliditate, quæ partes humidas ac tenues abſumens relinquit craſſas terreſtres & melancholicas, ita vt melancholia ſit effectus caliditatis. Ideo cum dicimus affectum melancholicum fieri à melancholia fluente à toto corpore in caput, & à toto frigido & ſicco, intelligimus eam temperaturam corporum frigidam & ſiccam, quæ non eſt natiua, ſicut contingit in declinante ætate, in qua melancholia ſenſim generatur in corpore, & poteſt totum corpus refrigerare & exiccare, neque habebit multam reſiſtentiam ex parte totius, quia in hac ætate calor non multum reſiſtit. Si vero melancholia caput aſcendit, à parte determinata, hæc pars multiplex eſſe poteſt, & ſic prodibit vel à iecore, vel à liene, vel à ventriculo & venis meſaraicis, vel ab vtero, vel ab Hæmorrhoidi-

rhoidibus. Ex istis enim partibus quædam ad affectum melancholicum efficiendum concurrunt, quia melancholiam generant, quædam, quia melancholiam genitam vel nõ suscipiunt, vel si suscipiunt detinent. Declaro: Epar concurrit ad melancholicum affectum producendum, generando melancholiam, cum sit officina humorum: Quare generabit melancholiam ob intemperiem calidam & siccam; ideo curatio huius melancholiæ erit refrigerare & humectare epar. Ventriculus autem & venæ mesaraicæ concurrunt, quia cum hæ partes sunt obstructæ, vt propterea calor euentari nequeat, fit vt in istis partibus materiæ ita aduratur & assetur, vt in melancholiam abeat, vnde fit melancholia hypochondriaca, in qua flatus assiduo obseruãtur. Concurrit etiam lien, vel quia non suscipit hunc humorem genitum, vt par est, vel si suscipit, ipsum non expurgat, sed detinet. Vbi enim lien naturalem statum seruat, debet suscipere hunc humorem & susceptum expurgare; si itaque lien non præstat vtrumque, fit affectus melancholicus: Lien autem non suscipit melancholiam genitam propter intemperiem frigidiorem & sicciorem, ideo hæc melancholia in alias partes transmittitur, à quibus si fiat euaporatio in caput, fit affectus melancholicus: Idem lien hunc humorẽ detinet propter obstructionem, viis enim obstructis, detinetur & sensim augetur melancholia, vt lien in tumorem eleue-

tur, à qua copia si humores tenebricosi in caput ferantur, spiritus tenebricosus redditur: Quare tunc obstructiones aperiendæ, & copia materiæ euacuanda erit. Deinde fit etiam hic affectus vitio hæmorrhoidum, vnde si quis assuetus fuerit pati expurgationes hæmorrhoidum certis temporibus, & hæmorrhoides supprimantur, vt melancholicus humor detineatur, qui expurgari debebat, fiet ascensus humorum ad caput, & sic fiet affectus melancholicus: Eadem est ratio retentionis menstruorum.

Cura melancholiæ.

PHarmacia quæ partem affectam respicit, duplex est, quia in melancholia per consensum afficitur cerebrum, & aliqua alia pars quæ fouet morbum, simul afficitur, siue sit epar siue lien; alia igitur pharmacia respiciet partem affectam, & erit curatoria, alia partem fouentem respiciet & erit præseruatoria: Inprimis expurgandæ sunt primæ viæ & leniendum est: Si igitur fiat melancholia per consensum à ventriculo & venis mesaraicis, ita vt epar non concurrat, non sit calidius, vtemur elect. lenitiuo cum speciebus *hieræ, vel melle ros. sol.* cum eisdem speciebus; egemus enim non modo detersione materiæ crassæ & viscidæ, adhærentis ipsis ventriculi parietibus, sed egemus insigni detersione, quam consequimur ab elect. lenitiuo & *melle ros.* solutiuo;

tiuo; maiorem autem detersionem consequimur à speciebus *hieræ*, à quibus desistendum, si epar sit calefactum; nimis enim calefaciunt. Si autem melancholia fit ab epate calidiore, probatur *mel rosatum* dissolutũ cum *sero caprino*: Quantum ad præparantia, cum materia, quæ præparanda est, sit valde crassa, terrestris, contumax, non vna vice præparabimus, sed à mitioribus incipiemus, & sic conuenient inter initia: *Syrupus de succo buglossæ vel boraginis, acetosæ simplex, mel rosatum, syr. de pomis simplex, syr. de cap. Veneris,* cum iisdem decoctis. Facta prima præparatione, mitiore purgante vtendum, vt *foliis senæ, polypodio, epithymo*, addita confectione anisi. vt.

℞ Fol. *senæ* ℥ iij. *polypodii, epithymi ana* ℈ iiij. pulu. *anisi vel macis* ℈ j. *seri capr. q. s.* pro infusione.

Hac infusione facta per 24. horas, fiat diligens expressio, in qua dissoluatur:

Mel. rosat. solut. ℥ iij. *conf. hamech* ℥ j. ß. misc. pro potione.

Deinde præparatio repetatur, quia humor est contumax, & adscendendum ad valentiora:

℞ Syr. *de agrimonia de fumaria comp. de pomis ana q. s.* Dissoluantur in decocto *agrimoniæ, ceterach, rad. apii vel petroselini vel fœniculi*, quibus per 6. aut 8. dies assumtis, valentiore pharmaco euacuandum, & sic præter *senam, polypodium* & reliqua, addemus *cort. hellebori nigri* ℈ ij. *ad* ℥ j.

Etsi enim album helleborum efficax est, tamen solet patientes vt plurimum perturbare, vt

& vomitum & tormina & dolores efficiat, etsi diligenter præparetur; Quod ad remedia partes respicientia, cum hæc sint duplicia, quædam enim contenta respiciunt, quędam continentia; Per contenta intelligimus vapores & humores; per continentia intelligimus ipsa solida, ipsas partes in quibus hæc cõtinentur; Ratione contentorum agendum est de medicamentis discutientibus flatus, & humores crassos viscidos, ac valde adhærentes extirpantibus; ratione partium continentium, dum hæc concurrant ad morbum hunc faciendum, vel generando humores, vel humores genitos detinendo, iure agendum de medicamentis alterantibus, vt si concurrat epar caliditate & siccitate sua generando humores melancholicos, alteranda erit hæc pars cum frigidis & humidis: Si vero concurrãt partes detinendo humores genitos, cum hæc detentio fiat ab obstructione, & hæc fiat à materiæ copia, crassitie, lentore, ideo euacuandum, detergendum, & attenuandum est, Quare si adsit melancholia per essentiam à cerebro primario affecto, post totius euacuationem caput pariter euacuandum & sensibiliter masticatoriis, & errhinis, de quibus supra in dolore capitis, & insensibiliter, id quod præstant lotiones factæ ex decocto betonicæ, stechadis, florum chamomeli, anethi, quæ vim habent discutiendi flatus, & materiam crassam attenuandi. Ex hoc decocto fiat stillicidium in commissura coronali:

nali; Ab Aetio & Paulo probatur etiam euaporatio facta cum aceto mulso, in quo decocta sint, thymus, pulegium, stechas, & potissimum nocturno tempore, & quo patiens dormit, hæc euaporatio administretur. Hæc præsidia respiciunt potissimum euacuationem materiæ vaporosæ: Quia vero adest etiam materia crassa & corpulenta, & hæc tum sui natura, tum ratione loci remoti sit rebellis, indiget remedio è longinquo euacuante & valide attrahente: Huiusmodi erit antimonium, quod etsi non videtur esse in communi vsu, propter sui vehementiam, & propter symptomata, quæ quandoque inducit, superfluum vomitum concitando, & plus iusto per secessum euacuando; Tamen si recte præparatum sit, præstabit citra noxam, quod optamus. Duplex autem eius præparandi est ratio; Secũdum alteram deduci poterit in oleum, quod melle est dulcius: Vtroq; modo erit conueniens. Quantum ad priorem præparationem in substantia, accipiamus antimonium de minera, prout à natura reperitur, hoc in ollam infundamus ad ignẽ, vt liquescat & fluat instar plumbi liquefacti, cum est ita fusum, debet extingui & congelari in aqua rosacea, in qua sit facta infusio rerum cordialium, stomachicarum & capitalium, vt membris illis principalibus noxam non inferat, vt pro corde in aqua rosacea infundantur flores boraginis & melissæ; pro ventriculo, vel cinamomum vel macis, vel aliquod si-

mile aromaticum; pro cerebro, ſemen coriandri, radix pæoniæ vel folia betonicæ: Facta igitur hac extinctione in aqua roſacea, modo, quo diximus, præparata, & antimonio congelato & ad priſtinam naturam redacto, iterum antimonium illud ad ignem ponamus, prius tamen puluerizandum, vt iterum fuſum iterum extinguatur in noua aqua alterata, vt antea diximus: Atque hoc ter repetatur, deinde ad vſum reponatur: cuius doſis aſcendere poteſt ad ℈ ß. & quandoque ad ℈ j. prout corpora ſunt robuſta: Et ita vſus ſum hoc antimonio præparato, & habui ſedes optatas, ad differentiam antimonii non præparati, cuius grana duo vel iij. etiam purgant. Altera præparatio eſt: Accipiamus antimonium de minera & puluerizemus; & ſuper lapide marmoreo ipſum teramus, permixto oxymelle ſimplici, vt omnino amittat formam metallicam: Quo peracto, accipe acetum deſtillatum, quod eſt tenuius, & pro libitu ſemper iterum poteſt ſeparari ab antimonio; ſi vero non ſit deſtillatum, ſemper partes craſſiores permixtæ manebunt cum antimonio: Quantitas autem aceti huius tanta ſit, vt per duos digitos ſuperemineat antimonium in vaſe vitreo collocatum: Vas hoc debet locari vel in balneo Mariæ, vel in aqua tepida, vel in hypocauſto, vbi aer eſt calidior, vt acetum ratione modicæ caliditatis, ſubtilitate ſubſtantiæ citius & acrius penetret ſubſtantiam antimonii, & penetrando ita atterat & comminuat

nuat antimonium, vt nulla crassa portio in eo relinquatur, id quod Galenus etiam obseruari docebat in metallis præparandis 2. de comp. med. per loca, cap. 2. Maneat autem vas hoc in dicto loco calido per mensem: denique extrahatur totum acetum, vt remaneat sola substantia antimonii: extrahi autem facilius potest per alembicum: Quod in fundo remanet, erit veluti pasta quædam, quæ debet valido igne destillari, inde ascendet oleum rubicundum & sacchari & melle dulcius; quo si vtamur in purgandis corporibus, ad ℈ j. vel ij. vel ʒ j. euacuabit à partibus longinquis citra noxam. Si vero melancholia non fiat per essentiam, sed per consensum à toto; tunc præmissa euacuatione totius, expedit reliquam materiam euacuare sensibiliter, primo cum diureticis modo calidis modo frigidis: Calidis vtemur, vbi epatis caliditas non prohibeat; frigidis, vbi feruor epatis insignis fuerit, vt ab vsu calidiorũ noxam percipiat: Inter calida sunt: Radix petroselini, apii, fœniculi & similiũ: Inter frigida ꝓbatur inprimis emulsio seminum melonũ, cuius quasi vehiculum sit serum caprinũ, vnde accipiemus inter initia seri caprini libras ij. vel ij ß. vel etiam iij. emulsionis autem seminis melonum tot vncias, quot erunt libræ seri caprini, & hic patiens assumat per 20. aut 30. dies: Morbus enim hic Chronicus est: Idem de diureticis calidis intelligatur. Quæ vero insensibiliter euacuant, erunt balnea aquea & aeria,

aeria, vt ratione balnei toti corpori administrati, fiat euaporatio sudorem prouocans: Cum autem eo vtimur, vt sit materia auxilii euacuantis, ne sit tepidum sed calidum, vt ratione caloris aperiantur meatus cutanei, atque ita fiat resolutio & sudoris prouocatio. Hoc balneo ante cibum vtemur, eodem modo vtamur etiam balneo aerio. Si vero fit melancholia per consensum à iecore calidiore, præstat per totius euacuationem alterare iecur refrigerantibus & humectantibus, quod fiet commodissime sero caprino, quod refrigerat & obstructiones detergendo amouet; ante vsum autem seri, si epar erit obstructum, de obstruentibus vtendum, quæ non sint admodum calida, sed moderata, *vt radix quinquefolii, filicis, absinthii; fol. agrimoniæ, cortices capparorum,* ex quibus in puluerem redactis, si ℥ j. pulueris singulo mane, ante serum detur, tolletur hoc pacto intemperies epatis calidior, & obstructiones simul auferentur. Quod si contingat, aluum esse adstrictam, præter vsum clysteris, alternis diebus eodem sero vtendum, in quo sint infusa folia senæ, epithymus & polypodium, vt:

℞ Fol. *senæ* ℥ iij. *epithymi, polypodii ana* ℥ j. *pulu. anisi,* ℈ j. Misc. cum sero, & f. infusio per 24. horas, & facta expressione, singulis 4. vel 5. diebus propinetur patienti.

Post sumtum serum, patiens loco seri vtatur passulis præparatis, hoc modo.

℞ Fol.

℥ Fol. *sennæ*, ℥ iiij. *epithymi, polypothii, ana* ℥ ij. Adde pro emollitione melancholiæ: Sem. *altheæ, maluæ, ana* ℥ ij. Infusio vel in manna diluta in iure, vel in infusione ros. multiplici q.s. Qua infusione facta per 24. horas, f. expressio, cui adde: Passular. lib. 1. & cum prædicta infusione misce, & ad vsum serua. Dosis ab ʒ ß. vsque ad ℥ ij. Opportunum tempus vtendi erit, tum post euacuationem totius, tum per interuallum 5. vel 6. dierum.

Postremo curanda est melancholia, quæ fit vitio ventriculi vel lienis, hæc proprie est melancholia hypochondriaca, in qua rugitus & flatus perpetuo obseruantur. Ratione ventriculi, cum is in hoc morbo sit refertus humore crasso melancholico, primo detergenda valide est materia adhærens vẽtriculo, & attenuanda, vt cum sensibiliter euacuari nequeat, in vaporem conuertatur, & ita sensim absumatur: Detergent autem valide aquæ thermales, ratione sulphuris, & vt validius detergant, ante potum huius aquæ patiens singulis diebus accipiat diasulphur ab Auicenna propositum in suo antidotario, quod si paratum non habetur, vtamur aliquo consimili, vt si accipiamus sulphuris viui lib. j. atteratur super marmor cum oxymelle aut melle rosato, quæ habent vim attenuandi, dissoluatur in decocto fœniculi, anisi & similium, & sic ad vsum seruetur: Dosis ℥ ß. si autem adsit tumor lienis, auferendus erit vino chalybeato, quod mate-

materiam crassam attenuat, subtiliat, in vaporem tollit ac dissoluit, id vero hoc modo præparatur: ℞ *Chalybem puluerizatum*, qui atteratur super lapidem marmoreum cum oxymelle, deinde infundatur in aceto, stet in infusione per 15 aut 20. dies: Facta infusione, commisceatur cum vino, quod sic præparetur: ℞ *Vinum album & potens, meracius*, in quo si flatus infestarint patientes, infundamus quæ flatus discutiunt, *vt sem. anisi, fœniculi, &c. dosis:* pro ʒ j. chalybis, ponamus ʒ ij. flatus discutientium in vino: Infusio fiat per 24. horas, & ratione lienis tumorosi, addantur, quæ emolliunt, ne materia magis lapidescat. vt sem. altheæ vel maluæ, vt pro ʒ j. chalybis, sumamus, ℈ j. seminum, & cum prædicto vino ita alterato, facta prius expressione debet poni chalybs, vt: ℞ ℔ j. chalybis præparati, & ℔ viij. vini alterati, vt diximus, f. infusio, & per 15. & 20. dies, exponatur hoc vinum soli, vel in balneo Mariæ, vel in hypocausto, & singulis diebus vtatur patiens bis, dosis. Inter initia ʒ ij. paulatim ascendat per ʒ iij. & iiij. vsque ad x. assumat per mensem: Excrementa erunt nigriora atramento scriptorio, & tumor lienis recedet. Toto autem tempore, quo patiens hoc vino vtitur, deambulet satis potenter, vt sudor etiam prouocetur.

Fatui-

Fatuitas & amentia: Μώρωσις, Ἄνοια.

Eius Catholica.

RAtionalis animæ operationibus diminutis inducitur fatuitas, ſtoliditas, deſipientia, ſtultitia; vbi autem penitus abolentur fit ἄνοια, mentis ignauia, cum homines ita afficiuntur vt beluæ & infantes; nam teſte Ariſtotele 8. de hiſt. animal. 1. Infantis anima fere nihil differt ab anima brutorum. Differũt igitur fatuitas & amentia ſecundum magis & minus; locus affectus eſt cerebrum; in fatuis iudicium & diſcurſus læditur: Deſipientia autem quæ fit in decrepitis, ita generatur, vt primo lædatur imaginatio, deinde ratiocinatio; poſtea memoria: Læditur autem prius imaginatio, quia pars anterior magis expoſita eſt iniuriis aeris. Fit autem fatuitas & amentia à morbo ſimilari, ab intemperie frigida: Frigidi enim eſt quietem inducere, & operationes mentis abolere aut imminuere: Quinetiam morbus inſtumentarius hos affectus facit; Hinc teſte Ariſtotele, qui paruo ſunt capite, plerumque inſenſati redduntur & aſini: præterea ſi ventriculi cerebri ſint anguſti, fit fatuitas ob morbum in via. Quomodo autem anguſtia ventriculorum cerebri faciat fatuitatem, explicauit conciliator diff. 79. vbi dicit, operationes animi integras proficiſci à ſpirituum luciditate, vbi autem ſpiritus in anguſtis locis condenſantur, fiunt magis opaci & obſcuri, quia res omnes diapha-

diaphanæ & lucidæ quo sunt densiores, eo fiunt opaciores. Adhæc humores frigidi & humidi fatuitatē inducunt, quia sua frigiditate torpidos & inertes reddunt spiritus, vt nō possint operari. Immediatæ igitur & internæ causæ fatuitatis & amentiæ sunt; intemperies frigida; paucitas cerebri; angustia ventriculorum eius; & humorum frigidorum copia. Quæritur autē 1. An sola intemperies frigida hos affectus faciat? 2. An etiam à siccitate possint fieri. 3. An paruitas & paucitas cerebri fatuitatem efficiat. Circa primum difficultas est, quia Gal. 4. de puls. 8. scribit à fatuitate inseparabilem esse cerebri frigiditatem, cuius etiam sententiæ fuit Auicennas 1. tertij tract. 4. cap. 11. Aristoteles autem 30. problem. 13. inquit, pueros, amentes & ebrios intellectu non valere, propter caliditatem, quæ confundat & conturbet spiritus, vt recte operari nequeant. Pro solutione dicendum, nullo pacto intemperiem calidam posse facere immediate fatuitatem, quia caliditas immediate facit motum, sicut frigiditas quietem, potest autem inferre mediate, quia caliditas iugulat & extinguit calorē natiuum quo hebetato subsequitur frigus, vnde iure fatuitas oritur. Aristoteles autem l. c. potius de depratiatione rationis & intellectus, quam de diminutione seu abolitione loquitur. Ad secundam dubitationem quod attinet, videtur esse difficultas: Auicennas enim scribit fieri fatuitatem à siccitate; Galenus in

lib.

lib. *Quod animi mores, &c.* dicit siccitatem magnopere conferre ad intelligentiam & prudentiam. Citat enim Heraclitum dicentem; spiritum siccum facere animam prudentem. Respondeo; siccitatem copulari posse frigido vel calido, vel posse solam esse: Sola siccitas cũ temperata caliditate vel frigiditate iuuat ad prudentiam, & de hac intelligẽdus est Galenus: siccitas autẽ cum caliditate immoderata facit maniam, sed copulata frigiditati excedenti, fatuitatem inducit; de hac siccitate loquitur Auicennas l. c. Circa postremam dubitationem videtur etiam esse controuersia: Aristoteles enim in Physiognomia scribit, habentes parua capita insensatos esse, quod & Galenus dixit: Idem Aristoteles 4. de part. animal. 11. dicit, bruta esse insipientiora hominibus eo quod habeant magna capita, imo ait, inter homines, pueros, cum habeant magna capita fatuos esse & insipientes: Idem 30. probl. 3. quærens, cur homo sit prudentissimus omnium animalium? inter alias rationes etiam hanc ponit, ꝙ homo sit capite minimo omniũ. Pro solutione ponẽdum; caput paruũ esse posse, vel propter paucitatẽ cerebri, vel propter paucitatem continentium partium, id est, ossium, vel propter paucitatem vtriusque: Capita parua propter paucitatem cerebri, siue cerebri solius, siue etiam ossium paruitatem omnia mala sunt, ac de his loquitur Aristoteles in Physiognomia, & Galenus suo loco; Hinc, vt est apud Galenum

3. de loc. aff. 4. & 3. de plac. 4. fatui dicuntur homines sine cerebro. Capita autem parua secundum continentia, id est, ossium compagine, non vero secundum cerebri substantiam, hæc, inquam, optima sunt eo quod habent magnitudinem cerebri idoneam, & non habent continentia quæ sua mole cerebri actiones impediant: Dicebat enim Plato, ideo caput nostrum factum esse excarneum, ne moles harū partium impediret actiones animi. Sed sunt & alia quæ fatuitatem & amentiam faciunt, scilicet: Corporis temperatura frigida & humida: Sexus muliebris: Ætas iuuenilis & senilis: Sic Auicennas scribit, in iuuenibus facilius fatuitatem fieri, in senibus vero delirium. Sic prodidit Auenzoar 2. tract. 3. cap. 1. castratos & eos in quibus sanguis immoderate euacuatur, fatuos & amentes fieri. Est & inter causas externas aer frigidus & humidus, seu frig. & siccus, hinc apud Scythas nullus extitit Philosophus, excepto vno Anacharse; sic aer crassus ad fatuitatē facit, vnde Poeta ille volens notare, quid fatuus esset: *Veruecum in patria, crassoque sub aere natus.* Regio etiam magnopere confert ad generationem horum affectuum, vt narrat Aristoteles de Thracibus, quos scribit ob defectum memoriæ & stoliditatem non potuisse numerare vltra quatuor. Somnus nimius idem facit, hinc somnolenti simul amentes sunt & fatui, eo quod spiritus & crassi & torpidi redduntur. Sic nimius coitus cerebrum

& in-

& intellectum adimit: Sic medicamenta, quæ nimium refrigerant, vt opium, hyoscyamus &c. homines dementant, eo quod refrigerando cerebrum, spiritus quietos & immobiles reddunt. Cæterum cognoscitur fatuitas, quæ ab humoribus est, ex abundantia excrementorum, ex somni longitudine & profunditate: Quæ autem fit propter cerebri paucitatem, cognoscitur ex paruitate capitis, ex ætate, vt cum senibus contingit fatuitas, ex immoderato coitu progresso, ex nimiis studiis & vigiliis, quæ solent cerebrum absumere. Omnis fatuitas, quæ oritur ex paucitate cerebri, prorsus incurabilis est, eo quod substantiam seminalem, vbi semel deperdita est, reficere omnino est impossibile, quare in senibus decrepitis non est curanda insipientia: Idem dicendum de iis, qui à natura sortiti sunt caput paruum, & ventriculos cerebri angustos: Fatuitas etiam antiquata fere curatu est impossibilis: Ea tamen, quæ recens est, & fit vel ab humoribus, vel à nuda intemperie, tam difficilis curatu non est, teste Hipp. 2. Prorhet. 31. & in coacis. Videndum igitur est, si fatuitas sit à senio, tunc laudat Auenzoar vsum lactis amygdalarum cum saccharo, & vsum passularum, quæ, vt scribit, augent cerebri substantiam: Si sit fatuitas ab humoribus, purgandi sunt humores illi: Si ab intemperie frigida & humida; cum humoribus, non solum humores euacuandi sunt, verumetiam medica-

mentis externis & internis auferendi: Ad hoc maxime confert vsus rerum odoratarum, vt, moschi, ambræ, galliæ mosch: diamoschi etiam anacard: confectio, laudat Auerroes etiam cordialia. Arabes præ cæteris commendant cauterium in capite factum, quod per illud quotidie euacuantur, quæ intemperiem fouere solent.

In amore Herculeo seu furioso.

De curandis amantibus.

Ex Iasone Pratensi de morbus cerebri.

INter affectus cerebri amorem referunt Medici, cuius vis & potentia tanta est, vt nõnunquam luctu tragico in maniam aut melancholiam terminetur, vt experientia non raro testatur, vnde amorem inter dæmonas reposuit Plato. Huius mali curatio in sequentibus potissimum sita est. 1. Optimũ in fuga est remedium. vt quis vitet fœminarum consortia. Nam vt ille ait: ἐκ τῦ ὁρᾶν γίγνεται τὸ ἐρᾶν. 2. Si nihil proficias, nullum præsidium erit commodius, quam vt amanti cedat amata, & semel in casses præda petita cadat. 3. Amor in plures distribuendus est: ex Ouidii sententia:

Hortor & vt pariter binas habeatis amicas,
Fortior est, plures si quis habere potest.
Secta bipartito cum mens discurrit vtroque,
Alterius vires subtrahit alter amor.

4. Amantium morbus vt pruritus soluitur venæ sectione & cucurbitulis applicatis. *Vide Aristotelem*

telem 4.probl. 15.de pruritu. 5. Negocia curæ, labores, amoris sunt remedia: Vnde Poeta:

Cedit amor rebus, res age, tutus eris.

Hinc tres Deæ amori inuictæ sunt: Minerua, Diana & Vesta. 6. Dehortationes amicorum, quos veneramur, obseruamus & colimus; & hoc est remedium Ethicum. 7. Victus ratio sit attenuans, balnei vsus frequens, & sudationes creberrimæ; vinũ fugiat, famem perferat; sine Cerere & Baccho friget Venus. 8. Curatio theologica; seruatoris est oraculum: Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi precatione & ieiunio. Hæc Iason.

Cæterum amorem etiam soluunt peregrinationes, timor magnus, & mœror, & ebrietas ex vino dulci, lusus cytharæ, studium laudis & gloriæ. Fugiat solitudines, & semper cum viris autoritate præstantibus conuersetur. Radix mandragoræ ebibita, obliuionem non insaniam inducit. Stercus amatæ illa nesciente sub ceruical positum, cum amator odoris fœditatem sentit, amor soluitur. Huc faciunt medicamenta venerem sopientia, vt: Camphora pudendo alligata & in braca gestata, membrum flaccidum reddit. F.H.D.

Ad appetitum coeundi arcendum:

℞ *Trochisc. de camphora, mentæ siccæ, ana* ℥j. Sem. *agni casti,* ℥j. *sacch. albiss. q. s. cum syrupo nenuphar. f. pill. vij. pro* ℥j.

℞ *Mentæ siccæ,* ℥j. Sem. *agni casti,* ℥ß. *nenuphar.*

℥j. *camphoræ* ℈ j. *opii thebaici*, ℈ ß. misc. distillentur per alembicum, dentur pro potu.

℔ *Menthæ siccæ*, ℥j. Sem. *agni casti*, ℥ ß. *nenuphar.* ℥j. *camphoræ gr.* ij. *rasuræ eboris, coral. rub. ana* ℥ ß. *sacch. albiss.* ℈ v. *cum syr. nenuphar.* f. morsuli ad extinguendam libidinem.

Aqua castitatis.

℔ Aq. *menthæ, chelidoniæ, anethi, lil. conuall. lil. alb. nenuph.* an. partes æquales. Misc. seruentur in sole per mensem; *dosis*, ℈ ij.

Vngere ventrem ex oleo ligni hederæ, humiditatem consumit. Sæpe amor impotens fœminas in strangulationes vteri coniicit, cuius rei historiam adscribam: Virgo quædam monialis, filia Leonelli Medici illa tempestate celeberrimi, matricis præfocatione ex retento semine, vt ferebat religio, grauissime laborabat. Huic pater cura regulari calida & sicca præscripserat, & aperitiua ad emissionem spermatis exhibuerat, sed semper inde peius habuit, quia & iuuenis & virago erat. Mutare itaque curandi intentiones coactus est, quare frigida & sicca exhibuit, vt diminueretur appetitus coeundi, & exsiccaretur sperma iam genitum, & prohiberetur generatio noui spermatis. Præmissis itaque vniuersalibus hæc præscripsit:

℔ *Trochisc. de camphora, mentæ siccæ, ana* ℥j. Sem. *agni casti*, ℥ ß. *frigid. maior. ana* ℈ j *nenuph.* ℥j. *camphoræ gr.* ij. *rasuræ eboris, coral. rub. ana* ℥ ij. *sacch. albiss.* ℈ v. misc. *cum syr. nenuph.* f. conf. in morsulis.

Adhæc

Adhæc iussit eam incedere nudis pedibus, & portare laminam plumbeam multis foraminibus pertusam, quam portaret in dorso ad dies viginti. Ad exsiccandum autem sperma, iussit cibari eam parcissime, & manducare frequenter coriandrum præparatum, & semen lactucæ & acetosæ, & sic eam à morbo illo liberauit. Porro impediunt & remittunt coitum folia salicis trita & epota, & si sæpius vsurpentur ipsum in totum auferunt. Idem præstat Topacius in annulo gestatus: *Alexander Benedictus* scribit dextrum lupi testem tritum & cum *Oleo vel aq. rosarum* exhibitum, Veneris tœdium inducere. Lac butyri comestum, & semen cannabis & camphora exhibita idem præstant. Verbena herba gestata libidinem extinguit, idem efficit puluis ranæ decollatæ & exsiccatæ: Ventriculus, quem noctilucam dicunt, eo quod noctu lucet, comestus libidinem arcet. Ad extinguendum coitum vngantur membra genitalia & renes & pecten aqua, in qua opium thebaicum sit dissolutum. Libidini contraria est camphora, & coriandrum sicoum frangit coitum, & erectionem virgæ impedit, exsiccando semen. Idem efficit sinapium ebibitum, & colubrina, germanice Natterwurtz. Da verbenam in potu, & non erigetur virga in sex diebus. Vsus mentæ humidæ cum aceto ad hanc rem efficiendam optimus est, & menta sicca est melior. Minoratiuum spermatis est, quod sequitur.

℥ Sem. *lactucæ, portulacæ, coriandri ana* ʒ j. *mentæ siccæ,* ʒ ß. *sacch. albiß.* ʒ iiij. miſc. puluerizentur omnia ſubtiliter, poſtea ſimul miſce cum aq. nenupharis. f. conf. ſolida in morſulis: Ex his ſumat vnum mane cum ſurgit.

In pruritu partium genitalium vtriuſque ſexus, lauetur locus cum aq. decoctionis foliorum & ſtipitum ſalicis, & ſaluiæ, & pruritus ſedabitur:

℥ *Ceruſſæ,* ʒ vj. *ſulphuris citr.* ʒ ij. *opii,* ʒ j. Terantur omnia cum accto vini, miſce cum aqua, & applicetur partibus genitalibus.

Sed iſta proprie huc non pertinent. De amore ex philtro, de quo Ouidius: *Philtra nocent animis, vimque furoris habent*, alibi dicetur. Vide de his *Valeſcum de Taranta, Cermiſonum, Arnoldum de villa noua, Alexandrum Benedictum, Speculum Medicinæ Germaniæ, & Iohannem Langium.*

De lycanthropia vel lupina inſania.

EST deprauata quædam imaginatio, qua homines ſe lupos aut canes eſſe, vnde etiam cynanthropia dicitur, opinãtur. Vagantur enim & oberrant inſtar luporum & canum. Talis lupus ſibi eſſe videbatur pater Præſtantii apud *D. Auguſt. lib.* 18 *de ciuit. Dei. c.* 8. & alius quidam apud *Thomam Brabantinum ſiue Cantipratenſem in lib. Apum, & Agricola ille Patauinus apud Hiobum Fincelium lib.* 2. *de miraculis.* Hic morbus occaſionem dedit fabulæ, *de qua Plinius* 2. *cap. lib.* 8. homines

inquit

inquit interdum lupos fieri, & ex lupis homines renasci. Et sic intelligitur fabula illa apud *Pausaniam*, vt scribit, *quendam pugilem factum esse lupum & post decem annos in hominem rediisse*. Fit huiusmodi affectus potissimum mense Februario, cuius causam nonnulli putarunt esse quandam siderum proprietatem, sed magis medicum est dicere, hoc potissimum mense id fieri, quod tunc appropinquet ver, quo tempore humor melancholicus solet efferri, vnde morbi melancholici oriuntur. Est itaq; hic morbus symptoma, in genere actionis imaginatricis deprauatæ. Læditur autem hæc actio, tum propter intemperiem calidam & siccam, tum propter melancholiam aduſtam. Cur vero ita deprauetur imaginatio, vt homines se potius putent lupos esse quam aliquid aliud: arcana sane est causa, nec quicquam certi afferre possum, nisi, vt dicebat Aristoteles, esse quandam humoris proprietatem. Multa sunt ægritudinis huius signa. Nam tota die latent in tenebris, noctu exeunt, obambulant sepulcra, latrant, persequuntur cadauera, nõ exspuunt, non dormiunt, visum habent debilem, oculos cauos, faciem fere totam ferinam, præsertim vero semper vlcerata habent crura; Huius rationes tres sunt. I. Proprietas humoris melancholici, qui sua grauitate semper inferiora petit. II. Quod crura habent in perpetuo motu, vt hac ratione facile humor aliquis grauis delabatur. III. Quoniam miseri isti sem-

per impingunt. Malum sane est grauissimum, cui cito occurrendum. Modus autem curandi plane idem est, qui debetur maniæ. Est fere omnium sententia, in hac insaniæ specie conuenire sanguinis missionem ad animi vsque deliquium. Postquam autem cætera remedia frustra sunt tentata, sola spes supereſt in fustibus & flagris, vt acerrime flagellentur, & catenis ligentur.

SEQVVNTVR EXEMPLA CVRATIONVM PHRENITIDIS, Maniæ, melancholiæ, & cuiuscumque delirii.

In delirio casus memorabilis.

Consilium Italicum.

IVuenis quidam literarum impense studiosus annorum 28. à natura melancholicus iam aliquot ab hinc annos perpetuis capitis doloribus affligitur, qui seuiores sunt in aeris constitutione sicca, mitiores vero tempore frigido & humido. Ita autem ab ambiente afficitur, vt vel leuissimam aeris mutationem, in corpore suo (est enim raræ texturæ) persentiat. Aere enim vergente ad siccum, omnes statim corporis & capitis meatus arctissime constringuntur, vt excrementa per nares & palatum exire nequeant, quo etiam tempore siti intolerabili corripitur, dolores percipit grauatiuos, non raro etiam pungitiuos in anteriore plerumque capitis parte: Quin

te: Quin immo sæpenumero occiput vehementer incalescit, ita vt vix manum tangentem ferat, à motu corporis quantumuis leuissimo, & à quocunque strepitu, item à turbis & multitudine hominum, capitis dolores statim ingrauescunt. Inclinante autem tempore verno & autumnali, etiam in delirium quoddam vltro inuitus prolabitur; principio quidem curis inanibus seipsum excruciat, ab hominum consuetudine abhorret, delectatur solitudine, timet, mœret, dolet temere, mox incidit in quandam inassuetã ferociam, & inusitatũ mentis impetũ, litigat, contendit, audet multa, multa temere loquitur, ac vere seipsum ignorat, moribus ac vitæ institutis totus alienus ab illo, qui ante fuit. Est autem potius cum risu quam cum furore iunctum delirium, si modo capiti suo relinquatur. Quærit enim oblectamenta musica, comessationes, conuiuia, agitat colloquia de studiis, quæ sanus tractare solebat, sine iudicio tamen, vt discursus læsus videatur. Memoriam autem rerum omnium constantem ac fidelissimam conseruat. In ipso paroxysmo rubent genæ, facies tumet, ac quasi sanguine suffusa nitet, ipse interim patiens siti intolerabili tenetur, quinetiam vrinam copiosam præter voluntatem profundit, aluo interim indurata. Soluitur autem per sudorem totius corporis, delirium, quem post somnos longos, profundos & post horribilia somniorum terriculamenta per cipit.

Quo

Quo sudore soluto, post somnos matutinos lassitudine spontanea corripitur, cum tanto virium defectu, vt domo exire nequeat, sed per horas 2. aut 3. tacitus sedere cogatur, quo tempore melius habere incipit. Etiá elapsi sunt anni aliquot, ex quo maxime sub initium veris & autumni tali delirio tentari solet. In locis tamen, regionibus atque temporibus frigidis, ac humidis, minus afficitur, quam in calidis & siccis, in quibus hoc malum ingraueſcit.

Excellentissimi D. Hieronymi Capouaccii Consilium.

DVo sunt vitia, quibus vexatur iuuenis nobilissimus. Quorum alterũ est perpetuum, alterum interpolatum. Continuo namque capitis doloribus vexatur, per interualla vero, id est, aduentante vere & autumno, delirio tentatur. Horum affectuum causas inuestigare non est difficile. Nam si sermo sit de capitis dolore, cum necessario fiat ex solutione continui, cuius causa potest esse vel intemperies inæqualis sine materia, vel materia sola, vel vtrumque simul, hoc loco, cum dolor sit perpetuus, suspicari quisquam posset, solutionem hanc intemperiei calidæ & siccæ esse adscribendam, cum iidem dolores ex aeris constitutione frigida & humida valde mitescant: Verum, si tanta ac tam diuturna esset huiusmodi intemperies, vix fieri posset, quin iam in febrim incidisset; quare arbitramur,

tramur, capitis quidem intemperiem calidam & ſiccam adeſſe, verum ſolutionem illam continui fieri continuo à materia humoroſa, quandoq; vero & à materia vaporoſa melancholica, & præſertim dum veris conſtitutio ad ſiccitatem vergit, quo tempore meatibus conſtipatis vapores foras exhalare nequeunt. Hæc autem materia melancholica generatur in epate calidiore, & ſicciore, hanc enim illius intemperiem eſſe putamus, quæ poſtea vi caloris ipſius icoris ſurſum fertur in caput, à quo etiam ſui caliditate attrahitur, vt mirum non ſit, ſi tanta matèriæ copia congregetur, vt doloribus perpetuis torqueatur, & multo minus eſt mirum, ſi aduentante vere & autumno tentetur delirio, tempore namque veris agitantur humores, ſanguis feruet, quare tunc temporis multo maior copia vaporis melancholici in caput attollitur, atque in eo etiam ob intemperiem capitis calidiorem & ſicciorem adaugetur, quo cum ſpiritibus animalibus permixto mirum non eſt, ſi tentatur delirio, ob eandem quoque cauſam aduentante autumno in eundem affectum incidit, nec ſolum exiſtimandum eſt, ſpiritus animales ob permixtionem vaporis melancholici perturbari, verum etiam propriam ipſorũ ſubſtantiam aliqua ex parte à natiuo ſplendore, & ſui puritate recedere. Cum enim ſit ſuapte natura melancholicus, fieri non poteſt, quin ſpiritus vitalis aliquãtulum impurus gignatur, vnde

etiam

etiam ſpiritus animalis. Cum itaque vtriuſque affectus eadem ſit cauſa, quę curationem exigit, omne ſtudium noſtrum in eo poſitum eſſe debet, vt materiam melancholicam & in toto & in capite exiſtentem euacuemus, atque vt iecoris intemperies & capitis corrigatur, cum his quæ vim habent refrigerandi & humectandi, imo totum corpus erit humectandum, & ſi virtus ſuſtinebit, ſanguis erit euacuandus, quoniam & ſanguinis euacuatio per accidens vim habet refrigerandi & humectandi iecur. Sed vtinam ita facile foret propoſitis indicationibus ſatisfacere, quemadmodum facile fuit eas inuenire, quoniam, cum in hoc affectu aliquando perſeueret æger: fieri non poſſe arbitramur, vt penitus ab huiuſmodi affectibus liberetur, nec parum feciſſe videbimur, ſi prouidebimus ne ſtultus euadat. Malum enim hoc altiores egit radices, & ſibi fere ingenitum eſt; ſed ſicut in natura quandoque monſtra contingere ſolent, ita quoque in arte interdum accidere ſolet. Quare ad præſidiorum materias deſcendere licet, & primo quoad chirurgiam, ni virium imbecillitas obſtet ac impediat, ſanguis erit euacuandus, ni forte homorrhoides ſponte ac copioſe fluant, euacuari autem poterit ex vena interiore brachii dextri, nec non hæmorrhoidibus, & tandem ex vena frontis. Tota enim quantitas erit partienda, quam quantitatē præſcribit ſanguinis copia peccans, & primo ſecunda erit vena brachii, deinde aperiendæ

riendæ hæmorrhoides, poſtremo vena frontis ſecabitur. Tempus autem erit opportunum ante initium veris priuſquam tentetur delirio, & ante initium autumni. Tota enim hac æſtate proxima medicari debet. Laudamus præterea, vt excitentur quatuor fonticuli, duo in cruribus & totidem in brachiis, ni adſit aliquid quod impediat, verum quia hæc tuto adminiſtrari nō poſſunt, niſi corpore exquiſite purgato, ideo probamus vt leniatur aluus *cum ſyr. roſ. ſol. & manna vel caſſia cum pulpa tamarindorum*, deinde præparetur materia *cum ſyr. de cichoreo, de boragine, de ſuncо*, & ſimilibus. Diluantur autem *ſyrupi*, cum iure alterato *ex boragine, cichoreo & endiuia*, præparata materia purgetur corpus cum infuſione *rhabarbari, ſenæ, polypodii* in decocto florum & fructuum, cui addatur aliquid *ſyrupi roſati ſolutiui & mannæ*, & quia vnica purgatio non ſufficiet, ideo rurſus præparetur materia *cum ſyrupo de ſucco acetoſæ, boraginis & cichoreæ, cum decoctis ex boragine, agrimonia, quinquefolio, ac ceterach*; præparata materia purgetur corpus cum infuſione *hellebori nigri, fol. ſenæ & modico rhabarbari in decoctione fructuum, cui addatur aliquid ſyr. roſ. ſolut. & ſyrupi ex polypodio.* Corpore exquiſite purgato, caput erit purgandum *cum errhinis & maſticatoriis*, dummodo nihil adſit, quod vel maſticatoria vel errhina impediat. Corpore & capite optime purgato, ad alterantia eſt confugiendum, laudamus itaque vt capiat ſerum *lactis caprini*, eo tamen

men cautio est adhibenda, vt aeris constitutio sit calida potius quam vehemẽter frigida. Quare & tempore veris & sub finem æstatis, & præsertim *mense Iulio*, laudamus, vt capiat serum, secundum *Dioscoridem* præparatum ad quantitatem 4. vel 5. librarum pro singula vice, & cum 5. vel 6. diebus acceperit, cum eo permisceatur aliquid emulsionis *sem. melonum*; caueat, ne cum serum acceperit, superdormiat, sed potius lento gradu deambulet, nec ex cubiculo recedat ante prandium, post prandium poterit exire. At serum sit optime præparatum, nec salitum, tunc autẽ erit optime præparatum, cum fuerit splendidum veluti aqua & subuiride, quod si fuerit album & crassum, non est exhibendum, noxam enim potius quam vtilitatem afferret. Tempore veris capiat serum per 20. dies; sub finem æstatis, toto *mense Iulio* nec non *Augusto*, si ventriculus sustinere poterit, quod si non pertransiret, in primo cyatho immisceantur duæ vnciæ *mannæ*, vel tres *syr. ros. sol.* præter serum probamus summopere balnea aquæ dulcis, quæ fiant vesperi, aqua vero alterari poterit *cum boragine & malua*, & huiusmodi balnea fieri debent, tota æstate, & præsertim temporibus calidioribus. Caput vero dum erit in balneo aquæ dulcis, irrorandum erit cum lacte caprino, eodem tempore ex vbere capræ extracto, vt sit tepidum, habebit enim vim humectandi & modice refrigerandi: præter hãc irrorationem stillicidium fieri posset

cum

tum oleo *amygd.dulc.roſarum, nenupharino* & ſimilibus, in quib.oleis eſſet incocta *malua,radices altheæ,ſemina lini,fœnugraci,* & ſimilia: Coctio autem debet fieri in duplici vaſe. His & ſimilibus erit progrediendum,neque vna medicatione æſtimandum eſt malum hoc inueteratum, & fere ſibi congenitum extirpari poſſe, ſed pluribus medicationibus nobis erit agendum, & eadem ſingulis annis, ſtatutis & opportunis temporibus erunt repetenda. Sibi ſint in frequente vſu, *conſ. borag. & cichoreæ.* Quod ſi tempore hyemis permiſceatur quarta pars vel *meliſſæ vel betonicæ,* non erit præter rationem. His omnibus diligens viuendi ratio eſt adhibenda. Aer itaque ad frigidum potius & humidum vergat, quam ad calidum & ſiccum. Cibi vim habeant refrigerandi, & humectandi. Carnes probantur quæ craſſum ſuccum non generant; fercula ex boragine,atriplice,betarum,lactucæ,endiuiæ, & ſimilia erunt appropriata. Ptiſana maxime omnium probatur. Quare ſuademus, vt frequentiſſime vtatur; vinum,ſi fieri poteſt,circumſcribatur,ſaltem per annum, quod ſi fieri non poterit, ſit tenuiſſimæ ſubſtantiæ, & valde aquoſum. Somnus, quantum fieri poteſt, prouocabitur; & exercitium ante cibum erit opportunum; ſtudia literarum & alias animi perturbationes fugiat, & quantum poteſt, iucunde viuat.

Excellentissimi D. Bernardini Paterni Consilium.

QVantum ex chirographo ad me delato, coniicere possum, omnia, quæ in ægrotante contingunt symptomata, ex cerebro ortum ducunt, calida & humida distemperantia laborante, idq; ex fluxu materię sanguineæ in ipsum, à toto corpore nonnihil adustæ & in atram bilem conuersæ. Constat igitur, vt præseructur ab eiusmodi affectibus & symptomatibus, ac cum præsentia sunt, vt curetur, inprimis procurandum esse, vt confluxus is, toto corpore euacuato, sistatur, naturæque impetus in caput, in partes quam maxime remotas, excitetur, temperetur que sanguinis feruor auxiliis refrigerantibus & humectantibus, & vna cum hoc iecoris distemperantia, in caliditate, quæ consistit, valde excedente, atque demum vt caput corroboretur, ne fluxum cum suscipiat. Quod igitur attinet ad corporis totius euacuationem, eam venæ sectione faciendam esse, & affectionis magnitudo & natura, & reliqua omnia postulare videntur. *Ex Hippocratis autem & Galeni* præcepto constat, etiam venas malleorum secandas in vtroq; crure, vbi corpus à consuetis affectibus sit præseruandum; vbi vero affectus præsentes curandi, vtrasque humerales in cubito, dextras quippe vno die, sinistras altero, prius tamen fœcibus, si copiose in ventre sint retentæ, euacuatis, vt

Paulus

Paulus præcipit, leni aliquo clyſtere, vel lenitiuo, vt aiunt, medicamento per os aſſumpto, niſi vt Hippocrates quandoque dixit, venter clyſtere ſubducatur. Porro ea ſanguinis quãtitas erit detrahenda, quæ ſufficiens Medicis præſentibus exercitatiſſimis viſa fuerit pro affectus magnitudine, ſanguinis copia, virium robore, & aliis, quantitatem detrahendi ſanguinis præſcribentibus, tempus vero opportunum in præſeruatione erit in veris & autumni principio, antequam affectus corpus ipſum inuadunt. At ſi iam ab his correptum ſit, in ipſius ſtatim morbi initio aut ſaltem augmento, venæ ſecentur matutino tempore, & vt *Galenus* præcipit, per horam à ſomno. Sanguine detracto, vt alii præpoſiti ſcopi abſoluantur, aſſiduis vtendum erit auxiliis, impetum naturæ ad inferiores corporis partes agentibus, veluti erunt frictiones aſſiduæ, crurum lotiones, ex aqua valde calida, ligaturæ, cucurbitulæ eiſdem affixæ, & aliquando ſcarificatæ. Conueniet & in vtroq; crure fonticulos excitare, vel, quod magis ex *Galeni* mente eſſe credo, calida medicamenta, quæ etiam rubedinem excitare valeant, manibus ac cruribus adhibeantur. Quod ſi ſæpe fiat, longe maius inde iuuamentũ ſequetur. Interim vero, quod hæc fient, capiet infraſcripta, quibus & ſanguinis feruor remitti poterit, & iecur in quandam temperamenti mediocritatem redigi.

℞ *Succi fumariæ*, ℥ viij. *ſucci boraginis*, ℥ iiij.

mellis boni ſpumati, ℥ ij. Bulliant ſimul, donec coeant ad formam ſyrupi, vt aiunt, longi, deinde ℞ Syr. *compoſ.* ℥ ij. *de pomis ſimpl.* ℥ ß. *decoctionis cichoreæ epaticæ*, ℥ iiij. miſc. pro vno & ſic pro aliis, quibus vtatur, quouſque & humores bene cocti appareant, & viæ ad purgationes paratæ. Quo facto hoc purgetur medicamento.

℞ *Senæ orientalis, epithymi ana* ℥ ij. *polypodii quercini*, ℥ j. ß. Sem. *aniſi*, ℥ iiij. Seri lactis capræ extracti, cum oxymelite potabili, vt *Galenus* docuit, ℥ viij. Iterum decoquantur ſimul ad conſumptionem tertiæ partis, & facta colatura.

℞ *Cort. rad. hellebori nigri*, ℥ j. *rhabarb. el.* ℥ ß. *ſem. aniſi*, ℈ ij. *zinziberis*, ℈ j. Terantur & infundantur in ſerum prædictum per 24. horas, deinde poſt lenem ebullitionem fiat expreſſio.

℞ *Electuarii diacatholiconis*, ℥ ß. *confectionis hamech*, ℥ j. ß. *mannæ el.* ℥ j. miſc. fiat potio, quam capiat in aurora, nihil poſtea dormiens, nihilque comedens aut bibens, niſi perfecta purgatione. Quieſcat etiam in obſcuro, & cum purgatio inceperit, leuiter per circuitus quoſdam deambulet. A purgatione, ſimplici ferculo contentus ſit, veſperi vero vberius nutriatur. Sequenti die, matutino etiam tempore capiet ℥ j. *ſacchari roſacei*. Hunc in modum euacuato corpore capiet per aliquot dies libram ſeri lactis capræ, ſingulis matutinis, ieiuno ventre, quod quidem à lacte ſit ſeparatum eo modo, quo *Galenus docuit 4. de rat. victus in acutis, comment. 7.* Non abs re etiam erit,

erit, succedentibus temporibus ter quaterue per singulas hebdomadas assumere matutino tempore quinque horis ante prandium confectionem paratam ex *saccharo rosaceo* cum portiuncula theriacæ mediocris ætatis, vt gratia exempli *drachmas duas sacchari rosacei & mediam theriaces.* Cæterum vt caput corroboretur sæpe irrigandum erit in loco commissuræ coronalis ex *oleo rosaceo*, & quinta aceti albi parte, aut ex aqua parata ex *rosis, verbenaca recta, serpillone*, & aliis caput corroborantibus. Porro victus ratio instituatur, quoad facultates, similis auxiliis præpositis. Quo vero ad quantitatem & alimenti & potus, sit ex iis, quæ sua mole ventriculum satiare valeant, non multum tamen nutrimenti afferre, ita tamen, vt vires conseruentur. Vini autem, vt opinor, potus omnino interdicendus, ac omnia quæ proposita fuerunt, repetenda, pro Medicorum clarisſ. prudentia, qui eius sanitati præerunt, quibus me plurimum commendatum volo.

Pro quodam melancholico, Pauli Regolini Medici Vtinensis Consilium.

HIc est à ratione alienatio & aberratio. Fit vero spiritibus animalibus perturbatis, & à propria substantia ac puritate recedentibus. In causa est atra bilis, à qua vapores excitati spiritus à decenti statu auertunt, varias plerumque imagines animo repræsentantes. Verum cum atra bilis vel in capite ipso gigni & congeri, vel

aliunde transmitti possit, & vel à partibus determinatis, vt in ea specie quam turgidam, flatuosam & *hypochondriacam* vocant. Hic autem non est *hypochondriaca* non enim adsunt indicia affectum istum comitantia, qualia sunt: Ab assumpto cibo, præsertim coctu difficili, sputum humidum & multum, ructus acidi, flatus, æstus in præcordiis fluctuatio, interdum dolores vehementes, qui nonnullis ad dorsum vsque procedunt, quæ omnia peracta coctione quiescunt, ac cibis denuo ingestis redeunt. Interdum vomitus crudorum cibariorum & pituitæ vel subamaræ, vel calidæ vel acidæ, ex qua dentes stupescunt & interdum torpent. Habet etiam eiusmodi species melancholiæ interdum lucida interualla, vel saltem remissiones affatu dignas, prout euaporationes ab inferis partibus remissiores fiunt. Hoc in casu signa eiusmodi non adsunt, sed desipientia ferme in eodem tenore persistit. Relinquitur ergo patientem ea melancholia affici, quæ vel fit ab ascensu vaporum, ab vniuerso corpore vel parte, aut quæ per proprium cerebri affectum excitatur, vel ab vtrisque dependet, quod si perpendamus animi accidentia infestissima & diuturnos labores corporis, vini potentis ingurgitationem, rationi consonum est, ex suborta iecinoris, cordis & vasorum, quæ ab illis oriuntur, intemperie calida & sicca, multum atræ bilis in vniuerso corpore congestum esse, præsertim in tali tempera-

peratura & habitu, qualis nobis proponitur, vnde & ab eiusmodi humore vapores excitatos cerebrum etiam petentes, secundam melancholiæ speciem constituere coniicimus, quanquam & prima species hic adest, videlicet ex proprio affectu cerebri, idque ob morbi diuturnitatem. (Nam etsi à principio fortassis solum fuit per consensum: tamen diuturnus vaporum ascensus in cerebrum eo vsque egit, vt à propria temperie in alienam redactum, etiam citra externum consensum aptum sit congregare eiusmodi atram bilem) & ob continuam in eodem tenore persistentem alienationem. An vero humor is melancholia vel atra bilis sit naturalis, vel præter naturam genitus, videlicet ex superassatione aliorum humorum, an sit mixtus ex vtrisque, si quis quæsierit, dixerim: Si sudorem, quo interdum corripitur, consideremus, ex superassatione atram bilem fieri videbimus, partim bilis flauæ, partim sanguinis, vt temperatura calida & sicca, hilaritas & lætitia interdum permixtæ, nobis facile suadent. Sed & naturalem melancholiam hic adesse, mœstitia & timiditas præter rationem, & in largas lacrymas eruptio, attestantur. Vigiliis vero coctiones imminutæ sunt, ideoque cibo sumpto, non videtur ali, sed magis tabescere. Si morbus esset recens, & eius generis, in quo quæcunque expedirent, administrari possent, certam salutis spem possemus facere; sed cum hic causa sint præcedentes vrgen-

tissimæ, & morbus sit sæuissimus, ac radices iam egerit validas, cumque æger minus sit obtemperans, ac medicis medium vnguem ostendat, non paruipendendum discrimen imminet, præsertim si febris accesserit. Nihilominus tamen, cum sæpe à grauissimis morbis euaserint, de quibus nihil spei erat reliquum, opera nobis danda est, vt amici eius intelligant, nihil pro restituenda eius sanitate à nobis omissum esse. In curatione igitur exordiendum erit ab eo, quod in resolutione affectum in suas causas, vltimo inuentum est. Igitur cum praua victus ratio præcipua causa sit, eius inprimis ratio habenda est: Deinde expurgandi sunt vitiosi humores, hoc malum fouentes: Prius tamen conuenientibus remediis succi æquandi, meatus reserandi erunt, quod antequam fiat, excrementa in viis communibus, ventriculo, intestinis, & primis venis reperta deiici debent, ne ab auxiliis ad succorum præparationem, incisionem ac detersionem administratis, in penitiora corporis adigantur, & inde mala ingeminentur, tandem inhibendi vapores à corpore vniuerso in caput ascendentes, & quantum fieri potest, ad inferiora trahendi. Scopi itaque seu intentiones curationis sunt ordine explendæ.

1. *Victus ratio conueniens.*

2. *Excrementorum à viis communibus subductio.*

3. *Vaporum & succorum caput petentium ad inferiora reuulsio.*

4. Suc-

4. *Succorum in toto corpore peccantium æquatio, & corporis præparatio.*

5. *Euacuatio eorundem.*

6. *Particularis humorum è cerebro euacuatio.*

7. *Intemperiei tam vniuersalis quam particularium membrorum præsertim ipsius cerebri amotio, & eorundem corroboratio.*

8. *Accidentium correctio.*

De primo. Victus ratio humida esse debet, quia morbus siccus est; declinet autem ad frigidum, præsertim æstiuo tempore, sed hæc declinatio sit moderata, quia non solum hic est atra bilis exusta, sed admixta est atra bilis naturalis, & sanguinea fœculentia; aer si sit siccus valde, irroretur aqua sæpe per diem, præsertim in æstu, alteretur frondibus conuenientibus: cibaria sint εὐχυμα, facilis concoctionis, auiculæ montanæ, carnes sint molles & friabiles: Elixa assis sunt præferenda: Alterentur *fercula endiuia, boragine, floribus cordialibus*; qua recentia sorbilia prosunt: Pisces degentes in aquis puris, quæ rapido cursu feruntur, quarum alueus non limosus, sed arenis & lapidibus stratus est, quorum caro non sit muccosa & lenta, qualis est *anguillis & tinchis: crustacea*, vt gammari vitetur: Fugiat legumina, excepto hordeo optime præparato. Inter olera lactuca omnibus præferenda, ad æstum & vigilias: Prosunt etiam *beta, malua, borago, endiuia, &c.* Quantitas cibi non sit immoderata, vt coctiones probe fiant. Ordo præposterus & horæ

intempestiuæ vitentur, ne cibaria in membris coctionis & sanguificationis corrumpantur: à cibo sumantur, quæ vapores reprimunt, vt diacydonium sine speciebus: Aromata & acria fugiat: Fructus horarii non sine medici consilio concedantur. Potus sit *aq. hordei cum iulep. violar.* cui propter ventriculum poterit paululum *cinamomi* addi, & nisi timeatur capitis noxa, paululum *vini*: Motus & exercitatio statis temporibus conuenirent, sed quia non omnia ex sententia possunt peragi, interdum ante cibum leues frictiones vsurpari possunt. Inter cętera accidentia maxime illum infestat peruigilium, à quo desipientia augetur & vires labefactantur, ideo studendum, vt somnus cõcilietur balneis dulcium aquarum temperate calefactarum, lotionibus extremorum, brachiorum & crurum, *in coctis foliis lactucæ, hyoscyami, floribus nenuphar. violarum, chamomeli, cap. papaueris albi*; proderit etiam suffitus ex eodem decocto naribus & fomento capiti admoto. Conferet etiam *diacodium* largius exhibitum, præsertim ab assumpto cibo: *syrupus* quoque de *papauere, & violarum, cum aq. lactucæ*, eadem hora exhibitus, & semina papaueris albi ferculis vel iusculis iniecta, multum conferent. Linimentum etiam ex populeone, temporibus naribus & pulsibus illitũ prodest. Aqua in cubiculo ægri, de vasa in vas transfusa, somnũ conciliat. Omni etiã studio innitendum est, ne excrementa in corpore retenta, foueant accidentia, idque

idque vel glandib. ſuppoſitis vel enematibus iniectis: Quod ſi aluus his reſpondere noluerit, parentur fercula ex *beta, malua, boragine, mercuriali, &c.* condianturq; oleo optimo; vel paſſulæ ꝓbe ablutæ acri nocturno & ſereno expoſitæ, vt rore madeſcant, & ſaccharo conſperſæ, ante cibũ exhibeantur ad placitum; vel pruna recentia ac dulcia, bene matura, & ficus per æſtatem dentur. Hyeme vero eadem exſiccata & iure pulli incocta, vel bis validiora, vt præſentibus medicis videbitur. Sed nequaquam in poſtremis habenda ſunt animi accidentia: Verſentur cum ægro duo potiſſimum, quos præ aliis diligere, venerari aut etiam timere ſolitus eſt: Tractetur modo blandis modo aſperioribus verbis, & modo illecebræ, modo minæ adhibeantur: muſica non eſt poſthabenda.

De ſecundo: Excrementa à viis communibus ſubducantur *caſſia & manna.*

De tertio. Vapores & humores à cerebro ad inferiora trahendi ſunt, frictionibus vniuerſi, & cucurbitulis ſiccis humeris ac dorſo affixis, circa pedes & crura.

De quarto: Succorum præparatio fieri poterit, *ſyr. violarum, de papauere, de cichoreo, de pomis, addito ſyrupo acetoſæ*, ſi obſtructiones adſint: Diſſoluuntur autem commode vel aquis ſtillatitiis, vel decocto ex *cichoreo, fumaria, boragine, bugloſſo, &c.* vel etiam ex *lactuca*, vbi vigiliæ pertinaciores fuerint, nec non balneis aquarum dulcium,

quæ

quæ ad hanc intentionem explendam expediunt.

De quinto. Euacuatio à corpore vniuerſo, ſi aluus defluxioni parata fuerit, non exigit auxilia fortiora. Si vero aluus fuerit adſtrictior, conueniet *diaſenæ, lenitiuum, diacatholicum, ſerum caprinum*, in quo efferueſcãt *epithymus, ſena*, & in quo etiam modicũ quid *elleborinigri* præparati præmaduerit. Ad vehementiora, vt ſcammoneata non auſim accedere, nec certam quantitatem definire. An vero ſanguis mittendus, vel vena ſecta, vel venis in ſede apertis, dubium incidit. Si ſpectemus morbi genus, nec alia refragentur, vtique expediret: Sed quia in hac operatione vires conſulendæ ſunt, & videndum, ad hoc auxilii genus paratum ſe præſtet, præſentibus Medicis negotium dirimendum relinquo. Balnea aquarum dulcium eandem intentionem pulcherrime explent, humoribus & vaporibus malis, per vias cutaneas in habitum digeſtis.

De ſexto: Humores in capite contenti, ſi qui à prædictis auxiliis reliqui fuerint, diſcutientur, vel gallina diſſecta, & capiti admota, vel paruis catellis diſciſſis, vel agni pulmonibus, protinus ab illata nece auulſis & admotis, qui vbi innatũ calorem amiſerint, decocto quopiam ex *roſis, floribus violarum & chamomelinis*, iterum calefieri poſſunt, & plura addi reſoluentia.

De ſeptimo. Corroboratio partium talis eſſe poterit: 1. *cerebri*, quæ perficitur per prædicta, extrin-

extrinsecus administrata: His si opus fuerit, adiici possunt *betonica, rosa, sena, &c.* 2. *Cordis*, roborari id poterit per *epithemata, sacculos admotos*, sed quia ista auxilia ab ægro reiiciuntur, linimentum ex his parari poterit. 3. *Ventriculi, per linimenta, sacculos vel cerota*, habenda est ratio, & roboretur, ne læsa coctione, vapores cumulatius in caput ferantur. Ad intra possunt duo electuaria parari, alterum ad ægri libitum, alterum bis in die, ante prandium & ante cœnam vsurpandum, & cerebro, cordi, & ventriculo auxilietur.

De octauo. Accidentium correctio ex prædictis innotescet. Præcipuum symptoma est peruigilium, de quo supra. Hæc à me cursim exarata sunt, quæ omnia excellentiss. Medicorum iudicio submitto. Deus Opt. Max. Qui *Solus ab humano depellit corpore morbos* præsentibus Medicis, & ægro præsto sit, & auxilia omnia in ægri salutem dirigat, nec ab optato fine discedere permittat.

Pro Maniaco, Barone quodam Germano, Italorum Medicorum Consilium.

HVnc in maniam aut furorẽ incidisse, certum est: Sæuit enim in seipsum & alios, voces tum mœroris tum lætitię plenas edit, brutorum etiam cantus & mugitus æmulatur. Causa est bilis succusque ater accensus. Adustionis causæ fuerunt. I. *Habitus totius corporis & viscerum calidus & siccus.* II. *Cogitationes & animi angustiæ* pluri-

plurimæ. III. *Corporis labores & supercalefactiones eximiæ.* IV. *Febres calidæ diuturniores.* His adiungatur vsus meracioris, quam corpus perferre possit: Præterea vigiliæ diutinæ, sanguinis exustio, & præcipuarum animi facultatum labefactatio: Et quia per vigilias non bonæ fiunt coctiones, plurima genita sunt excrementa, à quibus cum fiant obstructiones, factum est inde, vt corpus non nutriretur, artusque macilentiores facti sint, quãuis vorax sit. Hæ sunt causæ morbi, quarum cum maior pars adhuc vigeat, diuque viguerit, morbi curationem, quamuis non admodum diuturnus sit, difficilem reddit. Totius enim corporis & cerebri temperatura morbum fouet; quia vero omnia quæ ad rem pertinent, adhiberi poterunt, ideo non desperandum est. Curatio autem in his consistit potissimum: Aer eligatur optimus & opportunus: Victus ratio bona instituatur: Humores educantur: Partium intemperies aliqua ex parte immutetur, non neglectis iis, quæ præterea corpus nostrum alterare possunt. Victus igitur instituatur humectans ex *zea, hordeo cocto, endiuia, boragine, carnibus hædinis, vitulinis, pullis gallinaceis, ouis*; vino vtatur acerbo, non potente, sitque album & maturum. In omnibus sumendis, modus, quantitas & hora, ad arbitrium Medici præsentis, instituí poterit: Aer minime sit siccus; non negligenda, quæ animum hilariorem reddunt. Si vires constent, & venæ turgeant, lenita prius aluo flore *cassiæ*,

aut syr. ros. aut viol. solutiuo, aut decocto senæ: Secari potest vena media, aut axillaris. Quod si sanguis tenuis sit aut ruber, statim supprimatur. Sin crassus nigerque sit, pro modo virium exsilire sinatur. Hoc facto, humores calidi & exusti præparentur cum *syr. de pomis, acetoso s. de cichoreo, de fumoterra, &c.* quibus adiungantur: *decoct. cichorei, fumiterræ & endiuiæ*, præparatis humoribus euacuentur, primo per *cassiam, vel solam, vel cum syr. ros. solutiuo*; deinde etiam per helleborũ nigrum variis modis paratum, vt æger sumere possit. Repetita euacuatione ad localia deueniendum. Et quoniam caput & simul totum corpus plus iusto exsiccatum est, ideo humectationi insistendum est. Conueniet igitur balneum aq. dulcis tepidæ: In eo per integram horam aut breuiore etiam spatio maneat, bis in die, si fieri poterit; vel loco aquæ dulcis, balneum instituatur ex *decocto lactucæ, maluæ, nenupharis* ac similium. Cum è balneo egreditur, corpus linteis detersum, statim inungatur *oleo amygd. dul. aut rosaceo*, aut hoc, quod paretur in duplice vase, incoctis lactuca, *malua, violaria* & similibus; ac ob maiorem contemperationem, diacodium etiam sumendum & frequentandum est. Quoniam vero hũc malignum humorem abundare videmus, prodesset aliquando parua quantitas *theriacæ* recentis, *admixto saccharo rosaceo & violaceo*, nam inde vigiliarum etiam fieret diminutio. Hæc opportuna patienti fore credimus ad sanitatem recuperandam.

dam. Deus Opt. Max. benignam manum adiungere velit.

Consilia Gallica.

In mania: ex matricis præfocatione: pro quadam muliere.

℞ Syr. *de endivia, de duabus rad. byzantini, ana* ℥ ß. Aq. *nepetæ, buglossæ, melissæ, ana* ℥ j. misc. pro vna dosi. Capiatur mane cum tabula, j. *elect. diamosch. dulcis: continuetur tribus diebus.*

℞ *Cassiæ è canna rec. ext.* ℥ j. *catholit.* ℥ vj. *aq. hordei. q. s. f. potus, capiat cras hora 4. mane.*

℞ Syr. *ros. sol.* ℥ ij. *elect. è succo ros. diacarthami, ana* ℥ j. *Aq. nepetæ, buglossæ, ana* ℥ ij. ß. misc. potio, detur cras mane hora 5.

℞ *Suffumigii communis* ℥ j. ß.

℞ *Ol. ros.* ℥ iij. *Aq. ros. melissæ, sambuci,* ℥ j. ß. *aceti,* ℥ j. Agitentur in phiala, vngatur frons, & capitis vertex.

℞ *Syr. de papauere, de nenuphar. ana* ℥ j. Capiat hora nona, tempore somni.

℞ *Pulu. capit. quart.* j. Sinapisetur capitis pars interior mane.

℞ Syr. *de absinthio, de cydoniis, ana* ℥ j. ß. Capiat mane cochlearia ij.

℞ *Chamomeli, stechadis, rosar. rub. ana p.* j. *melissæ, sambuci, ana p.* ß. *coriandri præp.* ℥ j. *macis* ℈ ij. *gr. tinctor.* ℥ j. *santali citr.* ℈ iiij. Fiat frontale in syndone rubeo.

℞ *Empl. ceronei, & pro matrice, ana* ℥ j. *gallia*

mosch.

moſch. aliptæ moſch. ana ʒj. Incorporentur cum *oleo nardino f. empl.* pro matrice.

℞ *Conf. Alkermes,* ʒj. Pulu. *diamarg. frig. diathamaron, ana* ℈j. Syr. *de pomis,* ʒß. *cum aq. bugloſſæ,* f. potus, capiatur ſtatim.

℞ Ol. *de lilio, nardini, ana* ʒß. *moſchi gr.* iiij. miſc. iniiciatur in matricem.

Pro alia quadam melancholica religioſa: Gallica.

℞ *Maluæ, bis maluæ, violar. bugloſſæ, furfuris macri, ana* p.j. Sem. *aniſi, lini, ana* ʒß. f. decoctio in ſero lactis, in colaturâ diſſolue: *Sacch. rub. mellis roſ. an.* ʒj. *diacathol.* ʒß. *ol. communis,* ʒiij. f. clyſter, qui poterit iterari ter in menſe.

℞ *Flor. cord. ſcolopendriæ, ana* p.j. *polypodii querc.* ʒß. *liquiritiæ raſæ.* ʒij. *paſſul. mund.* ʒß. f. decoctio in ſero *lactis caprini,* in qua infunde: *Fol. ſenæ mund.* ʒij. ℈. In colatura diſſolue: *diacatholici, ſyr. viol. ana* ʒvj. f. doſis, detur in aurora per ij. aut iij. dies.

Poſt purgationem detrahatur ſanguis ad ij. vel iij. vaſcula è mediana vel baſilica ſiniſtra.

℞ *Ceterach, ſcolopendriæ, endiuiæ nouellæ, cichorii cum toto, cuſcutæ, ſummit. lupuli ana m.* j. ß. *polypodii querc. paſſul. mund. ana* ʒij. *liquiritiæ raſæ, ſem. aniſi, cuſcutæ, ana* ʒß. *tamariſci, cort. interioris fraxini, ana* ʒiij. *flor. trium cord. ana m.* j. *agar. trochiſc.* poſiti in fine decoctionis ʒj. *epithymi,* ʒij. *fol. ſenæ mund.* ℔ß. f. decoctio ad ℔j. In colatura diſ-

soluc: *succi fumariæ, boraginis, bugloſſæ, syr. ſcolopendriæ, ana* ℥ iij. f. ſyrupus exactæ decoctionis, clarificetur vt decet, reseruetur.

℞ *Syrupi præscripti,* j. ß. *Aq. bugloſſæ,* ℥ iij. miſc. pro doſi, detur mane, & iteret ſemel in 8. aut 10. diebus, niſi laboret fluxu ventris. Etſi prædicti ſyrupi, j. ℥. non operetur, capiat ℥ ij. aut aliquando *diacatholici opt.* ℥ ß. *vel* ℥ j. . . aut conf. *hamech,* ℥ ij. ſed rarius.

℞ *Conſ. boraginis, bugloſſæ, violar. ana* ℥ ß. *cort. citri cond.* ℥ ij. *pulu. el. læ. gal.* ℥ ß. *cinamomi,* ℈ . *fol. auri,* x. *ſacch. albiſſ. q. ſ.* f. conditum Alexandrinum, capiat cochlear. j. bis aut ter in hebdomade, poſtea bibat modicum vini albi diluti, aut potum ſequentem.

℞ *Syr. de pomis, de buoloſſo, ſcolopendriæ, ana* ℥ ß. *aq. boraginis,* ℥ iij. miſc. f. potus.

Pro quodam phrenetico; cura.

C. H. D. HIc longe ante laborauit melancholia hypochondriaca, tractu autem temporis factus eſt melancholicus, cerebro per eſſentiam correpto, ſpiritibus animalib. obtenebratis, vnde mœror & metus inanis, ex quo tandem etiam in furorem quendam maniacum erupit. Indicationes curatiuæ ſunt. I. *Atram bilem & humorem melancholicum aduſtum, tum toti corpori, tum inprimis capiti ſubtrahere.* II. *Prouidere, ne talis humor vel in corpore vel in capite amplius generetur.* III. *Spiritus vitales in corde, & animales in cerebro, corro-*

corroborare, eisque pristinam claritatem inducere. IV. *Cum cerebrum in tali affectu reddatur plus iusto siccius ex humorum acrium & mordacium affluxu, vnde etiam toti corpori macies quædam inducitur, oportet membra exsiccata humectare, excalefacta refrigerare, eaq; ad iustã temperiem reducere.* V. *Membris mandantibus vt lieni & venis mesaraicis subuenire, ne amplius succos adustos ad cerebrum transmittant, & affectum foueant.*

De primo. Ad detrahendam toti corpori materiam melancholicam, hausus sequens præscriptus est, qui singulis hebdomadibus semel sumendus est:

℞ *Rad. polypodii, cort. rad. capp. hellebori nigri, rhab. el. ana* ʒ j. *spicæ ind. gr.* v. *ceterach. thymi, ana p.* j. *cinamomi interioris,* ϑ j. Bulliant hæc in ℥ vj. iuris gallinæ macri addendo in finc: *Fol. sennæ el.* ʒ iij. ß. *epithymi,* ʒ j. *flor. stechadis, rutæ, ana p.* ß. colentur & exprimantur: In colatura dissolue: *Mannæ el.* ʒ j. ß. misc. fiat hausus.

Quod si hausus ille non sufficienter purget, hic ille clyster substituatur:

℞ Herb. *Maluæ, bis maluæ, mercurialis, violariæ, ceterach, thymi, ana* m. j. *betæ, fumiterræ, lupulor. ana* m. ß. *melissæ,* m. j. *cort. rad. capp. tamarisci, ana* ℥ ß. *rad. polypodii,* ʒ vj. *buglossæ,* ℥ ß. *hellebori nigri,* ʒ j. ß. *epithymi,* ℥ ß. Sem. *anisi, fœniculi, ana* ʒ ij. *Prun. vngar. numero* x. Coq. in f. q. aq. ad tertias colaturæ:

℞ ℔ j. cui adde: conf. *hamech, el. diasennæ, ana*

℥ vj. *ol. violar.* ℥ ij. *anethini,* ℥ j. *mellis ros. col.* ℥ vj. *salis communis,* ℈ ß. misc. f. enema.

Si hauſtum purgantem auerſatur, detur illi electuarium ſequens cum geladina ceraſorum, vt eo lubentius illud capiat, ad palliandum ſaltem ſaporem.

℞. *El. diaſena, hamech, ana* ℥ iij. *diacathol. lenitiui, ana* ℥ ß. misc. pro electuario.

De ſecundo. Ne ſuccus ille melancholicus in corpore & capite amplius generetur, bona victus ratio illi præſcribenda eſt, vt in cibo & potu, aliiſque rebus non naturalibus conuenientem ordinem ſeruet: In cibis abſtineat ab omnibus, qui ſuccum melancholicum generant, ab infumatis carnib. & piſcibus, qualis eſt *caro ſuilla fumo indurata, ſalpa, anſeres, anates, lepores vetuli, caro cerui adulti, edulia ex ſanguine & ſuffocato parata, & butyro nimium incruſtata, placentæ in ſartagine frixæ, cruſtæ panis aduſtæ,* omnia nimium aſſa ac toſta; fugienda etiam omnia, quæ pituitam generant, vt ſunt: *anguillæ, piſces oculati, tincæ,* & in aquis ſtagnantibus capti piſces, omnia item *lacticinia, fructus crudi,* & quæ caput petunt, ac flatus generant, vt ſunt *allia, cæpe, ſinapi, piſa, olera,* & ſimilia flatulenta; vtatur autem carnibus facilis concoctionis, vt ſunt: *vitulina, veruecina, caprarum ſylueſtrium, caponum, auicularum; gallinarum iuuenum; oua ſorbilia, iuſcula carnium, amygdalarum,* quibus ſemen papaueris albi admixtum ſit, *pruna, auenatum, piſces ſaxatiles, lucii, perca,* & id genus;

genus; cibis indantur *flores boraginis, bugloſſæ, meliſſæ*, ex aromatibus, *macis, nux moſchata*; pro intinctu, *cappares, oliuæ, lactuca, braſſica*. Potus ſit, *cereuiſia tenuis*; à vino abſtineat; *lac amygdalatum* prodeſt, præſertim ante cibum, cum *aq. hordei paratum*, cui ſemen *pap. albi* incoctum ſit; prouidendum etiã eſt, vt aluus ſemper aperta ſit, quæ ſi non ſponte fluat, ſuppoſitoriis & clyſteribus ſollicitetur. Fugiat ocium & ſolitudines, iram, & alias vehementes affectus animi. Agitet colloquia de rebus ſeriis & grauibus, cum amicis. Somnus procuretur quotidie, aut per biduum aut triduum, balneo aquæ dulcis, cui incocta ſint violaria, *lactuca, nymphæa, malua, folia ſalicis, vitium, ſolani, ſummitates anethi, capita papaueris albi*. Poterit etiam interdum vti vnguento ſomnifero, quo tempora & nares inungantur. vt:

℞ *Vng. pop.* ʒ ß. *ol. violar. nenuph. ana* ʒ ij. *opii, croci, ana gr.* ij. miſc. pro linimento.

De tertio. Ad corroborationem cordis & cerebri, frequenter vtatur condito:

℞ *Chebul. condit.* ʒ vj. *rad. bugloſſæ condit. cichorii condit. ana* ʒ ß. *citri conditi, lactucæ hiſp. cond. ana* ʒ iij. *conſ. boraginis, bugloſſæ, violar. fumiterræ, ana* ʒ ij. ß. *anthos, meliſſæ, ana* ʒ j. ß. *ſpec. lætificantis almanſoris, el. è gemmis, ana* ϑ j. *cinamomi inciſi,* ϑ j. *macis inciſi,* ϑ ß. Condita & aromata incidantur craſſo modo, admiſceantur reliqua. f. conditum pro vſu.

Ad eundem vſum conferunt rotulæ:

℥ *Spec. lætificantis almansoris, diathamaron, diamarg. frig. el. resumptiui, dianthus, de gemmis, ana* ℈j. *diarhod. abb.* ʒ ß. *pulu. sem. citri, ligni aloes, marg. prop. ana* ℈ß. *sapphyri prop. gr. v. conf. bugloſſæ,* ʒ ij. *sacch. albiß.* ʒ iij. ß. *diſſol. aq. boraginis, affuſa paucula aq. cinamomi,* f. conf. in rotulis.

De quarto: Ad cerebrum & corpus ſubſtantifice humectandum duo potiſſimum conferunt: Balneum aq. dulcis, & ſomnus naturalis. Adhæc ſanguinis miſſio inter initia profuiſſet, ſed hanc ægri importunitas hactenus remorata eſt; pro balneo aquæ dulcis, hæc ſequentia ſacculo inuoluenda & balneo ſimul incoquenda ſunt:

℥ *Ibiſci, maluæ, violariæ, brancæ vrſinæ, lactucæ, chamomeli, bugloſſæ, fol. ſalicis,* vitium ante partes æquales.

Dentur inciſa ad inſeſſum. Inſideat balneo bis vel ter in hebdomade.

Pro lotione capitis, hæc lixiuio imponantur:

℥ *Violariæ, roſar. rub. chamomeli, ibiſci, verbenæ, fol. ſenæ, flor. pœoniæ.* Anthus ana q.ſ. Inciſa dentur.

De quinto: Cum obſtructio lienis malum hoc foueat, vnguentum hoc lienare conferet.

℥ *Ol. cappar.* ʒ vj. *amygd. dulc. lilior. alb. chamomeli, de abſinthio, ana* ʒ j. *pingued. gallinæ,* ʒ j. ß. *pulu. fol. ceterach. tamariſci, epithymi, ſem. aniſi, ana* ℈ ß. *cereæ parum.* miſc. pro linimento.

C.H.D. *Alteri in caſu ſimili:*

℥ *Herb. thymi, fumiterræ, ceterach, ana* p. j. *rad. bugloſ-*

bugloſſæ, cichorii, polypodii, ana ℥ iij. *cort. rad. de capp.* ℥ ij. *ſem. aniſi, ſcariolæ, ana* ℥ j. *paſſul. enucl.* ℥ vj. Conquaſſata decoq. in ſ. q. fontis ad tertias colaturæ ℔ ℥ vj. In quibus per noctem infunde: *epithymi* ℥ j. ß. *rhabar.* ℥ j. *fol. ſenæ el.* ℥ v. *cinamomi el.* ℈ j. *ſpicæ ind. gr.* v. *flor. violar. p.* j *anthus, p.* ß. Mane calefiant tantum, colentur & exprimantur: Colaturæ adde: *Mannæ calab.* ℥ x. miſc. pro hauſtu.

Cætera auxilia prorſus erāt eadem cum prioribus.

Pro nobile quodam melancholico. F.H.D.

HVnc poſt præſcriptam victus rationem, purgaui hoc ſyrupo magiſtrali:

℞ *Flor. bugloſſæ, boraginis ana viridium, ſi haberi poſſunt* m. j. *roſar. rub.* m j. *ceterach, tamariſci, ana* m. ß. *fol. ſenæ ſine folliculis & ſtipitibus,* ℥ iij. *agar. trochiſc.* ℥ iij *rhabarb. el.* ligati in petiam raram & ſeorſim infuſi in *aq. fumiterræ,* ℥ ij. *ſpicæ,* ℥ ß. *cort. mirobal. Indorum,* ℥ ij. *ſem. carthami ligati in petiam raram,* ℥ ij. ß. *liquiritiæ raſæ, polypodii querc. rad. bugloſſæ viridium, ana* ℥ j. *ſem. fœniculi, anethi, ana* ℥ ß. *prun. vngar. num.* xv. *paſſularum ſ. arillis* ℥ j.

Incidenda incidantur, & conquaſſentur: infundantur per noctem *in lib.* iiij. ß. *aq. fontis feruentis, exceptis floribus,* qui in fine decoctionis addantur, poſtea coquantur lento igne ad caſum partis tertiæ colentur cum forti expreſſione: addantur *ſyr. de epithymo* ℥ iij. *ſacch. albiſſ.* q̄rt. iij.

Addatur quoque emulſio rhabarbari: Item

omnia bulliant bene clarificando, aromatizando cum optimo cinamomo, f. syrupus longus.

De hoc sumsit singulis horis matutinis ʒ iij. quatuor horis ante prandium: Interdum plus minusue pro ratione operationis. Deinde pro corroboratione cordis ac cerebri, quatuor sequentia ordinaui. 1. *Morsulos, de quibus vnum tribus horis ante prandium sumeret; & ante ingressum lecti vnum.* 2. *Electuarium, de quo frustum magnitudine iuglandis deglutiret eodem tempore, quo sumpsit morsulos.* 3. *Tragœam, cuius drachma vna pani triticeo, in vino maluatico madefacto inspersa exhibita est eodem tempore & modo, quo reliqua sumpsit.* 4. *Rotulas; horum cordialium semper facta permutatio, ne vni assueceret natura.*

℞ *Cinamomi interioris el. liquiritiæ rasæ, sem. 4. frig. maior. excort. ana* ʒ ß. *pinearum infusarum in aq. calida, passularum, ana* ʒ ij. *pistaciorum,* ʒ j. ß. *sacchari candidi ex syr. ros.* ʒ ß. *nucis mosch, caryophill. ligni aloes, masticis, baccæ byzantinæ, serici crudi, rhab. el. ana* ϑ ij. *gr.* v. *folii, been albi & rub. sem. ocymi caryophill. zedoariæ, doronici, calami aromat. ana* ʒ ß. *spicæ, croci, macis ana gr.* x. *sem. anisi, fœniculi, cort. citri ana* ʒ ß. *ossis de corde cerui, margar. prop. Fragmentorum sapphyri, ana* ϑ j. *limaturæ auri, argenti finiss. ana* ʒ ß. *corall. rub. santali citr. rub. ana gr.* x. *ambreæ, moschi, ana gr.* j. *sacch. albiss. lib.* ij. dissoluatur saccharum cum *aq. flor. buglossæ,* f. conf. in morsulis magnis, &c.

Hæc descriptio ex gentile desumpta est.

℞ *Sem.*

℞ *Sem.* iiij. *frig. maior. excort. ana* ℥ j. *ligni aloes, nucis mosch. macis, serici crudi, doronici, cardamomi, ana* ℈ ij. *cinamomi inter. el. zinzib. albi, ana* ℥ ij. *croci, cort. citri, ossis de corde cerui, marg. albarum, santali, rub. citrini, ana* ℈ j. *sacch. albiss. quart.* iij. *cons. buglossæ, boraginis, ana* ℥ ij. Coq. ad ignē cum *syrupo de pomis odoriferis* ad spissitudinē: In fine addātur species, f. electuarium mediocriter solidum.

℞ *Spec. lætitiæ rhasis,* ℥ ß. *zinzib. albi, cinamomi, inter. el. ana* ℥ j. *serici crudi, ligni aloes, caryophill. santalici rub. citr. sem. citri, macis, croci, ana* ℈ j. *ossis de corde cerui, margarit. præp. fragment. hyacinthi, ana* ℈ ß. *sacch. albiss.* ℥ ij. *sem. carui, anisi, fœniculi, ana conf.* ℥ ß. *cinamomi interioris el. zinzib. el. albi, ana* ℥ j. ß. *tragæ mosch.* ℥ vj. misc. pro tragæa, detur in scatula.

℞ *Spec. lætitiæ Gal.* ℥ j. *sacch. albiss. in aq. ros. odorifera dissoluti* ℔ j. f. conf. in rotulis, &c.

Pro corroboratione stomachi vsus est vnguento, & scuto stomachico:

℞ *Ol. de menta, de absinthio, ana* ℥ vj. *mastichis, corall. rub. Galliæ mosch. ana* ℥ ß.

Terantur subtilis. f. cum aceto ros. & cera vnguentum exactissime incorporatum speciebus in mortario, detur ad vsum.

℞ *Ladani puri* ℥ ß. *styracis cal. thuris masculi, mastichis el. ana* ℥ ij. *Galliæ mosch. corall. rub. caryophill. nucum cupressi, ana* ℥ ß. f. cum resina pini cerotum solidum, extendatur super corium, cooperiatur syndone.

Tertio: Ad demulcendum ſuccum melancholicum & impinguandum corpus, prodeſt balneum aquæ dulcis; nam impinguatio corporis melancholici demacrati, eſt melancholiæ curatio. Balneum hoc modo paretur.

℥ *Fol. vitis alb. violariæ, ſalicis, maluæ, populi, chamomeli, verbaſci ana partes æquales.* Inciſa dentur ad balneum.

Eo vtatur tepido, & linteo madefacto totum corpus blande fricetur, poſt balneum corpus inungatur *oleo amygdalarum dulc. & roſ.* aqua illa, vnde balneum erat, permixtis. Hinc lecto decumbat & paululum quieſcat.

In melancholia miſerabili & memorabili.

F H. D. *Furor ex Muſis περιέπτικος dicitur.*

HIc literatus erat inſignis melancholicus, & phantaſia valde corrupta infeſtabatur: dicebat enim, gallinam illi locutam fuiſſe, & faſcinationis, qua corripiebatur, autorem propriam coniugem indicaſſe: Eiiciebat autem frequenter per vomitum, ferri ſcorias, globos plumbeos, puluerem tormentarium, interdum etiam viuas gyrinulas. Petebat igitur à Conſiſtorio diuortium publicum. Vxor autem illius, fœmina famæ honeſtæ & probatæ, de inſigni illius conquerebatur petulantia, qua illam in lecto, inſtar canis rabidi morderet, & corpus ferme totum morſibus illis dilaceraret miſerabiliter: Inde innocentiam ſuam teſtata cum multis lacrymis, petiit ſimiliter diuortium, id quod

etiam

etiam impetrauit. Dixi morbum esse ex parte magicum,& ex parte melancholicum; in eiusmodi autẽ ludibriis magicis nihil esse efficacius, nihil tutius, quam ad diuina confugere, quæ maxime fugant dæmonas, & magorum maleficia, & quidem multo rectius, quam hypericum, aut artemisia, aut pentadactylus, aut buphthalmos, aut pæonia, aut baaras, radix à Iosepho Iudæo tãtopere celebrata: melancholiam autem medice curari posse: & sic curationem instituendam talem: Ad leniendam aluum vtatur syrupo de betonica composito; præparet humores *syrupo de succo boraginis, de pomis de fumaria:* His Vsus est per dies quinque: Hinc purgatus est:

℞ *Cort. hellebori nigri,* ℈ ij. f. Infusio s. a. in decocto cordiali, & facta expressione adde: *syr. de polypodio,* ℥ iij. misc. f. potio.

Hæc mitiora medicamenta, si sæpius reiterentur, melius purgant quam vehementiora. Si vero abhorret à syrupis vel potionibus, vtatur hoc electuario:

℞ *Cort. helleb. nigri,* ℥ j. *epithymi, polypodii, ana* ℥ iij. *fol. sennæ,* ℥ iiij. *mirobal. Indorum, passul. enucl.* ℔ j. *flor. boraginis, buglossæ, ana* p. j. *fumariæ, lupulorum, violar. ana* m. j. f. decoctio s. a. deinde facta expressione ℞ *prun. dulc.* ℔ ij. Bulliant leui ebullitione in decocto prædicto vsque ad moderatam consistentiam, addendo:

Flor. cassiæ rec. extr. ℥ vj. In fine decoctionis:

Manna

Mannæ el. ℥ iij. *sacch. albiß. q. ſ. f. l. a.*

Electuarium.

Doſis eſt ʒ ß. *ad* ℥ vj.

Sequenti die ab vſu electuarii, pro corroboratione præſcripſi:

℞ *Conſ. violar. boraginis, bugloſſæ, ana* ℥ j. miſ.

Deinde conferebam me ad caputpurgia, *maſticatoria* vel per *maſtichen* ſimplicem, vel per *pyrethrum*, aut addebam *molli aliquid ſinapis*, aut miſcebam *ſinapi piper, pyrethrum & zinziber*, pulueriſata imponebam linteo, quod ipſe maſticaret, aut vteretur gargariſmo tali;

℞ *Herb. hyſſopi, pulegii, ſtechadis, calamenti, origani, ana* ℥ j. *mellis roſati,* ʒ iij. miſc.

Naſalibus autem vteretur non vehementioribus, quæ nimium agitant, neque ſternutatoriis, ſed mitioribus, *vt ſucco betæ aut maluæ aut hyſopi*, addito modico *melle ſquillitico, aut oxymelite helleborato, aut aq. hordei cum manna* vel ſimilibus. Huc adſcribam *aquam ſudorificam Herculis Saxoniæ*, olim præceptoris mei, quod contra venenum excellens eſt:

℞ *Succi boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, biſtortæ, verbenacæ, oxylapathi, acetoſæ, rutæ capratiæ, myrrhidis, cyani maior. & min. roſar. calendulæ, limonum, citri, ana* ℥ vj. *ſucci pimpinellæ ſiue ſaxifragiæ, pentaphylli, ana* ℥ iij. *aceti vini albi,* ℔ j. *ſem. portulacæ, flor. nymphææ, ana* ℥ ij. *terræ lemniæ, ſileſiacæ, ſamiæ, ana* ℥ j. ℔. *ſem citri,* ℥ ß. *ſpec. triaſantal.* ʒ vj.

Infundantur ſpecies in ſuccis, & facta macera-

tione

ratione per dies iij. destillentur per alembicum vitreum.

Empyricum:

Quidam ranas è corpore eduxit hoc medicamento: accipe *ouum*, cui incubauit *gallina* per dies decem, hoc in vrceolo quodam vratur, & in puluerem redigatur, cui admisce *succi corticum viridium & flauorum sambuci*, & affunde *lac caprinum*, & da patienti, vt de eo bibat.

Empyrica in phrenitide, melancholia & mania.

In timore & metu inani confert *aqua aquilegiæ*, sæpius exhausta, & calamus aromat: comestus. *Aqua rutæ* naribus frequenter attracta vlceri capitis interno salutare est remedium.

In phrenitide emulsio:

℞ *Nuc. iugland. numero* XV. *nucl. persicorum numero* XXX. *sem. pap. albi, cannabis, ana* ℥ ij. *sem. anethi, fol. rutæ, summit. absinthii, ana* m. j. *aq. rosar. lauendulæ, lil. conuall. betonicæ, aq. flor. persicorum, flor. sambuci, ana* ℥ iij. *vini sublimati,* ℥ ij. *vel* iij.

Puluerizata & contusa stent in infusione horas iiij. f. emulsio.

Digitus hominis occisi frixus & contritus cum vrina hominis virginis iuuare creditur phrenticos.

Fotus:

℞ *Rosar. rub. violar. nymphææ, fol. salicis, solani, ana* m. j. *chamomeli, betonicæ, ana* m. ß. *cap. pap.* ℥ j.

Coquan-

Coquantur in lib. ij. aq. Hoc fomentetur caput cum ſpongia.

℞ *Flor. & fol. anagallidis rub.* m. ij. *coronarum cap. pap. albi numero* x x. Contundantur, bulliant in ℥ xvj. *vini maluatici & rhenani ad caſum,* ℥ vj. colentur expreſſione fortiſſima: colaturæ ℞ ℥ x. f. potio duabus vicibus exhaurienda.

℞ *Syr. acet. citri, de endiuia, acetoſæ, ana* ℥ ß. *aq. ſolani, acetoſæ, boraginis, ana* ℥ j. miſ. pro hauſtu.

Bibat nigellam in cercuiſia.

In mania.

℞. *Grana cannabis recentia,* m. iiij.

Coquantur in aqua ad crepaturam, coletur, contunde in mortario, affunde *aq. roſ. & lauendulæ, ana* ℥ iiij. adde *vini boni,* ℥ viij. miſ. omnia vt fiat inſtar pultis, extendatur ſuper pannum, applicetur capiti ita, vt dimidiũ frontis, & caput vſq; ad verticem tangat, claudantur feneſtræ, & Maniacus à colloquio hominum abſtineat, & ſic relinquatur per horas iiij. poſtea emplaſtrum hoc renouetur, ac detur illi puluis ſequens:

℞ *Cubebar.* ℥ j ß. *rad. helenii aridi,* ℥ j. *ſem. cymini,* ℥ j. *nucis moſch.* ℥ j. *cinamomi, macis, ana* ℥ j.

Panem triticeum toſtum madefac in vino, inſperge pulueris huius ℈ ij. *vel* ℥ j. da patienti pro corroboratione cerebri.

In delirantibus emplaſtrum Syluii:

℞ *Empl. cæronei, de meliloto, ana* ℥ j. ß. miſc. & extende ſuper alutam, & plantis pedum applica, & ſuperimpone *fol. braſſicæ.*

Maniaco

Maniaco frontale:

℥ *Flor. violar.* m j. *fol. lactucæ,* m. j. ß. *rosar. rub. maluæ, chamomeli, ana* m. ℨ. *sem. pap. albi, lactucæ, ana* ℨ ß. *coriandri prop.* ℨ j. ß.

Incidantur, contundantur, bulliant *in lib.* j. ß. *vel q. s. ad tertias*: *Colaturæ* ℥ ℔. j. facta forti expressione adde *Amyli*, ℨ j. *albumen oui, numero* ij. misc. f. frontale.

℥ *Flor. nymphææ, violar. meliloti, ana* p ij *anethi, hyoscyami albi, ana* ℨ j. *sem. papau. albi,* ℨ iij. Contundantur pro frontali.

Fiat etiam ex his balneum pro humectatione corporis, in egressu vngatur spina *ol. amygd. dulc. violari axungia gallinæ rec.* ℥ *Serpilli q. s.* decoquatur in cereuisia hordeacea in olla noua cooperta, *crusta panis*, & diligenter pulticula oblita ad casum medietatis. De hoc ℥ *q. vis, & aromatiza cum coriandro, fœniculo, caruo, thure.* Hanc offam exsorbendam præbe, & *cannabim vino tritam & crustæ panis* insperſam capiti impone.

De Hydrophobia.

EST furor qui in corrupta imaginatione cõsistit, à morsu canis rabidi ortus; alii ὑγροφοβίαν dicunt, quod ægri non solum aquam, sed & cuncta liquida auersentur. Nam in quouis liquore, imo etiam in genitura, quæ inuoluntariis exit, vt in gonorrhæa & vrinæ sedimento & in mensibus fœminarum dicũt se imaginem catuli conspicere, idcoque tantopere aquam & potum refugiunt: Alii cynilyssum dicunt; alii φεύγι- F. H. D.

φεύγυδρον quasi aquifugam; nonnullis φοβόδιψος est, quod cum timore sitiant. Hoc malum semper aliquid noui & admirabilis in se continuisse visum est. Hominẽ enim, ex paruo canis rabidi morsu, eo dementiæ peruenire, vt malit mori, quam aquam pro medicina degustare, res est admiratione & commiseratione dignissima. Reponitur autem in melancholicorũ censu ab *Aetio*, ex *Galeni* & *Ruffi* sententia. Fuisse autem hydrophobiam antiquissimis etiam cognitam, nonnulli ex his colligunt, quæ de opisthotoniis scripsit *Democritus*; neq; ignotam fuisse Hippocrati autumant, cum paruibibulos dixit phreneticos, nec polybo, cum aquifugas cito interire scribit, neque Homero, cum Tantalum fingit aquas bibere non valentem, & Teucrum inducit dicentem, se Hectorẽ quasi rabidum canem percutere non potuisse. *Plutarchus* 8. *Sympos.* 9. *ex Athenodori Medici* sententia affirmat, Hydrophobiam nondum fuisse tempore *Asclepiadis*, qui *Pompei* fuit ὑδροφόβους. Et *Ouidius*, qui paululum ab *Asclepiade* vixit, nullum adhuc nouo malo nouit remedium, dum scribit:

——*Nam Medicina*
Non formidatis vlla medetur aquis.

Dicendum autem hic potius est, morbum inexplicatum non debere dici nouum, sed nouiter cognitum. *Theodorus Priscianus* 2. *Euporist.* 8. Hydrophobiam etiam ex serpẽtum morsu euenire posse existmauit, & *Aurelianus* testatur, quos-

quosdam læsos rabidi animalis vnguibus fanaticos euasisse. Idem refert quendam læsum parumper à Gallo gallinaceo pugnante in rabiem incidisse: Et narrat aliud exemplum cuiusdam sartricis, quæ cum chlamydem scissam rabidis morsibus sarciendam sumeret, atque ore stamina componeret, & lingua pannorū futuras lamberet assuendo, quo transitum faceret acus faciliorem tertio die rabiosa facta est. Verumtamen, in eo proprie se condit hoc veneficum seminarium, canis rabidi morsu illatum, si lacera cutis emiserit sanguinem. Quare vt essentia Hydrophobias rectius indagetur, de veneno canino hic dicendum est, de quo mea quidem opinione nemo rectius scripsit Capouaccio, præceptore meo, cuius doctrinam dum hic repeto, simul aliorum obseruationes, vbi opus fuerit, addam. Est igitur venenum caninum inquinamentum cinerulentum succi atrabilarii. Dicitur inquinamentum, quia affectus iste contagiosus est, vnde quidam censebant, ex aere canis halitu inquinato hanc luem contrahi posse, alii poculo eodem, quo æger bibit, si quis vtatur, aut si ab ægro attentati cibi degustentur, facile tales in hunc furorem incidere posse putant. Vbi autem contagium est, ibi necessario adest putredo, & cum succi putrescunt, relinquitur ex *Aristotelis & Galeni* sententia, inquinamentum quoddam, quod vel est fimosum, cum mixtum, putrescit putredine naturali, in qua mixtum quod putre-

scit, non euadit calidius, sed potius frigidum redditur; vel est cinerulentum, cum mixtum putrescit putredine violenta, in qua mixtũ (id est succus in homine) putrescens, non euadit frigidum, sed potius calidius redditur, quia producitur ab insigni caliditate & feruore, vt dum in corpore animali adest hæc vis rabida & feruens, succi accendantur donec vertuntur in atram bilem, quæ assatur & putrescit & in putredine vsque adeo feruet, vt huius succi inquinamentum non sit fimosum, sed cinerulentum. Hinc non difficile est, naturam, hoc est, substantiam ac temperaturã huius veneni cognoscere. Nam quod ad eius substantiam, hoc inquinamentum, cum sit veneficum, formam habet aduersariam corpori nostro. Hoc autem venenum non est à tota forma, quia sic summæ esset actiuitatis; venenum autem caninum non multæ est actiuitatis; neque enim syncopes in morsu canino tam facile oriuntur, neque sudores crumpunt frigidi. Quod vero ad temperamentum huius veneni, cum sit inquinamentum cinerulentum, calidum necesse est vt sit & siccum in quarto gradu, vt in multis locis euidenter testatur *Galenus*, id quod etiam experientia comprobatum est. Nam in sectione cuiusdam monachi, quem corripuerat venenum illud, hæc tria obseruata sunt ab Anatomico 1. *Nulla prorsus humiditas aquea adfuit in pericardio, tota enim erat consumta in pericardio ab hoc veneno igneo.*

2. *Sinus*

2. *Sinus cordis conspecti sunt aridi, & sanguine prorsus destituti, absumtus enim ex toto erat sanguis ab immodico feruore illo.* 3. *In pericardio portio fuit obseruata ferme combusta & in puluerem redacta. Hæc de natura veneni huius.*

Causæ. Cum venenum sit opus præter naturam necessario sequitur actionem læsam, cumque dupliciter generetur, quandoque in cane, quandoque in homine, causæ vtriusque generationis sunt explicandæ. Primo in cane necessarium est, vt hoc venenum cõsequatur actionem læsam, id est, coctionem in cane. Hæc autem secundum *Galenum* 3. *de symptom. causis* 1. læditur, vel læsa facultate, vel ob errorem externum. Læditur facultas ob intemperiem calidam & siccam, imo labefactatur, præsertim in cane, qui sua natura est animal calidum & siccum, vt facile eius caliditas & siccitas incrementum suscipiat, atque ita hoc venenum producatur. Idem contingere potest, impedita facultate ab obstructione, à qua plus iusto calor accenditur. Huc accedit etiam error externus, & sic *Auicennas* proponit *aerem, cibum & potum, &c.* Sic aer calidior agens in succos, reddit illos atrabilarios atque veneficos. Aer etiam frigidior idem efficit corpora obstruendo, vnde succi, cum non possint euaporare, accenduntur. Cibus autem & potus idem præstant, vt si canis sanguinẽ putrefactum sorbeat, si deuoret carnes putridas, humores venefici in cane producentur. Eadem quodam-

modo ratio est veneni huius in homine, in quo quandoque gignitur læsa facultate, quandoque ob errorem externum. Sed quantum ad læsionem facultatis, differentia est inter canem & hominem. 1. *Quia hoc venenum frequentius generatur in cane, in quo caliditas facile intenditur.* 2. *Quia venenum in cane magis est deleterium, quam in homine.* Est etiam differentia quoad errorem externum: Canes enim sæpe coguntur vesci cibis putridis, homines non item; deinde virulentia canina per morsum homini illata, interdum in exigua interdum in maiore est copia, vnde qui mordentur à cane rabido, quandoq; rabidi euadunt spacio vnius mensis, quandoque duorum, quatuor, sex mensium, & cum *Galeno* interdum interuallo vnius anni, pro varia ratione virulentiæ caninæ, & pro varia conditione hominis, qui mordetur. *Iul. Palmarius* sic habet: *Cum canis animal maxime iracundum sit, si per æstatis ardores aut brumæ frigora, potu frigidæ prohibetur, bilis in eo inexplebilem malignitatem contrahens, ipsum in rabiem agit.*

Heurnius causam huius mali dicit esse virus pernitiosum, quod in rabidi canis saliuario humore stabulatur, & melancholicum humorem potissimum inficit. Est autẽ venenum calidum & squalidum & contagiosum, quod per arteriolas facile toto se corpore fundit, adeo vt si *Galeno credimus 6. loc. aff.* 5. sola rabiosi canis saliua corpori aspersa id venenum spargat ac late disseminet.

net. Putat tamen, tactu non lædere saliuam illæso corpore, modo illico vrina aut salsa aqua abstergatur. Metus autem aquæ, varie superuenit; aliis 14. post morsum die, aliis 40. aut 60. aliis post sextum aut 7. mensem, tanta enim segnitie repit malum, vt raro se prodat ante 20. diem, & plerumque à 30. die: quin septem annis tegitur hęc pernities, Ægineta teste. *Galenus* aliquos post sextum & octauum annum à morsu eo veniſſe narrat: *Albertus* post annum duodecimum quosdam in Hydrophobiam incidisse scribit. *Guainerius tract. de venenis refert*, elapsis annis octodecim, quendam ὑδρόφοβον factum esse, ac intra diem tertium exspirasse, cum malum post decimum octauum annum eo tempore se demum aperiret, cum vmbram sorbi arboris transiret: Ferunt enim si quis sub sorbo iacuerit, qui alias demorsus à cane rabido fuerit, eum rursus in rabiem verti.

Signa: De signis dupliciter agendum. I. *De virulentia recondita.* II. *De euidente & manifesta.* Quod ad reconditam, hæc intelligitur, quando quidem est in homine, sed nondum apparent signa rabiei, quia hoc venenum est in parua copia & procul à corde, nondum in cor agens: id cognoscetur ex sententia *Galeni lib. de theriaca*, si demorsus interrogetur, an canis fuerit gracilis & squalidus, an oculos toruos habuerit, an linguā continere non potuerit, an huc & illuc vagatus fuerit, & an omnes indiscriminatim morsu læserit,

rit, hæc enim sunt signa canis rabidi. Imo cum Paulo & Aetio cognoscetur virulentia recondita: Nuces cõtusæ vulneri recenti applicentur, ac per integram noctem detineantur, deinde gallinis comedendæ exhibeantur; hæ si perierint, certum est, venenum à cane rabido homini illatum esse. Sic panis applicetur vulneri & canti exhibeatur, si canis nec gustare nec olfacere voluerit, indicium erit, venenum latere in corpore. Si autem euidens & manifesta in homine fuerit virulentia, signa erunt euidentissima, & venenum ipsum cor occupauit, potissimum autem id cognoscitur ex timore aquæ, eo quod ægri imaginantur se in aqua videre canem ipsum rabidum imo sunt, qui in canem se trãsformatos esse putant, vnde caninos edunt vlulatus, quemadmodum lycanthropi imaginãtur se esse lupos, cuius rei causam reddere ferme est impossibile; sunt qui insaniæ speciem ex atra bile esse autumant, ob eam quæ venenatæ huius causæ cum atrabilario humore interceſſit, similitudinem & symptomatum affinitatem, quorum iustior videtur opinio, *teste Palmario*. *Capouaccius* præceptor meus hic quatuor mouet problemata; 1. *Cur homines à cane rabido morsi timeant?* 2. *Cur hic timor sit potius aquæ quam alterius obiecti?* 3. *Cur dum offertur aqua, quandoq; intenditur timor, quandoque euadunt nauseabundi.* 4. *Qua ratione fiat, vt dum aquam bibunt referente Auicenna, pereant, cum tamen Galenus dixerit, eos qui deliraut, renuere illud*

quod

quod possit iuuare; quomodo igitur aquæ potus eos interficiet.

Quod ad primum, dicimus in hoc malo adesse timorem, quia hic redundat succus atrabilarius; rationi autem est consentaneum, vt vapor melancholicus præcedat, qui petat cerebrũ, & reddat spiritum animalem tenebricosum, vnde læditur actio ob errorem externum, hoc est, ob spiritum animalem tenebricosum redditum à vapore atro prodeunte ab atra bile redundante in homine rabido.

Quod ad secundum: Adest timor potissimum aquæ, quia adest extrema indigentia humiditatis; est enim venenum caninum calidissimum & siccissimum, vt ratione huius, species humiditatis & quidem aquæ in cerebrum imprimatur, vt propterea timor sit circa speciem aquæ.

Quod ad tertium: Cur aqua præsente timor & metus intendatur, ratio est, quia cum tales semper metuant sibi ab aqua etiam non præsente, si aqua etiã visui offeratur, metus augetur, & cum tunc simul adsit recordatio & memoria illius morsus, sæpe tales imaginantur, canem etiam simul præsentem esse, imo cum se quoque in canem ipsum transmutatos esse credunt, timor aquæ in illis multiplicatur. Cur autem quandoque euadant nauseabundi, ratio est, quia in hoc affectu os ventriculi afficitur à veneno hoc canino, vnde ibi excitatur sensus quidam iniucundus ac tristis, qui postea sensui interiori impertitur,

tur, & fit nauſea, cui famulatur facultas ventriculi expultrix.

Quod ad quartum: Dum homo afficitur rabie illa; vel vitiũ eſt in initio; vel in progreſſu. Dum eſt inter initia procul dubio potus aquæ iuuabit ægrum: ſi vero hæc rabies progreſſa eſt, tunc à potu aquæ homines pereunt, quia ſpiritus vitalis ob hoc malum fere ex toto eſt diſſipatus, vt facile & quam celerrime extinguatur ab aqua, quemadmodum exigua flamma à modica etiam aqua extinguitur. *Heurnius de ſignis ſic*: Cum quis iam morſum accepit, nihil magni ſentit mali, cõtrario prorſus euentu, ac in aliorum venenatorum animalium morſibus. Redduntur igitur mox cogitabundi præter morem, ac vana imagine perfunduntur. Si non illico adminiſtrantur remedia, noctu inſomnes iacent, familiares vitant, ferino ſecum adſpectu muſſitant, lucem ſplendoremque fugiunt: tunc enim germen veneficum bibit cerebrum, vnde mox ex paucis malis multa: deinde præcordia anxie premuntur, ita vt ſtare loco neſciant furibundi huc illuc ruãt, facie ſanguine atrabilario ſuffuſi, cum ſudore quodam erumpente. Hinc incipiunt ὑδροφοβεῖν, aquæ metum incurrere, tunc paſſio eos plena poſſedit, tunc abominantur liquida, vel in eis horrenda ſimulacra conſpicantur, aut canẽ ibi latere putantes, formidine tacti in clamorem non ſine horrore erumpunt, tandem cum altius irrepſit venenum, partesque traiecit princi-

principes, tunc in his omne rationis lumen extinguitur, ac euadunt fanatici, vereque mente exuuntur, nec contubernales agnoſcunt, ſed mordent, latrant; canes enim ſe eſſe putant, alii gonorrhæa tentantur, aquam & ſpecula fugiũt, partes in illis extremæ cõuelluntur, ſingultiunt, & non raro in epilepſiam rapiuntur: Adeſt ſitis inexhauſta, ſudores frigidi, ſyncope, tãdem mors ipſa: Nam cum aqua allata horrent, ac latratu adſtantes terrent, tremunt, ſudant, ac lipothymia tentantur, tunc malum eſt inexpugnabile.

Indicationes. Hic conſiderandum eſt & venenum ipſum; & corpus, quod venenum admittit. Quod ad venenum, ſubſtantia illius indicat præſidium euacuans: ratione formæ requirit bezoarticum ſiue alexiterium; niſi enim vis formæ aduerſariæ in veneno adimatur, aget in corpus, & non tam facile cedet medicamento euacuanti, quemadmodum vermes in corpore humano prius necantur quam expelluntur. Deinde venenum calidum & ſiccum indicat remedium refrigerans & humectans. Quod ad corpus ipſum veneno læſum, hic partim ad contenta, partim ad continentia reſpiciendum eſt. Quod ad contenta, toti occurrendum, idque euacuandum, & purgandus inprimis eſt ſuccus atrabilarius, qui hoc venenum efficit. Quod ad continentia; intemperies ipſa calida & ſicca, quæ cuidens eſt & manifeſta, corrigenda erit refrigerantibus & humectantibus: Proprietas autem cordis quæ eſt

recondita, requirit medicamentum cordiale, quod corroborat & confortat.

Prognosticon. Si venenum iam egit radices in corpore, vt homo in rabiē agatur, & adsit aquæ timor, secūdum omnes practicos malum omnino est desperatum. In pauoris tamen initio, cum nondum partes principes venenum peruasit, aliqui curantur, vt Philosophus ille apud *Aetium*, qui dedit occasionem *prouerbio*: *Quid cani cum balneo?* Hi enim helleboro curari possunt, aut phlebotomia. Hi sunt, qui se adhuc agnoscunt in speculo, his enim nondum periit salutis spes. Demorsi igitur mature exposcunt remedium: Exemplo sit *Baldus Iurisconsultus*, cuius labium cum à catella demorsum esset, is autem ob exiguitatē vulnusculum negligeret, nesciebat enim eam esse rabidā, 4. mens. fanaticus interiit. Qui Melitæos catellos in delitiis habent, arceant eos ab vsu aromatum: hæc enim canibus rabiem accersunt. Scribit *Plinius*, Columellam autorem esse, canem non fieri rabidum, si die post partum quadragesimo castretur morsu cauda, summusque eius articulus auferatur sequenti neruo exempto. Sed hæc ad Prophylactica faciunt.

Curatio. Et primum chirurgia: venæ sectio tunc locum habet, quando corpus est repletum, & quando venenum est dispersum per totum corpus, non autem inter initia. Ita enim venenum per venæ sectionem à parte vulnerata intra corpus propelleretur, cum autem iam diffusum est ve-

est venenum per corpus, tunc per venæ sectionem vna cum sanguine venenū simul egredietur; prodest etiam applicare cucurbitulas, & partem vulneratam ampliare, & partes vicinas scarificare, vt sic vna cum sanguine venenum egrediatur. Expedit etiam ferro candente vulnus exurere & apertum seruare ad minimum per dies 40. si applicato ferro candente producitur escara, siue crusta quædam hæc celerrime euellatur, vt sic promtius venenum euocetur, quare frequenter applicetur butyrū calefactum, in quantum à patiente sustineri potest. Si autem pars demorsa sit sensus exquisiti, ita vt virtus partis vstionem prohibeat, tunc non parti demorsæ, sed saltem vicinis partib. perferentibus illa sunt applicanda, parti autem demorsæ mitiora adhibeantur remedia, de quibus in pharmacia: Sunt qui vtantur ministro, qui ore exsugat venenum, & tunc os ministri foueatur oleo, sic venenum ori non adhærebit. *Galenus lib.* simplicium 11. post puluerem cancrorum fluuialium vulneri emplasticum applicat remedium;

℞ *Picis* ℔.j. *aceti acerrimi sextarium*, j. *opopanacis* ℔ iij.

Addit *Galenus* neminem vnquam mortuum fuisse, qui recte hac antidoto fuisset vsus. Palmarius primo demorsæ parti cucurbitulas scarificatas applicat, postea sicca spongia quicquid in vulnere supererit exsugi curat, postremo vnguentum aut cataplasma aut emplastrum imponit ex

nit ex calefacientibus & valenter attrahentibus, vt ex alliis ac cœpis sub prunis coctis, adiecta theriaca & mythridatio, sale item & fermento nonnunquam admixtis. Cõmendat etiam *stercus columbinum, cum ruta viridi subactum, & sinapi cum nucibus iuglandibus, allio crudo sale & melle pistum*, cataplasmatis loco vulneri imponit. Alii ex *dictamno, magnete, tapsia, sulphure*, aliisque potenter attrahentibus emplastra conficiunt, quæ & impediunt, quo minus vulneris labra præpropere coalescant: *Galenus* horum loco theriacam oleo rosato dissolutam imponit. Nonnulli gallinarum viuarum podicem vulneri admouent, quæ si moriantur, venenum extractum esse putant: Alii *pullos gallinarum aut columbinos viuos per medium dissectos* demorsæ parti adhibent, eadem ratione, alias quidem post cucurbitulas, alias sine his. Horum omnium calor demorsæ partis calorem languescentem erigens ipsum pariter ad depellendum venenum excitat, idque allicit & euocat. Post cucurbitulas, vstionem expeditissimum remedium censuit *Dioscorides*, tum quod ea virus domet, & intromitti penitius non patiatur, tum quod diuturnum vlcus relinquat, per quod virus diu effluat. Vstionis vicem supplent septica & exedentia medicamenta: Ex his nonnulli vsurpant argentum sublimatum vnguento aliquo refrigerante mixtum; nam & vehementissime adurit, & crustam inductam exustamque carnem citissime facit excidere. Nudatum

tum cruſta vlcus dies minimum 40. apertum ac patens maneat: Quare attrahentia & valde extergentia conueniunt, quæ ex pice, tapſia, ærugine, calchanto vſto, argento viuo, præcipitato, aliiſque ſimilibus conficiuntur. Qui dolorum metu ignem & ſeptica non admittunt, poſt cucurbitulas lixiuio vlcus accurate abluunt, deinde cataplaſma è cinere ſarmentitio cum aceto ſubacto imponunt, aut theriacam *oleo roſaceo* dilutam: Nonnulli ſal aut præcipitatum mercurium inſpergunt, aut ſalſamentum ſuper vulnus deligant, omni cura demorſæ partis inflammationem proritantes, vt humores ad eam maiore impetu confluant. *Heurnius de remediis chirurgicis* hæc habet: Vulnus à cane rabioſo inflictum ante 40. vel 60. diem non claudatur, ſi conniuet, cucurbita magna imponatur, ac cinis ficulneus aſpergatur, ac ambitus vulneris ſcarificetur, mox vino calido locus eluatur & abſtergatur, & ſcalpello altius adacto ſanguis fluat plenius, reſciſſa per ambitum carne lacera: applicetur etiã cauteriũ, niſi nerui ac tendines impediant; vel fiat cauterium cum vnguento roſato & ſublimato, vel quotidie præcipitatum inferatur, poſtea tegatur vlcus braſſicæ folio butyro illito: Quidam finio equino cum aceto cocto vtuntur. Pix etiam liquida cum ſale & euphorbio imponitur, & pili eiuſdem canis vulneri impoſiti remedio ſunt. Sola theriaca præſtantiſſimum eſt remedium, ſi in aqua vitæ vel generoſo vino diſſol-

dissoluatur, ac diu parti affricetur, sic vt sanguis fluat, quo absterso, panno lineo eodem medicamento madefacto impositio, mox superponatur allium vel cœpa cum sale & terebinthina trita. Post 40. diem secundum *Dioscoridem* locus tegatur emplastro, quod & salibus conficitur, inde sinapismo vtendum.

Pharmacia. Hæc duplex est: alia euacuans, alia alterans. Euacuans agit vel expellendo vel attrahendo: quæ euacuat expellendo, proprietate sua recondita ita roborat calorem & spiritum, vt venenum facile expellant. In hoc genere præstans est remedium ex cancris fluuialibus exustis & puluerizatis. Ex his puluis inter initia & primis diebus, quando actio veneni nondum est vehemens, exhibetur quantitate vnius cochlearis: In progressu autem, quando actio veneni redditur vehementior, duo cochlearia exhibentur. Inter expellentia probatur etiam coagulum catuli adhuc lactentis, & cortex ficus siluestris ad dosin drachmæ vnius: Probantur confectiones *magnæ cum aq. acetosæ* exhibitæ. Sic enim cordis proprietas robatur, vt venenum expellat. Hæc autem medicamẽta expellentia statim exhibenda sunt, antequam rabies & metus aquæ sequantur. Quæ vero remedia euacuant attrahendo, hæc attrahunt ratione qualitatis vel occultæ vel manifestæ. Ratione occultæ attrahunt prout hæc remedia similitudinem habent vel cum humoribus vel cum veneno canino. Cum enim humores at-

res attrahuntur & euacuantur, vna secum ducunt venenum. Quare probant *cataputiam, elaterium, helleborum album*, vt etiam ad antimonium ascendant: si autem corpus nō potest perferre vehementissima remedia, acquiescendum erit in medicamento ex *sena, polypodio, epithymo, helleboro nigro, &c.* Deinde ratione occultæ qualitatis, & quidem ratione similitudinis, venenum attrahit medicamentum confectum ex cantharidibus. *Auicennas* accipit non integras cantharides, sed ventres tantum, id est, portionem veneficam, cum æquali portione lentium excorticatarum, & quidem per plures dies, vna dosi semiscrupulum exhibet: Huius medicamenti beneficio ægri sanguinem mingunt, & sic venenum in vesicam attractū vna cum sanguine expellitur. Quare quamprimum confert, inter initia loco demorso applicare cantharides, quæ ratione similitudinis possunt attrahere; sic licet vti epate canis rabidi, quod magis probatur applicatum quam exhibitum. Ratione autem qualitatis manifestæ, hoc est, caliditatis & siccitatis, vbi locus affectus nec ferrum nec cantharides admittit, alia remedia attrahunt, & sic solent viua animalia nuper dissecta parti demorsæ applicari, & quidem inter initia, siue sint catuli siue columbi siue gallinæ. Sic enim simul virulentia euocatur & dolor mitigatur. Progressu autem temporis, cum venenum per totum corpus est dispersum, non improbatur balneum calens,

lens, vt aperiantur pori cutis, & sic venenum extrahatur. Prosunt etiam materiæ refrigerantes, vt serum lactis, aqua faborum, acetosæ, lactucæ, quæ insciis ægris exhibeantur, sit vas aqua repletum occlusum, & bibāt aquam per fistulam longam, ne illam videant ægri. *Palmarius* ex *Dioscoride* refert quosdam in primo morbi impetu, sumto elleboro seruatos fuisse: Eo autem non semel atque iterū, sed frequentius ante 40. diem vel etiam postea vtendum præcipit. Addunt nonnulli canes rabiosos helleboro cum polenta accepto vomuisse & statim à rabie liberatos ad se rediisse. Alii hieram quæ colocynthidem recipit, cōmendant. Idem Palmatius testis est multos rusticos vehementi pharmaco propinato, ꝙ simul vomitiones ac deiectiones moliretur, demorsos ab Hydrophobia tutos euasisse. Tale est, quod è *ruta, a synthio, allio, bellide minore, calendula, melissophyllo, pauco elleboro nigro sale & aceto potionis forma conficitur, tribusque diluculis alternis repetitur.* Quidam inter præcipua huius morbi præsidia, assum canis qui momordit iecur commemorant, idcirco eo cocto demorsum vti per triduum præcipiunt, & certe aliquot rusticorum experientia se didicisse testatur Palmarius, eo remedii genere Hydrophobiam prohiberi. Idem præsentaneum in hoc malo Alexipharmacum præscribit, ꝙ solum neglectis catharticis, omissa etiam operosa illa vulneris cura, quocunque à morsu tempore vsurpetur, certissimum ac tutis-

simum

simum sit remedium, illæsis tamen capitis partibus, quæ dentes superant, his enim vulneratis, exigua salutis spes supereſt.

℞ *Fol. rutæ, verbenæ, saluiæ minoris, plantaginis, polypodii, absinthii vulgaris, menthæ, artemisiæ, melissophylli, betonicæ, hyperici, centaurii minoris an. partes æquales.*

Legantur singula, quo tempore viribus pollent maximis, id quod in Gallia accidit mense Iunio fere in pleniluniо: deinde papyraceis cartis concluſa siccentur seorsim in loco, ad quem neque sol, neq; pluuia pertingat, ne vel nimium exareſcant, vel situm contrahant: siccata ad futuros vſus reſeruentur, ea lege, vt quotannis renouentur. Cum autē vtendi neceſſitas incidet, singulorum æquale pondus in puluerem tenuiſſimum redige, *cuius* ℥ ß. demorſis quotidie præbe, idque vel ex cochleari cum *duplo ſacchari, vel ex vino, vel ex iuſculo, vel ex melle, forma opiatæ*, iciuno ſtomacho, & tribus horis ante cibum. Quanquam autem ſeſquidrachma, aut drachmæ duæ ſatis ſint, tum homini, tum omni animali quantumuis crudeliter ſauciato, nihil tamen obfuerit ad tres aut quatuor proceſſiſſe, cum præſertim vel longo poſt demorſum tempore, vel nata etiam Hydrophobia curationem aggredimur. Qui Hydrophobia iam correptus eſt, arcte vinciendus, vt, quem dixi, puluerem vino alioue liquore ſolutum (nihil enim ad curationem refert) deglutire cogatur, ore etiam, ſi opus ſit, vi

adaperto. Satius autem fuerit, in furoris intermissione, cum mens integra est, remedium propinare. Iam vero, cum primo contractum vulnus est, ne in sordidum vlcus degeneret, spongia aut siccis linteis exsiccatum, vino aut hydromelite, in quo supra dicti *pulueris* ʒ ß. soluta sit, bis terue quotidie foueto, deinde vnguentum inducito aut emplastrum, quale aliis vulneribus ex vsu est, & ita sanescere sinito, nullo Hydrophobiæ metu. Cum autem nullum hactenus animal nostro alexipharmaco vsum sit, cui non feliciter cesserit, siue iam nata, sed nõ vltra tres paroxysmos, erat Hydrophobia, siue ea ex demorsu metuebatur, frustra in aliis inueniendis oleum & operam postea ludemus. Huius autem præstantissimi antidoti inuentio atque exploratio *Iacobo Syluano Domino de Pyrou* viro antiquitate generis & nobilitate præstanti, accepta ferenda est. Idem puluis febrem malignam eamque continuam delirio aliisque pernicioſis symptomatibus comitatam, nulla excretione manifesta profligat. *Ioanni Fernelio* venator Henrici II. Regis Galliarum, grauiter decumbens, bona fide asseuerauit, pimpinellam ad præcauendam Hydrophobiam tantam vim obtinere, vt quicunque eam aliquot diluculis, vel in acetario, vel alio quouis modo apparatam, post demorsum comederit, nihil inde incommodi sentire possit, quod in canibus regiis se primũ expertum fuisse dixit, quibus demorsis illam felice successu obtulit.

tulit. De Hydrophobis in piscinâ propinquam illis non ante prævisam nihilque tale timentibus proiiciendis, ac mox, ne neruorum conuulsio oboriatur, in oleum calidum immergendis, ne huic quidem remedio prorsus fidendum esse per multorum mortes populi maritimi didicerunt. Hæc Palmarius. Amatus Lusitanus, *referente Foresto*, puerum 12. annorum in crure demorsum sic restituit: Accito chirurgo locum læsum profundioribus incisuris scarificare & calido vino lauare iussit; deinde loco optime absterso hoc emplastrum admouit.

℞ *Cæpam vnam acrem, alliorum caput siue radicem mediam, theriaces opt.* ʒ ß. *fermenti,* ʒ ß.

Omnia pistentur, & loco affecto superponantur, quibus puer breui sanitatem obtinuit. *Forestus* submersioni ægrorum in oceanum, magnam vim tribuit: affirmat enim multos hoc modo ab Hydrophobia tutos euasisse, si æger adhuc in speculo se agnoscat, *Heurnius* consulit, vt ei extractum hellebori detur cum *succo cæpæ, in qua cineribus obruta theriaca coxerit*, addita *aqua pimpinellæ vel cardui benedicti, cum modico confectionis Hamech. vel:*

℞ *Rad. Gentianæ,* ʒ ij. *cancrorum fluuialium in furno combustorum,* ʒ iij. *terræ sigill.* ʒ ß.

Horum ʒ j. præbet ex decocto cancrorum idque sæpius. Theriacam autem ex decocto *cancrorum, gentianæ, acetosæ, vel pimpinellæ* reliquis præstare ait. Iubet etiam *theriacam & gentianam* in-

fundi in aquam vitæ, & quotidie sumere cochlear ex *decocto oxylapathi & pimpinellæ, vel ex infuso calendulæ diluto. Plinius lib.25.cap.5.* multa præscripsit remedia Hydrophobis, sed non omnibus fidendum est. Ex multis cynorrhodi, id est, sylvestris rosæ radicem commendat vnice, vnicumque illud remedium oracvlo quodam repertum fuisse affirmat, quod & *Celsus & Alexander Benedictus* cunctis prætulerunt. *Scribonius Largus* refert barbarũ quendã Hydrophobos curasse, sinistro brachio alligata hyænę corii particula.

I. S. D.

Exemplum curationis in metu veneni à cane rabioso.

LIberi cuiusdam viri primarii familiariter vsi fuerant canicula rabiosa, quam tamen rabidam esse nesciebant, quamuis autem eos non momorderat neque læserat: tamen saliua nonnihil aspersérat illorum vestes, quas mox abiecerant, halitu etiam ita eos affecerat, vt mœsti & quasi attoniti sederent, & filius natu maior iam metu ac timore quodam insolito corriperetur, quos sic præseruaui & curaui. Primo dedi illis in *aqua scordii & cardui benedicti*, horis matutinis, per integrum octiduum, interdum & frequentius, cum vino optimo calido, *pulueris cancrorum fluuialium* ʒß. Secundum descriptionem *Galeni lib.11.de simpl. med.* Ordinaui etiam electuarium, vnde sumerent ad ingressum lecti magnitudine nucis iuglandis:

℔ Conf.

℞ *Conf. liberantis,* ℥ ij. *latificantis gal.* ℥ j. ß. *el. de gemmis,* ℥ j. *mythridatii opt.* ℥ iij. *extract. scordii,* ℈ j. *gentianæ, card. bened. ana* ℈ ß. *syr. acetos, citri, de corticibus citri an. q. s.* misc. pro electuario molli.

Hac medicina cum per octiduum vsi fuissent, dedi illis potionem sequentem, & iussi, vt inde per triduum sumerēt summo diluculo cochlearia tria, stragulisque cooperti ferme per horam sudarent.

℞ *Aq. tormentillæ ex tota planta, scordii, ana* ℥ ij. *syr. de cort. citri* ℥ ij. *aq. theriacalis,* ℥ ij. ß. *mythridatii præstantiß.* ℥ ij. *extr. scordii, card. bened. ana* ℈ j. *gentianæ, angelicæ, ana gr.* v. misc. exacte pro haustu.

Quod cum per triduum feciſſent, atq; etiam de rotulis sumpsissent ad ingressum lecti numero viij. pro colophone illis ordinaui morsulos infrascriptos & iussi vt quotidie per duas horas ante prandium sumerent vnum ex morsulis, idque continuarent per mensem. Id cum feciſſent, Dei gratia ab omni periculo liberati sunt:

℞ *Spec. liberantis,* ℥ ij. *pulu. cornu cerui,* ℈ ß. *terræ sigill. boli armeni, ana* ℈ j. *extr. gentianæ,* ℈ ß. *scordii, ana gr.* v. *ol. cinamomi gutt.* iij. *sacch. albiß.* ℥ iij. ß. *in aq. scordii dissol. aq. tormentillæ q. s.* f. conf. in rotulis.

℞ *Extr. gentianæ,* ℈ ß. *scordii, gr.* v. *conf. liberantis,* ℥ ij. *pulu. cornu cerui corall. rub. præp. terræ sigill. ana* ℥ ß. *ol. cinamomi gutt.* iiij. *sacch. albiß.* ℥ v. *dissol. aq. tormentillæ, q. s.* f. conf. in morsulis.

F.H.D. Est & sequens alexiterium non contemnendum in quocunque veneno:

℞ *Rad. angelicæ, aristolochiæ vtriusque, gentianæ, vnicornu, cardopetiæ, ana* ʒ ß. *tormentillæ, diptami albi, cornu cerui vsti, cinamomi el. zedoariæ, galangæ, cyperi, vincetoxici, pimpinellæ, ana* ʒ iij. *ostrucii, sem. anisi. card. bened. nucis vomicæ, cort. citri, zinziberis albi, macis, spodii, rasuræ eboris, santali albi, rubei, serici crudi, tunicæ, ana* ʒ ij. *scordii, boli armeni, præp. terræ sigill. phu. ana* ʒ ij. *teucri, iuniperorum, bacc. lauri, croci orient. ana* ʒ j. ß. *caryophill. marg. præp. sem. citri, antheræ, ana* ʒ j. ℈. *agalochi, auri puriß. limaturæ argenti, lap. hyacinthi, smaragdi, sapphyri, rubini, ossis de corde cerui, ana* ϑ ij. *aloes succo citr.* ʒ j. *rhabarb. el.* ʒ j. ß. *theriacæ andromachi,* ʒ x. *sacch. candi.* ʒ ij. *chesmes,* ʒ j. *camphoræ,* ʒ iij. ß. misc. f. l. a. electuarium ducendo in mortario per integram horam. Signatur alexiterium.

℞ *Alexiterii huius* ʒ j. *aq. theriacalis,* ʒ ij. ß. misc. pro vno & sic pro aliis.

F.H.D. ℞ *Spec. cord. temperat.* ʒ ij. *diamarg. frig. lætificãtis Galeni, pliris archontici, ana* ʒ j. *corall. rub. præp. been albi, rubei, ana* ϑ ij. *serici crudi, spodii, ana* ʒ ß. *nucis mosch. caryophyll. macis, ana* ʒ j. *ligni aloes, croci, ana* ʒ ß. *camphoræ,* ϑ j. Pulverizatis pulverizandis, & commixtis singulis cum *ceræ citri* ʒ v. *resinæ* ʒ j. *ol. rosati,* ʒ ij. *ol. spicæ,* ʒ j. ß. f. s. a. emplastrum cordiale.

F.H.D. ℞ *Aq. rosarum,* ʒ iiij. *card. bened. melissæ, violar. ana* ʒ ij. ß. *acetosæ, boraginis, bugloßi, ana* ʒ j. ß. *spec. elect.*

elect. è gemmis, diamarg. cal. lætifi. Gal. ana ʒ ß. *cinamomi opt. nucis mosch. macis, ana* ϑ ij. *ligni aloes,* ϑ ß. *conf. rosar. purp. boraginis, bugloßi, manus Christi perl.* ʒ ß. Bulliant vna atque altera ebullitione leui, speciebus in petia ligatis & inter bulliendum expressis, colentur & exprimantur diligenter, & expressioni admisceatur: *aq. cinamomi opt.* ʒ ß. *syr. acetos. citri. è bugloßo, ana* ʒ ij. misc. f. potio: Signatur potio cordialis.

Adscribam hic puluerem contra venenum, quem vulgo dicunt Saxonicum.

℞ *Rad. angelicæ,* ʒ iij. *ostrutii siue magistrantiæ, altheæ, ana* ʒ j. *vrticæ min. saxifragiæ, zedoariæ, pimpinellæ, ana* ʒ ß. *tormentillæ, serpentariæ, ana* ʒ iij. *vincetoxici,* ʒ ß. *valerianæ,* ʒ ij. *cort. rad. thymoleæ,* ʒ ß. Crasse incidantur incidenda, & infundantur *aceti vinacei opt. q. s.* quoad omnes species imbibantur. Stent in loco calido, horis 24. vase optime munito, deinde colentur, & species omnes probe exsiccentur, quibus adde *Fol. rutæ, scordii, agrimoniæ, herb. paridis, ana* ϑ ij. *bacc. herb. paridis numero* vj. *cornu cerui vsti,* ʒ j. misc. exacte pro Tragæa.

Elidæus ad morsum canis rabidi, cœpã vnam contundit cum melle bene miscendo vel cum theriaca, & morsui applicat, prius ventosa posita cum scarificatione: Idem locũ irrigat vino malorum cydoniorum: conferunt etiam cancri vsti ob proprietatem. Fit quoque emplastrum ex *ficubus immaturis cum melle: spuma nitri cum*

adipe asini valet inungendo morsum canis. Exhibeatur etiam hic puluis cum vino omni die.

℞ *Pulu. gentianæ mirrhæ, ana* ʒj. *cancrorum fluuial. vst.* ʒij. misc. cum vino pretioso.

Empyrica:

Contra morsum canis rabidi.

℞ *Tormentillæ, diptami, card. bened. sem. citri, ana* ℈j. *croci gr.* ij. *theriacæ,* ʒi. *doronici,* ʒj. *syr. de succo acetosæ, aq. buglossæ, ana* ʒvj. *vini,* ʒij. misc.

Ioannes Wierus primo scalpit locum, deinde hoc decocto madefacit lintea, & imponit parti læsæ, quin etiam idem decoctum propinat.

℞ *Vmbilici veneris, rutæ, betonicæ, abrotani, ana* q.s. f. decoctio.

Succus rutæ cum theriaca, loco demorso imponatur. Vel: Coquatur *mentha, ruta, cœpe, sal,* contunde simul cum aceto forti, adde parum mellis & superimpone loco demorso, vel impone *fermentum acre cum aceto,* & postea accipe *terebinthinam, butyrum non salitum, albumen oui,* misce & impone. Qui dum fungum *fruticis rosarum* (das rauche knöpflein) comburunt in olla noua, vt fiat puluis, quam exhibent in aqua patienti. Quidam coquunt allium, *fol. ficus, & flores chamomeli.* contundunt vt fiat cataplasma, quod imponunt loco demorso, exhibent etiam per 4. dies continuos in vino, *puluerem gentianæ, myrrhæ & cancri fluuial. ad* ʒj. Alii decoctum radicis vincetoxici cum *card. bened. aq.* per dies 40. propinant.

De

De Melancholia Hypochondriaca siue flatulenta.

Pro sacerdote quodam laborante ex melancholia hypochondriaca, Consilium Italicum Anno 1580. Idibus Mait. Habitum Patauii in ædibus D. Bernardini Paterni.

D. *Albertinus Bottonus*: Si metus & mœstitia sine causa signa sunt melancholiæ, iure hunc patientẽ dicemus melancholicum, in quo hæc duo reperiũtur. Porrò melancholia est symptoma in actione læsa facultatis imaginatricis, quandoque etiam ratiocinatricis, si affectus inueteratus sit. Actio autem hæc læditur vel læsa facultate vel organo læso: Facultas ipsa vel spiritus animalis labefactari non potest, cum sit substantia, quæ non recipit magis & minus, sed augmentum tamen & detrimentum possunt suscipere spiritus, vel etiã ab externa causa, quia primo non multi adsunt; deinde quia indistemperato subiecto recipiuntur; tertio quia aliena materia ei permiscetur. Hic autẽ in nostro patiente, satis copiosi sunt spiritus. Quare spiritus hic variantur, & quia in subiecto distemperato suscipiuntur, hoc est, in cerebro frigido & sicco, & quia materia vaporosa & melãcholica & per cõsequens tenebricosa & opaca, spiritus tenebricosos reddit, inde metus & mœstitia sine causa

ſuboritur: humor vero melancholicus, vaporis illius minera eſt, ac non quidem in cerebro ſed alibi generatur, nempe in epate, vtpote humorum officina, videlicet in epate calido & ſicco, quæ materia cum non poſſit expurgari, vapores ad cerebrum mittit, tenebricoſos & opacos, qui cerebrum, quia obſtructiones adſunt in ipſis hypochondriis & potiſſimum in venis meſaraicis, quæ exitum humoris melancholici impediunt, obſtructis quinetiam venis lienis & ſuppreſſis hæmorrhoidibus, quos antea fluentes habuit. Cerebrum igitur frigidum & ſiccum redditum eſt ob vaporum multitudinem; ſomni inſuper turbulenti ſunt & pauci propter eandem cauſam: quare calefaciendum & humectandum eſt cerebrum; materia vaporoſa diſcutienda, corpulenta euacuanda & prius præparanda eſt: epar alterandum poſt curationem per contraria, obſtructiones aperiendæ, hæmorrhoidum fluxus ciendus eſt: curatio ſane difficilis eſſe videtur; affectus enim antiquior eſt, & iam per annos aliquam multos durauit: materia per ſe eſt pertinax; ac temporis diuturnitate cerebrum ipſum in conſenſum trahitur: accedit huc etiam, cum alias curatus ſit, non tamen in totum curari potuit, nihilominus tamen aliquando in meliorem ſanitatem reductus eſt, quod & iam fieri poſſe, ſperare licebit: Primum igitur de ſanguinis miſſione agendum: *Gal. 3. de loc. aff. 7.* vbi de affectu melancholico loquebatur, minime ſanguinis mitten-

mittendi mentionem facit: Melancholia enim cum distet à natura sanguinis longius, sanguinis missionem non indicat: Idem *Cal. 3. de loc. aff. 7.* in tali affectu secabat venã mediam sinistri cubiti: Idem tamen *lib. de venæ sectione* dicebat, sanguinem melancholicum crassiorem phlebotomandum esse, vt reliquum postea medicamentis cedat. Cum autem hic etiam habeamus sanguinis abundantiam, quam indicant & venarum latitudo & faciei color, cumq; ad hæc adsit etiam retentio & suppressio sanguinis hæmorrhoidalis, quæ hunc affectum fouet, ego sanguinis missionem admitterem, inprimis vero cum insuper in toto corpore quædam adsit, vt sic dicam, musculositas, ego iccorariam inciderem, quæ totum corpus respicit; obstructis enim hypochõdriis sanguis vniuersi corporis redditus est melancholicus. Post alui solutionem & syrupos adhibitos, lenirem *el. lenitiuo, melle ros. solut. hiera s. &c.* Præpararem deinde syr. primo leuioribus, vt *syr. de succo buglossæ, de lupulis, de pomis; inde syr. de betonica, de epithymo, de polypodio.* Purgarem deinde cum iis, quæ melancholiam & pituitã euacuant: habet enim ventriculum satis labefactatum, atque ob id pituita abundantem: quare purgarem *foliis sennæ, cort. hellebori nigri,* Agarico etiam pituitæ ratione & *melle ros. sol. & similibus:* pro præseruatione laudo vsum iuris galli alterati cum respicientibus melancholiam, vt sunt: *Borago, epithymus, sena, polypodium:* præscriberem vsum *aq.*

S. Petri

S. Petri per 3. vel 4. dies, inde ad valentiores adscenderem, vt sunt *aq. apponenses*. Ante potum iuris Galli præberem *conf. flor. boraginis, admixtis pulueribus cort. capparorum, agrimoniæ, citri, &c.* Inde ad cauteria deuenirem; antea tamẽ expurgarem caput, masticatoriis & errhinis & per lotiones, quæ habent vim humectandi, vt somnus concilietur, vt ex *fol. maluæ, violar. flor. nenuphar. rad. altheæ, flor. chamomeli.* Capite purgato cauterium administrarem in iis locis, ratione quorum fit deriuatio & reuulsio: Merito reuulsionis in dextro crure fonticulum administrarem, respiciendo epar, quod melancholicum humorem gignit: merito deriuationis conueniet cauterium factum in brachio sinistro. Victus ratio his prædictis respondeat.

Consilium D. Marci de Oddis.

GAl. 3. *de loc. aff.* Hypochondriacam affectionem dicebat esse duplicem; primam quæ fit per essentiam, alteram quæ per consensum: signa vero affectus hypochondriaci per consensum dicebat esse rugitum, incoctionem, dolorem in ventre, &c. Eius autem quæ fit per essentiam propria statuebat signa; mœrorem ac tristitiam. Quare bene dixit *Hipp.* 1. *Aph.* 23. Si metus adsit, hypochondriacam veram adesse. Statuendum autem simul est, cerebrum etiam in hac hypochondriaca passione affectum esse, & aliquam malam intemperiem in cerebrum introdu-

troductam: Obstructis enim venis mesaraicis & hypochondriis, calor inflammatorius humores comburit, qui postmodum cerebrum petentes ipsum corrumpunt, & spiritus tenebricosos reddunt. Sed hic obiectio occurrit, quam ego viro excellentissimo discutiendam relinquo: Si enim duo ista symptomata timor & tristitia in hoc nostro patiente adsunt, cur non potius dicemus affectionem in corde quã in cerebro esse? Cum hi duo affectus cordis sint, & potius signa cordis affecti. Illud quidem concesserim, spiritus animales in cerebro tenebricosos reddi in cerebro, atque inde fieri, vt melancholici tanquam in tenebris pueri, timeant sine causa. Quod ad patientem nostrum, spero eum ad sanitatem perueniturum, nam ad δυσκρασίαν totum corpus nondum est reductum, est satis musculosus & copia sanguinis adest, & accidentia leuiora sunt. Quamuis autem cerebrum est frigidum & siccum, tamen non est vsque adeo magna δυσκρασία; peccat autem sanguis melancholicus, ergo vena secanda est: dicebat enim *Gal. lib. de venæ sectione*, melancholicum sanguinem, cum neque ratione crassitiei euacuari possit, phlebotomia euacuandum esse, vt reliquum postea medicamentis cedat: Neq; etiam adest prohibens. Habemus enim ætatem satis floridam, virtutem validam, &c. In venæ autẽ sectione ad totum corpus respiciendum esse puto: Nam ex obstructis hypochondriis verisimile est sanguinẽ vniuersi

corpo-

corporis, melancholicum redditum esse: quare iecoraria incidenda est, quæ totum corpus respicit: inde humores præparandi sunt, & euacuandum cum *corticibus hellebori nigri:* Quinetiam ex ventriculo humores pituitosi euacuandi sunt: iure autem galli an vtendum sit dubito: vereor enim, ne si simpliciter exhibeatur, epar reddatur calidius: Incoquenda igitur sunt, quæ habent vim remittendi calorem. Aquæ thermales debiliores primum mox valentiores esse possunt: sic enim ventriculo proderunt, & materias, quæ ad hypochondriaca deferuntur, euacuabunt: Non tamẽ simpliciter iis vterer, sed quodam alio humore eas exciperem, propter epatis caliditatem ac cerebri siccitatem: administrarem etiam fonticulum in crure dextro, quod si æger non admittat, exhiberem aliquod purgans per hypochondriaca & per fluxum hæmorrhoidum: in brachio autem fonticulum non facerem, quia cum cerebrum primario non sit affectum, sperarem illum vnico fonticulo contentum esse posse. His omnibus diligentem victus rationem adhiberem, quæ reliquis scopis propositis correspondeat.

Consilium D. Bernardini Paterni.

COnstat ex duobus affectibus, timore præter causam & mœrore patientem melancholia laborare; sunt autem deprauatæ actiones phantasiæ, quandoq; etiam rationis; sed & aliud est, de

est, de quo hic patiens conqueritur, dolor nempe in genu, de quo paulo post dicam: Cum actio principum facultatum deprauata sit, læsio in cerebrum referenda est. Cerebrum enim est actionum illarum principium: quare etsi in corde est metus & tristitia; tamen ibi potius per consensum illa sunt, primario autem illum cerebri affectum sequuntur: Nam metus contingit, vbi obiectum repræsentatur nocere potens; tristitia vero vbi obiectum offertur tanquam alienum & aduersum naturæ nostræ: quare afficitur cerebrum, cum adsit deprauatum iudicium eorum, quæ pertinent ad imaginationem & forte ad rationem quoque. Duobus autem modis fit hæc affectio, *teste Galeno 3. de loc. aff. 2.* scilicet affecto cerebro aut toto simul corpore affecto. Quare hunc posteriorem modum, de quo etiam agit *Gal. 3. de loc. aff. 7.* Interpres non bene interpretatus est, cum diceret esse affectionem per consensum. In hoc igitur ægro quænam est melancholia? ex affectionibus distinctio petenda est: *Secundum Gal.* quæ si prius circa hypochondria ortæ sunt, aderit melancholia per consensum. Ego autem credo, affectum ventriculi timorem præcedere atq; tristitiam, & ita primo excitata fuisse in ventriculo symptomata quædam, quæ mox subsecuti sunt metus & mœror: Nam deiectis alui excremẽtis & flatib. discussis sedantur symptomata melancholica, vt ex hoc certus sim, cerebrum hic per consensum laborare, nam constipata

stipata aluo vapores crassi ex ventriculo exhalant, qui postea caput petunt ac perturbant spiritus, vnde metus & tristitia illa sine causa excitatur. Verum quisnam est affectus in hypochõdriacis? Et vnde proueniunt symptomata & consensus in cerebro? Scio apud Auicennam legi, quod obstructis mesaraicis soleant contingere πάθη melancholica, quod obstructis partibus illis, id quod pingue est, in iecur trahatur, vnde postea vapores ad caput delati phantasiam turbent; Atque hoc pacto melancholiam illam hypochondriacam dicebat melancholiam per essentiam. *Galenus vero* 5. *de loc. aff.* 6. distinguens affectus ventriculi dicebat ex affecto ore ventriculi fieri syncopes & plura alia, inter quæ refert etiam symptomata melancholiæ, vt statuerit, mala dispositione in ore ventriculi existente, fieri symptomata melancholica, quia autem patientes inferioribus ventriculi partibus affectis non ita cruciantur, ideo Medici hæc symptomata spernunt, & melancholiam illam tantum in obstructas venas illas mesaraicas, & in hypochondria affecta, non etiam in ventriculi malam dispositionem referunt. Sed in hoc affectu quænam pars ventriculi laborat potissimum? Censuit *Galenus* affici ipsum πύλωρον, id est, partem ventriculi inferiorem: In nostro hoc ægrotante crederē ego, quod cum symptomata non sint ita valida, non multum offendant. Nam in ipso fundo ventriculi arbitror esse materiam melan-

melancholicam, quæ veluti dispositionem inflammatoriam excitarit, propterea non ita manifeste infestant symptomata: Suspicor etiam cerebrum per essentiam affectum esse: At cum duplex sit modus cerebri per essentiam affecti, alter proprius, alter totius etiam corporis; crediderim ego hoc posteriore modo affectum esse cerebrum, ita videlicet vt simul corpus totum laboret, ac non tantum venæ mesaraicæ, neque solum hypochondria affectu sint: Nam obstructis venis mesaraicis non fit morbus per essentiam in capite, deinde iisdem obstructis solent deiici fæces liquidæ & humidæ *secundum Galenum*: Hic autem apparent duræ: Adhæc obstructis venis illis non potest multus succus distribui, & distribuitur solum id quod pingue est, vnde fæces remanent humidæ: Cum igitur hic non habeamus fæces humidas & liquidas, venæ mesaraicæ obstructæ non sunt. Credo igitur, si affectio est in capite, simul eam in toto corpore esse, quia sanguis, qui consueuit per hæmorrhoides euacuari, crassus retentus est in ipsis venis, & sic sanguis cerebrum & totum corpus afficere potuit. Dolorem in genu ex cruditatibus prouenire arbitror: In affectionibus melancholicis cruditates plurimæ fiunt, quæ delatæ ad iecur sanguini miscentur, & inde ad genu feruntur: Sed hoc symptoma reliquis sublatis facile & sua sponte euanescet. Quid igitur agendum? Collecti in ventriculo humores euacuandi, ventri-

culus ipse corroborandus est qui complecti cibum non potest, facultate impedita, vnde fluctuationes ventris sequuntur, quæ referūt aquæ murmura propter cruditates, quæ in ventriculo fiunt, qui non bene concoquit ob debilem ciborum complexum: Ventriculus igitur ipse exsiccandus est, & si frigiditas etiam adsit, calefaciendus: At si ventriculi humor abundans euacuetur, arbitror omnia illa, quæ circa ventriculum sunt, sedata iri: Inde autem cerebrum euacuari oportet: In hoc nostro patiente, venæ sunt amplæ, latæ, turgidæ ac repletæ, & adest color nigricans. Quare *Gal. 3. de loc. aff. 7.* in tali affectu secabat venam mediam sinistri cubiti. Videatur autem in venæ sectione, qualis sanguis exeat: si ater is sit, ad iustam quantitatem sanguinem sinamus effluere: Indicabit enim hic sanguinis color vna cum cerebro totum corpus affectum esse: Si vero sanguis primo effluxerit purus, affectio tunc erit in capite propria, non simul etiam in corpore: quare primo lenem clysterem adhiberem, inde statim secarem venam sinistri cubiti mediam: probarem etiam prouocationē sanguinis hæmorrhoidum, si sibi grata esset prouocatio; sin minus, abstinerem: dicebat enim *Galenus lib. de venæ sect. cap.* 19. non eundem esse fluorem mensium & hæmorrhoidum, ille naturalis est, hic non: propterea menses non debent prouocari, si sponte non fluant; hæmorrhoides autem non item, nisi quis hac euacuatione delectetur:

ctetur: Addebat etiam *Hippocrates* 4. *Aphorismorum parte*, malum esse, prouocare hæmorrhoidas eo quod periculum subesset, vt forte sanguis simul bonus efflueret; si vero è brachio sanguis mittatur, si bonus exeat, statim supprimi poterit, si malus, libere euacuari & effluere potest: si non esset necessarium dicebat, prouocare menses propter conceptum, nihil referret ad sanitatem, etiamsi supprimerētur, modo per alias vias excrementa euacuentur, quæ in mulieribus colliguntur. Quod vero in suppressione hæmorrhoidum ab Hippocrate præceptum est, vt venæ infernarum partium secentur, huius præcepti causam reddebat *Gal.* dicebat enim ideo hoc ab Hippocrate traditum esse, quoniam non semper suppetunt scopi euacuandi sanguinem per alias partes: In hoc igitur casu cum sanguis per alia loca mitti tuto possit, eligerem ego venam mediam cubiti sinistri. Quantitas autem mittendi sanguinis pro ratione affectus & sanguinis copia metienda est: de tempore eligendo, fuisset quidem consultius, vt transacto medio vere, auxilium hoc administraretur: At quia iam arbitror ortas esse Pleiades, quorum exortus secundum Galenum est æstatis principium, minus congruum esse videtur: Concedit tamē adhuc cœli status venæ sectionem, tempore matutino, hora post somnū vt monebat *Galenus*. *Detracto sanguine*, vt dixi, ex vena cubiti, quid agendum? Monebat *Gal. lib. de atra bile*, vt cauti esse-

mus in hæmorrhoidum fluxu irritando: si enim ruber & bonus sanguis exeat, potius nocumentum erit quam iuuamentum: quare satius est aperire venam brachii, quam ciere fluxum hæmorrhoidum: si enim bonum exire contingat sanguinem, statim venam supprimere possumus. Quod ad cæteras indicationes, attenuandum,& contemperandum corpus est: *Gal.lib.de theriaca ad Pisonem*,loquens de affectibus melancholicis, dicebat conferre theriacam & absinthium quoque Ponticum, detergit enim & expurgat cauitates, vt *Gal. dicebat* 5.*simplic.* Laudo etiam maxime boraginem, quæ facile attemperat succum melancholicum, nam de ea scribit *Galenus hilarem reddere.* Probo syrupum de lupulo, & qui ex pomis cõficitur: in purgatoriis versarer longo tempore,sed raro exhiberem,& non nisi ex longis interuallis, vt *Galenus probat*: Laudarem etiam conf. ex *boragine, lupulis, pomis,maxime ex absinthio*,exhiberem plures syrupos, quousque vrinæ bene coloratæ appareret, quo tempore totum corpus ab atro succo euacuarem. Probantur etiam *polypodium,epithymum,sena,cort. rad. hellebori nigri*,præpararem decoctum ex *sena, epithymo,polypodio, additus seminibus aliis, & rad. veratri nigri cum seminibus anisi*; adderem *diacathol.* conf. hamech,& aliquid mannæ: præberem hoc tempore matutino; *Hippocrates* 2.*de ratione victus acut.* 10. præbebat *ptisanã hordeaceam*: Quia autem nostris temporibus forte non bene paratur,

paratur, ego consueui loco *ptisanæ* ℥ vj. *brodii*, in quo decoctum sit hordeum, statim ab assumto medicamento nihil vellem vt deinceps ederet aut biberet, nisi peracta coctione. Quæritur autem hic, an exhibito medicamento purgatorio somno indulgendum sit: Paulus somnum prohibet in purgatoriis valentibus; Auicennas contra probat. Ego vero Paulum potius sequerer. Si tanto dormiret tempore æger, quousque medicamentum operari possit, somnus equidem cõduceret, & conueniret tanto tempore dormire, si videlicet essemus certi de tempore, an citius vel tardius expergiscatur æger: Cum autem hoc incertum sit, magis laudo modum Pauli, vt à somno abstineat. Quiescat in obscuro, ne spiritus à lumine excitentur: Cum primum medicamẽtum purgans acceperit, surgat, ac leuiter se moueat, & propterea dicebat Gal. matutino tempore purgantia exhibenda esse, vt corpus agitetur, & agitatione illa ad euacuationem incitetur: Inde ad alia procederem. Si nõ adesset iecoris caliditas, thermę conuenirent, nisi nimia humoris exsiccatio metuenda sit: Est enim succus melancholicus terrestris, siccus, qui abundat in hoc corpore: Loco ergo balneorum, conserua boraginis vterer, vt aliquo pacto humor ille calefiat, & attenuetur: Exhiberem igitur calefacientia & exsiccantia, vt parum *theriaca & mythridatii & rhasis* lætificans; *elect. de gemmis, diambram*, quæ ad hoc à Mesue præcipue confecta sunt.

Non improbo ius galli, sed non incoquerem, quæ multum calefaciunt; contentus essem polypodio & epithymo. Solent passim fieri fonticuli, ego ignoro in quem vsum, nisi forte eo fine, vt partes quibus administrantur, imbecilliores reddantur, & sic natura adsuescat transmittere, quæ offendunt, in alias partes: Natura enim semper ad partē imbecilliorem transmittit materiam: Verum si superflua, quæ in corpore sunt, per vias debitas euacuari possunt, non video, ad quam vtilitatē transmittere velimus materiam: Reuulsionis autem gratia fonticuli parari minime possunt, fit enim reuulsio per attractionem ab vno loco ad alterum: Fonticuli vero si attrahunt, vel ratione caloris vel doloris attrahunt; non enim dolores faciunt nisi primo die, neque calorem excitant, quomodo ergo poterunt reuellere? quare cum reuellendum est, melius esse credo modum sequi, quem præscribebat *Galenus lib. de cucurbitulis & scarificatione*, vt videlicet à partibus internis ad artus ipsos, ad externa fiat reuulsio, quam si fonticulos applicemus. Accedit huc etiam, quod sæpenumero vidi, ex fonticulis maxima nocumenta fieri in membris, quibus fuerunt applicati: præstat igitur, vt causa reuulsionis calida medicamenta adhibeantur brachiis & cruribus, vt hoc pacto materia ab internis ad externa ratione caloris attrahatur: qua de causa etiam frictiones conuenient: Adhæc victus ratio conuenit: Laudantur *cibi boni succi*, qui

facile

facile distribui possunt. Vinum exhiberem non multum, austerum, clarum, tenue, pellucidum, flauum potius quam nigrum: Abstineat etiam à venere: semen extinguatur. Vidi aliquando sacerdotem virum opt. & piis. qui cum nollet vti venere, in melancholica συμπλώματα grauis. incidit.

Consilium D. Balthasaris Brunneri, Anhaltinorum Principum Medici: Pro quodam Capitaneo nobile, in Neomarchia.

IN venis portæ, vbi à liene descendunt, & ad colon intestinum feruntur, & hæmorrhoidas illic efficiunt, magna infarcta est copia materiæ melancholicæ & pituitosæ, & biliosæ inæqualiter permixtæ, isthic calefiunt & putrescunt, donec in saniem biliosam conuertantur, quæ flauo puri similis est, inde per hæmorrhoidales venas vna cum sanguine aliquando cum excrementis excernuntur. Cum autem fluxus iste hactenus cõuenientibus remediis curatus sit, patiens præseruari postulat, ne forte recidiuam patiatur. In præseruatione autem eo respiciendum est potissimum, vt cognoscamus, vnde tales humiditates in prædictis hæmorrhoidibus generentur, & cur illic cumulentur: Generantur autẽ illic ventriculo debili existente, ex cibis melancholicis & excrementitiis, qui non concoquuntur, sic error in prima coctione non corrigitur in altera, vt crassus viscidus & melancholicus, interdum

etiam bilioſus ſuccus illic generetur, & amarus humor, qui multo craſſo & phlegmatico perfunditur ſanguine, præſertim cum epar ſit paulo calidius, vnde chylus ſuperaſſatus in epate, viſcidior & craſſior euadit; hic humor cum ſit denſus, craſſus & viſcidus, in venis meſaraicis inſtar glutinis hæret, nec poteſt ibi reddi fluidus vt per inteſtina excernatur: obſtruitur igitur eo in loco, & obſtructiones inſignes & contumaces generat; inprimis cum & lien à natura frigidus ſit & humidus, vt has excrementitias humiditates ex venis meſaraicis ad ſe trahere, & per vias conſuetas, cum ſuccum & alimentum inde ſibi deſumpſerit, excernere nequeat, ex his humor eſt melancholicus, flatulentus, vnde melancholia hypochondriaca nomen accipit, qui ructibus & flatibus & tenſionibus, & rugitibus ventoſis ac acidis, in inteſtinis corpori moleſtus eſt, quando inprimis ſanguis melancholicus bili ac pituitæ mixtus ventrem plus iuſto adſtringit, vt excerni per inteſtina nequeat, vnde ad venas coli protruditur, & illic inflatur, extenditur, & corrugationes inteſtini efficit, hinc dolores excitantur, & q. laſſitudines vlceroſæ, deinde cum eiuſmodi moleſtiſſima materia per dictas venas ad extremam oram & ambitum inteſtini recti exteriorem protrudatur, oriuntur ibi punctiones & dolores ardentes, præcipue, cum plus pituitæ ſalſæ quam bilioſæ miſcetur q. ſanguini, oritur etiam pruritus, q. ſi quis pungatur acubus,

bus, vel ardescit dolor, ac si membra hyeme refrigerata caloribus ab igne punguntur; quare in præseruatione in id incumbendum est potissimum, vt hæc peccans materia, quæ morborum omnium in hoc indiuiduo prima generatrix & mater est, ex venis mesaraicis expellatur, ibique non amplius generetur, nec illic fixam retineat sedem, vt paulatim & placide expurgetur, non cum impetu, est enim pugnax, contumax, rebellis, & medicamentis violentioribus contumaciter resistit. Hoc autẽ fieri nequit, nisi prius causæ internæ & externæ tollantur, vnde materia illa generatur ac fouetur, quare ad remotiones causarum omnis præseruatio dirigenda est; internæ autem causæ materiæ huius sunt: inæqualis intemperies viscerum principalium, inprimis ventriculi epatis & lienis, vẽtriculus enim frigidus & siccus est, vnde multos flatus generat; nec obstat, quod in hypochondriacis os ventriculi plerumque humidum non siccum est, *dicente etiam Hippocrate*: Si quis multum exspuat, hoc melancholicum est, sed ad causam respiciendum est, vnde hæc humiditas in ventriculi orificio causetur, non ex ventriculo, ratione humiditatis & frigiditatis natiuæ, sed ratione obstructionis venarum mesaraicarũ, in qua obstructione retenta materia ex venis mesaraicis regurgitat, & ventriculum per accidens humectat, & exspuitiones causat frequentes; cum igitur ventriculus frigidus est & siccus, impedit ratione siccita-

tis primam coctionem, quæ ibi debebat perfici, ſiccitas enim in cauſa eſt, vt cibus à tali ventriculo, qui debet eſſe officina primæ coctionis, in frigidum, ſiccum & non in alibilem ac naturæ cõuenientem ſuccum tranſmutetur, vnde poſtmodum optimus ſanguis in epate generari & elaborari poſſit: Si autem epar conſideretur tanquam officina ſecundæ coctionis, hoc modum excedit in caliditate; hinc chylus, qui in prima coctione magis aduritur, craſſior & μελαγχολικότερος ſit, & cum idem chylus plus iuſto ſiccior ſit, ab epate elaborari non poteſt, vt in bonum tranſmutetur ſanguinem, remanet itaque viſcidus, ſalſus, craſſus, glutinoſus, & cauſam præbet, vt in venis meſaraicis obſtructiones efficiat, & ſic hypochondriacam cauſet melancholiam: Si iam etiam lien conſideretur, qui frigidus eſt & ſiccus, ſuccus melancholicus ab epate combuſtus languidius à liene attrahitur, nec per vias conſuetas excernitur; ratione vero frigiditatis ſuccus ille attractus non recte neque legitime conficitur ac elaboratur, nec apponitur neque agglutinatur, ſed excrementitius remanet, & ex imbecillitate caloris natiui, in flatus reſoluitur, vnde in ſplenis ſubſtantia tumor flatulentus gignitur, qui non tantum patientem cum dolore infeſtat, verum etiam lienem inflat, & in tumorem attollit, q. aliquid ponderoſum in ſiniſtro hypochondrio lateat, quod lienem premat; cum autem hæc humiditas vitioſa & excrementitia

corpori

corpori per inteſtina tanquam per vias ordinarias non detrahitur, magis illic magiſq; ob ſplenis imbecillitatem cumulatur, & colligitur eo vſque illic, donec naturæ veluti excrementum redundans ſua copia & qualitate moleſtum ſit, illamque extimulet, vt per venas hæmorrhoidales tandem per inferiores partes ad inteſtinum rectum eiuſque oram extremam protrudatur. Et ſic fluxus ille hæmorrhoidalis tandem excitatur, de quo ſupra dictum eſt. Et hæc de cauſis internis dicta ſint: Cauſæ autem externæ iuuant ad augendam mali huius materiam, quales ſunt: Cibus & potus, motus & quies; repletio & inanitio: ſomnus & vigilia: affectus animi: has cauſas Medici res non naturales dicunt, ideo quod niſi ægri diligenter in has intenti ſint, & ſecundum illas viuant, facilime de ſtatu ſanitatis naturali in morboſum præcipitari poſſunt: Cum autem cauſæ internæ plene non poſſint tolli, niſi prius ſublatis impedimentis, & materia in venis meſaraicis & viis communibus retenta, expurgata ſit, initium medicationis ab euacuatione nobis ſumendum eſt; inde ad plenariam remotionem cauſarum tam internarum quam externarum deueniendum: id quod hoc pacto fieri debet: primo vtatur patiens pillulis A. tribus ante prandium horis & ieiunet vſque ad decimam.

℞ *M. pill. de Hiera cum agar.* ℈ ij. *aggregat.* ℈ j. *diagridii gr.* j. miſc. *cum aq. betonicæ* f. pillulæ xvij.

2. Sumat *de ſucco* B. die ſequente, 4. *cochlearia vel* ℥ iij.

vel ℥ iij. vna vice, calide, cui *olei* C. ij. *vel* iij. *guttulæ* affusæ sint cum penna scriptoria, & cum cochleari bene agitatæ & commixtæ: Sumat autem hunc succum mane hora vj. & per horam in lecto requiescat, à somno autem abstineat, & vsque ad decimam ieiunet; hic succus siue syrupus collectam materiam modice & sine calefactione per secessum & vrinam educet, & viam principalibus visceribus sternet ad corroborationem & reductionem naturalis complexionis, quare continuandus erit quotidie, donec absumatur, iis tamen conditionibus, cum non modo venas dictas, verum etiam materias permixtas per secessum euacuet, si prædictus syrupus in singulos dies non quater operetur, vt in eum euentum v. vel vj. cochlearia de eo sumantur, pro modo operationis, quod si patienti nimium esse videtur, per diem vnum naturalem ab eo abstineat. Cum igitur æger de hoc syrupo per biduum sumserit, die tertio ordinarie quiescat, & nihil inde sumat, hoc autem die tertio in brachio dextro pro euentatione caloris in epate medianam secari curet vel epaticam, vtram maluerit, & vltra ℥ iiij. sanguinis non emittat; sequente die iterum de priore syrupo, quantum satis est sumat, & cum die præcedente ab eo abstinuerit, priori dosi cochlear vnum addat, vt melius operetur, & continuet eundem diebus singulis, donec totus absumatur, postea per diem vnum naturalem quiescat:

℥ Rad.

℥ Rad. cichorii, ℥ j. ß. *scorzoneræ*, ℥ j. *eryngii*, *asparagi*, *ana* ℥ j. *cort. rad. cappar.* ℥ ß. *tamarisci*, *fraxini*, *ana* ℥ j. *cal. aromat. zedoariæ*, *ana* ℥ iij. *rad. imperat.* ℥ ß. *meu*, ℥ ij. *polypodii querc.* ℥ ij. *liquiritiæ*, ℥ j. ß. *passular.* ℥ ij. ß. *sem. dauci*, ℥ ß. *aquilegiæ*, ℥ iij. *portulacæ*, *endiuiæ*, *ana* ℥ ij. *quatuor frig. maior. anæ* ℥ j. *herb. ceterach. squinanthi*, *ling. ceru. ana* m. j. ß. *adianthi nig. cap. Ven. ana* m. j. *chamædryos*, *pulegii*, *agrimoniæ*, *millefolii*, *ana* m. j. *epaticæ nob. cichorii*, *endiuiæ*, *fumariæ*, *ana* m. j. *Coq. in s. q. aq. scolopendriæ*, *betonicæ*, *boraginis pro* ℔ ij. ß.

Colatura diuidatur in partes duas, quarum prima sit ℔ j. ß. *altera* ℔ j. In prima parte colaturæ ebulliant, *Fol. senæ el.* ℥ iij. *epithymi cret.* ℥ j. ß. *thymi*, *flor. stech. arab. ana p.* j. ß.

Post ebullitionem stent in loco calido per horas iij. post colentur sine expressione pro ℥ x. In altera parte colaturæ colentur sequentia:

℞ *Cort. rad. hellebori nigri styriaci præp.* ℥ iij. *caryophill.* ℥ ij. ß. Coq. ad consumt: fere ℥ iiij. deinde adde: *Mirobal. chebul. citrin. Indor. ana ol. dulc. præp.* ℥ ij. ß. *cort. citri*, ℥ iij. Vbi satis coxerunt, colentur. Hæc colatura addatur priori ex *foliis senæ factæ*, & in vtrisque ligata in nodulo ebulliant: *Agar. rec. trochisc.* ℥ j. *rhabarb. inter. & el.* ℥ ij. *spicæ Ind.* ℈ j. Stent per noctem in infusione, expressis fortiter adde: *syr. de scolopend. de cort. citri c. moscho*, *ana* ℥ iij. *sacch. albiß.* ℥ iiij. *Coq. ad formam syrupi liquidioris*, signatur Safft. B.

℞ *Ol. ex cort. citri*, ℥ j. signatur Oel. C.

℞ M.

℞ *M. pill. cochiar.* ℈ ß. *hieræ cum agar.* ℈ ß. *aggregat.* ʒ ß. *ammoniaci in aceto ſquillit. diſſol.* ℈ ß. *cum puluere ceterach, f. pill. numero* xvij. Signatur: Pillen. D.

Poſt vſum ſyrupi magiſtralis vno die ab omni medicamine abſtineat; ſequenti autem die mane vtatur pillulis D. vna vice, mane hora ſexta, & ieiunet Galeno, ſi non vult Nazareno, vſque ad decimam. Hæ id præſtabunt, vt venæ meſaraicæ ad ſplenem tendentes, & ipſe quoq; ſplen, expurgentur & peculiariter euacuentur; poſt vſum horum iam præſcriptorum medicamentorum tuto deſcendemus ad cauſas reliquas internas & ad corroboranda viſcera principalia, id quod commode & quidem vniuerſaliter fieri poterit, hoc mythridatico E. mane ſumpto hora quinta, & horis duabus ſuperdormiat, nec ſudare opus habet, ieiunet vſque ad decimam:

℞ *Mythridatii opt.* ʒ j. *conſ. roſar. anthus, ana* ℈ j. miſc. ſignatur: Mythridat. E.

Si inde aluum adſtrictiorem ſentiat, hoc clyſtere inteſtina proluat:

℞ *Herb. Parietariæ,* m. iij. *Mercurialis,* m. j. *ſol. lauri, pulegii, ana* m. ß. *ceterach,* m. j. *flor. chamomeli, meliloti, ſummit. anethi, ana* m. ß. *ſem. fœnugræci,* ʒ ß. *Coq. in ſ. q. aq. pro* ℔ j. In colatura diſſolue: *El. lenitiui,* ʒ iij. *diacathol.* ʒ ß. *diaphœnic.* ʒ jj. *de baccis lauri,* ʒ j. *mellis anthoſati,* ʒ ij. miſc. pro enemate. F.

Eo vtatur vel mane hora viiij. vel veſperi hora iij.

raiij. Post vsum mythridati, vtatur hoc condito corroborante:

℞ *Chebul. condit. zinziberis Guineensis cond. ana* ℥vj. *cal. aromat. cort. arant. citri, ana cond.* ℥iij. *rad. cichorii, eryngii, buglossæ, ana cond.* ℥v. *trochisc. de capp.* ℥j. ß. *nucis Ind. cond.* ℥ij. *cont. absinthii, buglossæ, anthus, ana* ℥iij. *rosar.* ℥ß. *cinamomi grosse incisi, macis incisi, ana* ℈ ß.

Incidenda incidantur, & puluerizanda puluerizentur & misceantur cum *syr. de cort. citri cum moscho, addendo: ol. caryophyll. gutt.* ij. Signatur: Sterckung. G.

De hoc sumat mane frustum magnitudine iuglandis. Post meridiem vtatur morsulo, & continuet conditum ac morsulos, quousque durant.

℞ *Spec. aromat. ros.* ℈iiij. *diarhod. abb. diatrion sant. ana* ℈ij. *rad. Gentianæ albæ veræ.* ℈j. *trochisc. de cap.* ℥j. ß. *cons. absinthii,* ℥iij. *flor. arant. citri, cond. ana* ℥ij. *rad. cichorii, cond.* ℥ß. *cort. citri cond. & incis.* ℥iij. *extr. zedoariæ, galangæ, calami aromat. ana gr.* iij. *sacch. albiß. soluti aq. cichorii, q. s.* In quo solutis extractis cætera omnia misceantur & cõfiant in morsulos aromatizatos *cum gutt.* v. *ol. cinamomi.* Signatur: Morsellen. H.

His vtendum quousque durant, respiciunt enim præcipue epar, ventriculum splenem & caput, quod & ipsum in his passionibus corroboratione indiget. Sed & ventriculus potissimum puluerem habet I. quod vtendum ipsi erit

erit alternatim cum morsulis & oleo K. ventriculus erit inungendus & sacculus vẽtriculo imponendus.

℔ *Sem. coriandri præp.* ℥ v j. *fœniculi, anisi, ana* ℥ j. ß. *cinamomi,* ℥ iij. *galangæ, cal. aromat. ana* ℥ j. *pœoniæ,* ℈ ij. *liquiritiæ,* ℥ ß. *sacch. ros. tabulati,* ℥ v j. *sacch. albiß.* ℥ j. misc. pro tragœa. Signatur: Magenpuluer. I.

℔ *Masticis,* ℥ ij. *galangæ,* ℥ j. *spec. aromat. ros. diacymini, ana* ℈ j. *ol. caryophyll. nucis mosch. ana gutt.* viij. *cymini, gutt.* iiij. *de absinthio, de mentha, ana* ℥ ß. Ceræ parum f. linimentum, signatur: Magenöhl. K.

℔ *Pulu. card. bened.* ℥ j. *rad. angelicæ, veronicæ, ana* ℥ ß. *trochisc. de cappar.* ℈ ij. *de eupatorio, de absinthio, ana* ℈ ß. misc. f. puluis diuidendus in tres partes. L.

℔ *Fol. menthæ, absinthii, ana* ℥ iij. *maceris, cardamomi, nucis mosch. spicæ nardi, cinamomi, ana* ℥ j. *rad. imperat. meu, ana* ℥ ß. *corall. alb. rub. ana* ℥ ß. *rosar. rub. p.* j. ß. Trita & grosso modo contusa aptentur in syndone, intersuta ad formam cartæ dentur: Signatur, Magenkũßlein. M.

℔ *Rad. imperat. meu, ana* ℥ iij. *helenii, cucum. asin. ana* ℥ vj. *althææ,* ℥ j. ß. *cort. rad. de capp. tamarisci, fraxini, ana* ℥ iij. ß. *ficuum ping. numero* vj. *baccar. lauri,* ℥ ij. *portulacæ,* ℥ ß. *dauci,* ℥ ij. ß. *herb. pulegii,* m. j. *ceterach. squinanthi, linguæ cerui, ana* m. ß. *fol. sennæ,* m. j. *flor. chamomeli, meliloti, summit. anethi, ana* m. j. *fol. parietariæ,* m. j. ß. *flor. maluauisci,* m. ß.

Den-

Dentur inciſa & contuſa ad cartam. Signatur: Kreutter zur Fomentation. N.

℞ *Ol. de cappar. anethini, rutacei, ana* ℥ j. *vini ſublimati, aceti acerrimi, rad. filicis, cyclaminis, ana* ℥ ij. *centaurii min.* ℥ j. Terantur terenda & bulliant in liquoribus vſq; ad olei conſumtionem, expreſſis adde: *Ammoniaci, bdellii, opopanac. ſerapini, ana in aceto ſquillitico diſſol.* ℈ ij. Bulliant iterum adiectaque pauca cera, affuſiſque ol. *Anethini deſtillati, cymini, ana gutt.* v. f. linimentum, Signatur: Miltzſalbe. O.

℞ *Agar. albiſſ.* ℥ ij. *cort. rad. hellebori nigri,* ℥ j. ß. *tamariſci,* ℥ iij. ß. *cappar.* ℥ j. *mucilag. ſem. lini, fœnugræci, pſyllii, ana* ℥ ß. *galbani,* ℥ iij. *bdellii, ammoniaci, ana in aceto ſquillit. diſſol.* ℥ j. ß. *ol. chæmomel. laurini, adipis taxi, ana q. ſ. croci,* ℥ j. *affuſis ol. cymini deſtillati gutt.* v. f. ad formam ceroti adiecta pauca cera. Signatur: Miltzpflaſter. P.

Quo ad ſacculum ſtomachicum: ſuperinfundatur in tegula ſupercalefacta vinum, fumus excipiatur ſacculo, qui poſtea calide ventriculo imponatur. Cum autem ſplen ſit frigidus & humidus, & propter imbecillitatem caloris natiui, humorem melancholicum terreſtrem & ſiccum, multos gignat flatus, qui deinde ſurſum feruntur, & in tumorem flatulentum conuertuntur, ſplen ipſe pro excitando calore natiuo, calorificis fouendus eſt, flatus diſcutiendi, & materia melancholica, quæ iſthic detinetur, expellenda eſt: Primum fit hoc ipſum Fomenta-

tione N. Accipe silices duos rubeos & gryseos qui intus aureas habent arenulas, feruefiant, & ponantur in aquam fluentem, ibiq; extinguantur, idque fiat septies, aut si eiusmodi silices haberi non possunt, in eorum locum substitue duo frusta chalybis, hæc ignita extinguantur in fluente septies; de hac aqua chalybeata perfunde herbas N. inuolutas panno lineo, vt ad latitudinem sex digitorum aqua supereminеat, in vase nouo fictili, quod prius aqua pura bene ablutum sit, coquantur vt pisces, adde postea medium cucurbitulæ plenum aceto rosaceo, bulliant ad ignem semel atque iterum, f. Fomentatio, qua calefacta madefiat spongia, quæ 8. digitos longa & 6. digitos lata sit, exprimatur parum & ponatur è regione lienis in hypochondrio sinistro ad longitudinem, & fomentetur locus per quadrantem horæ, vbi refrigescit, ponatur iterum in aquam, & exprimatur & lieni imponatur: Post fomentationē inungatur idem locus pro discussione flatuum linimento O. calide, & imponatur vltimo cerotum lienare calide P. quod lienem nō modo confortat, verum etiam si illic aliquid flatuum ac ventositatis detineatur, expellit. Per hæc remedia omnes causæ externæ & internæ huius melancholiæ hypochondriacæ, efficientes & materiales tolluntur, & sic morbus ipse expelletur; quod si interdum præter opinionem dolores eo loci excitantur, ponantur in linteolum flores verbasci & chamome-

momeli, coquantur in aqua, & ano imponantur calide, & sic dolor sedabitur, quod si non remittat, imponat linimentum ex asellis, vel alterum ex volatilibus, quod secum habet, loco dolenti. Post vsum horum medicamentorum res non naturales diligenter obseruari debēt, vnde causæ externæ excitantur & foueantur, ne in his excessus vel defectus committatur; Et cum etiam in liene cum turget, flatus dolores pungitiuos sæpe multumque excitent, nec facile cedant, diuidatur puluis L. in partes tres æquales, & pars vna in cereuisia calefacta sumatur, sic flatuosus humor ille cessabit ac sedabitur.

In dolore Hypochondrii dextri tensiuo & lypothymia frequenti, cum nimio hæmorrhoidum fluxu. L. S. D.

NAtura sese apud hunc euacuabat per hæmorrhoidas non quidem superflue, sed bis vel ter saltem in anno: Conquerebatur autem se post fluxum semper sensisse tensionem cum dolore aliquali circa regionem epatis, inde se nonnihil à fluxu debilitatum. Natura autem erat epaticus, quod indicabat pallor faciei, corporisque habitus mollis & subtumidus, præterea ventriculo erat frigido & humido, quod ex acidis ructibus, expuitionibus phlegmaticis, aquosis, & ex sensu frigido circa eius ventriculum apparebat; parū appetebat & comedebat; erat summus cholericus facileq; commouebatur ex leui

causa. Cum igitur aliquando supra modum excandesceret, incidit in fluxum hæmorrhoidum tam copiosum, vt frequentibus lypothymiis infestaretur, vires conciderent, & macies totius corporis sequeretur: quare nocte ad eum vocatus, cum morienti propemodum similis esset, frictiones extremitatum adhibui, & propinaui *aq. cinamomi cum syr. acetosit. citri & limonum cum pulu. marg. præpar.* ℈ j. *& gr.* ij. *musci.* Spinam autem dorsi inunxi cum *vnguento ros. mes. cui* ℈ ß. *camphoræ miscueram.* Et mox inter initia epithema sequens pulsibus & plantis pedum applicari iussi.

℞ *Aq. rosar. fragrantiß.* ℥ iij. *vini maluatici,* ℥ j. ß. *aq. virtutum cinamomi, ana* ℥ j. *aceti ros.* ℥ ij. *spec. cord. temperat.* ℥ ij. *macis,* ℥ j. *croci,* ℈ j. misce pro epithemate.

Deinde dedi haustum sequentem calidum, & vt superquiesceret iussi.

℞ *Aq. plantag. portulacæ, ana* ℥ j. *syr. de succo portulacæ,* ℥ j. *acetositatis limonum,* ℥ ß. *musci, gr.* ij. misce exacte:

Hanc potiunculam retinuit & superdormiuit per horam vnam atque alteram. Sed & podici applicui illud:

℞ *Luti puri,* ℥ ij. *boli armeni, terræ sigill. thuris, masticis, sang. drac. lap. hæmatitis, ana* ℥ j. *cretæ,* ij.

Subigantur cum *aceto rosar. & aq. rosar. & albumine oui,* deinde applicetur. Post horas quatuor cum fluxus nonnihil sisteretur, iussi ei dare scutellam

tellam iusculi carnium bubularum, cui incoctæ erant ℥ ij. *conf. ros. cum ouorum vitellis, numero* ij. *& gr. j. musci.* Hoc hausit ac dormiuit per aliquot horas, neque amplius fluorem sanguinis percepit: Quare ne circa noctem denuo fluorem sanguinis perciperet, atque inde periclitaretur, volui vt ante cœnam denuo sumeret haustum seq.

℞ *Syr. de succo acetosellæ, de succo portulacæ, anæ* ℥ j. *aq. acetosellæ, portulacæ, ana* ℥ j. ß. misce pro haustu.

In cœna vteretur ouis sorbilibus cum modico macis. Comederet & buccellam vnam atque alteram in vino maluatico infusam: Biberet cereuisiam claram, quiesceret neque se multum moueret. Postridie reuersus, cum fluxum prorsus quieuisse deprehendissem, illo die nihil amplius tentare volui, sed iussi vt in victu cibis vteretur εὐχύμοις multum nutrientibus. Inter cætera vero ptisana hordeacea cum iusculo caponum &c. Tertio die cum omnia melius se haberent, atque nullum amplius periculum metuendum esset, eiusmodi electuarium pro corroboratione virium ordinaui:

℞ *Spec. diamosch. dulc.* ℥ j. *aromat. ros.* ℥ ij. *diarhod. abb.* ℥ j ß. *electuarii resumpt.* ℥ ij. *conf. rosar.* ℥ ij. *syr. acetos. citri, de corticibus citri, ana q. s.* misce pro electuario molli.

Post octiduum cum de dolore circa orificium ventriculi conquereretur, ac de cibi fastidio, euacuaui illum pillulis:

℥ M. pill. hieræ cum agar. ℈ ij. aggregat. ℈ j. cum aq. cinamomi formentur pill. numero iij. inuoluantur pulu. masticis. Inde habuit sedes v. phlegmaticos, &c.

Postea ad orificium ventriculi vnguento tali vsus est:

℥ Ol. nucis mosch. per expressionem, ʒ j. ß. cydonior. absinthii, mastichini, ana ʒ iij. menthæ per destill. ℈ ß. anisi gutt. v. caryophyll. gutt. iij. pulu. masticis. squinanthi, ladani, nucis mosch. ana ℈ j. ceræ parum. misce pro vnguento, quo inunxit orificium ventriculi quotidie ter, & sic conualuit.

I. S. D.

In distensione Hypochondriorum cum cachexia incipiente.

A Iuuentute inordinatissime vixerat: laborabat caput, ventriculus & totum corpus vitiose nutriebatur, fœdo colore suffusum erat, membra omnia q. dissoluta languebant; summa aderat virium imbecillitas, crebra animi defectio cum difficultate respirationis, quoties corpus paulo vehementius moueret: Talis omnino erat corporis status, qualis esse solet in iis, qui cachexia aut leucophlegmatia laborare incipiunt: Causa autem horum omnium malorũ in principalioribus visceribus latebat, præcipue in naturalibus, ventriculo, epate, liene, & illis adiunctis, quorum ope totum corpus nutriri debet. Hæc enim membra habebat admodum impura, multis humoribus putridis perfusa, quorum vitio

vitio & impuritate cibus etiam purus & euchymus labefactabatur; in tanta viscerum impuritate etiam ingens aderat obstructio. Præscripsi igitur victum ἔυχυμον, attenuantem & modice calefacientem, illumq; non admodum plenum, ne vires alias imbecilliores obruerentur: Volui igitur vt abstineret à multis sorbitionibus, & ab humidis, vt quæ nimium replent, cruditates augent, & curationi admodum resistunt; iussi præcipue crapulam vitaret; si sitis premeret, arte eam falleret, vt *rob de ribes, syr. acetosæ, acetositatis citri* & similibus, cum non vera sed mendosa sitis sit. Quoad indicationes; obstructiones reserandæ, attenuandæ, incidendæ ac digerẽdæ erãt, præscripsi ergo potionem, & iussi vt eam per quatuor dies horis matutinis sumeret pro vna dosi ʒ vj. calide:

℞ *Rad. cichorii, polypodii, ana* ʒ j. *fœniculi, rubiæ, asparagi, apii, graminis, ana* ʒ iij. *ireos,* ʒ ij. *rhaponti-ci,* ʒ ß. *sem. carthami contusi,* ʒ vj. *anisi, card. bened. ana* ʒ ij. *herb. hyssopi, agrimoniæ, eupatorii, mes. cuscutæ, cap. Veneris, ceterach, chamepythyos, chamædryos, ana* m ß. *sem. endiuiæ, melonum, ana* ʒ ij. *cort. rad. cappar. tamarisci, ana* ʒ ß. *cort. mirobal. omnium fricatorum in ol. amygd. dulc. ana* ʒ iij. *vuar. passul.* ℔ ß. Decoq. in duabus partibus aq. & vnà vini ad tertias colaturæ ℞ ℔ ij. infunde *fol. senæ,* ʒ j. ß. *agar. trochisc.* ʒ iij. *rhabarb. selectiß.* ʒ ij.

Stent in loco calido per noctem, deinde leuiter ebulliant, & fortiter exprimantur, in ex-

presso dissolue: *Syr. de cichoreo cum rhabarb. cathartici, oxymellis squillitici ſ. ana* ℥ ij. ß. *oxymellis helleborati,* ℥ j. ß. mis. pro potione.

Cum hunc potũ hausisset, inde sine molestia habuit sedes v. & plures singulis diebus. Quinto tamen die sumpsi de decocto prædicto ℥ vj. & addidi *elect. diaphœnicis,* ʒ iij. *ol. anisi gutt.* j. vnde duodecies excreuit, cumque nonnihil inde debilitaretur, postridie illum quiescere volui, nihilque aliud quam ante prandium ℥ ß. *diacri* dedi: Septimo die propinaui potum seq. medietatem mane; ad ingressum lecti alteram.

℞ *Aq. agrimoniæ, cichorii, betonicæ, ana* ℥ ij. *syr. de absinthio,* ʒ ij. *oxymellis helleborati,* ℥ j. *ol. cinamomi gutt.* j. misc. Inde optime habuit.

Volui tamen vt tutus esset à recidiua seq. die pillulas sumeret:

℞ *M. pill. hieræ cum agar. cochiar. de rhabarb. ana* ϑ j. Cum aq. agrimoniæ f. pill. numero xxv. Inuoluantur *pulu. masticis*: Inde adhuc sedes vj. copiosas habuit, neque ex his debilitabatur: vt igitur viscera omnia roborarem præscripsi morsulos seq.

℞ *Spec. dialaccæ, diacurcumæ, aromat. ros. diarhod. abb. ana* ʒ j. *cornu cerui rasi,* ϑ ij. *corall. rub. præpar.* ϑ j. *ol. cinamomi gutt.* v. *sacch. albiß.* ℥ v. *diſſol. aq. agrimoniæ* f. ſ. a. conf. in morsulis.

His restitutus est. Sed post biennium ob mortem coniugis incidit in quartanam, & postea in profluuium alui, vnde mortuus est.

In Me-

In Melancholia Hypochondriaca cum distensione ac tumore lienis tanto, vt ferme scyrrhum referret.

I.S.D.

ERat habitu admodum cachochymico & corpulento & pingui; interdum ex distensione lienis flatulenta tantum cruciatum perpetiebatur, vt pene exanimaretur & suffocaretur, atque interdum non nisi erecte sedendo dormiret: Interdixi in primis crapulam, & iussi vt de ea quotidie nonnihil remitteret, inde sequentia ordinabã, quibus sic restituebatur, vt per biennium parum molestiarum amplius perciperet. Postea vero mœrore animi accedente in peiora symptomata recidit, vt per quadriennium parum sanus vitã transigeret: sequentibus tamen pharmacis magno cum fructu frequenter vsus est, fere per sexennium, quibus tandem inter mortuus est. Primo igitur illum euacuare solebam hoc modo:

℞ *Elect. diacathol. diasenæ, diaphœnicis, hamech lenitiui, ana* ʒj.ß. misce pro electuario.

Quod cum sumpsisset, semper inde habuit vj. interdum plures sedes, cum magna alleuiatione: Postea etiam potum præscripsi:

℞ *Herb. chamædryos, chamepythios, veronicæ, fumariæ, cuscutæ, lupulorum, ana* m.ß. *cort. rad. cappar. tamarisci, ana* ʒiij. *rad. rubiæ, aristoloch. rot. asari, ana* ʒj.ß. *sem. carthami contusi,* ʒiij. *epithymi,* ʒj. *fol. sennæ,* ʒj. *agar. trochisc.* ʒij. *turbith. el.* ʒj. Decoq.

in ſ.q.aq. ad tertias colaturæ. ℞ ℥ xvj. *ſyr. de ſucco card. bened. de ſcolopendria, de calamintha, ana* ℥ ij. miſce pro potione quatuor vicibus ſumenda.

Nunquam ſine inſigni fructu ſumebat hanc potionem: adiungebam tamen ſemper etiam hauſtum ſeq.

℞ *Decocti prioris,* ℥ iiij. *el. diaſenæ,* ℥ j. ß. *diaphœnicis,* ℥ ij. *hamech,* ℥ j. *ſyr. de epithymo,* ℥ j. miſce pro hauſtu.

Inde plurimum euacuabatur: Ferme autem propterea hæc præcedentia ordinabam, quod interdum corriperetur eryſipelate exulcerato in pede vtroque: Erat autem ſummus cholericus. Exterius vero ad lienem ordinabam vnguentum, poſt cuius vſum ſemper ſuperimponeret emplaſtrum:

℞ *Cort. rad. cappar. tamariſci, ana* ℥ ß. *abſinthii,* m. ß. *cymini,* ℥ iij. Bulliant ſ.a. in aceto roſaceo ad medietatem: colentur, deinde:

℞ *Mucilaginis, ſem. lini, fœnugræci,* factæ cum colatura *ana* ℥ j. *ol. chamomel. anethini, de cappar. ana* ℥ iij. *ammoniaci aceto diſſ.* ℥ ij. *ceræ q. ſ.* miſce pro vnguento:

℞ *Emplaſtri de meliloto,* ℥ j. ß. *ammoniaci aceto diſſ.* ℥ vj. *ſem. fraxini, cort. rad. capp. tamariſci, cuſcutæ, ceterach, ana* ℥ iij. *ol. de cappar. q. ſ. ceræ q. ſ.* miſce pro emplaſtro:

Interdum etiam pillulas dabam per octiduum aliquoties horis veſpertinis, numero vij.

℞ *Aloes lotæ in aq. endiuiæ,* ℥ ß. *cort. rad. capp. ta-*

mari-

mariſci, ana ℈ ß. *ammoniaci aceto ſquillit. diſſoluti,* ʒ ij. ß. *troch. de cappar.* ʒ j. *cum aq. cardui formentur pill.* de qualibet drachma numero xxj. Inuoluantur *ceterach.*

Aliquando prout ſymptomata vrgebant, nodulum ſeq. vino immergebam, inde bibebat in cœna & prandio:

℞ *Cort. rad. cappar. tamariſci, rad. filicis, diptami albi, ana* ʒ ß. *ceterach, epithymi, ana* ʒ iij. *ſem. aniſi, fraxini, card. bened. ana* ʒ ij. *cinamomi acutiß.* ʒ j. ß. *fol. ſenæ,* ʒ vj. Ex his conquaſſatis f. nodulus in ſyndone albo.

Ad animi autem defectionem & difficultatem reſpirandi, quæ à diſtenſione ventriculi flatulenta & cõpreſſione pectoris peranguſta cauſabatur, ſumpſit feliciter & ſemper cum alleuiatione ſyrupos tales:

℞ *Syr. de ſucco card. bened.* ʒ vj. *oxymellis ſ.* ʒ iiij. *aq. cinamomi,* ʒ j. ß. miſce.

Interdum hanc compoſitionem ſic mutabam: de qua ſumpſit horis matutinis ʒ iij. idque alternis diebus.

℞ *Syr. diaſereos,* ʒ ij. *cathartici,* ʒ iiij. *de calamintha,* ʒ ij. ß. *oxymellis helleb.* ʒ iij. *aq. card. bened. cinamomi, ana* ʒ vj. miſce.

Interdum etiam ordinabam hunc puluerem, quem mire extulit, ſumpſit autem ʒ j. vel alternis vel etiam ternis diebus in cereuiſia calida horis matutinis.

℞ *Spec. aromat. roſ.* ʒ j. *latificantis Gal.* ʒ j. ß. *ceterach,*

terach, veronicæ, chamædryos veri, ana ℈ j. *rad. polypodii, cichorii, ana* ℈ ij. *sem. aniſi, cymini, fœniculi, card. bened. ana* ʒ j. *melonum,* ℈ ij. *trochiſc. de cappar.* ʒ j. ß. *pulu. ſenæ ſ.* ʒ j. miſce pro tragæa.

Hanc tragæam poſtea ſic mutabam, cum & ſymptomata fierent grauiora.

℥ *Spec. dialaccæ, diacurcumæ, ana* ʒ ß. *rad. cappar. tamariſci, ſem. agni caſti, ana* ℈ j. *rutæ, naſturtii, ana* ℈ ß. *rad. ariſtolochiæ rot.* ʒ ß. *ſcolopendriæ, chamædrios, gratiolæ, ana* ʒ ß. *card. bened.* ℈ ij. *trochiſc. de cappar.* ʒ j. ß. *pulu. ſenæ ſ.* ʒ vj. miſce pro tragæa.

Sacculum etiam ad regionem renum poſt inunctionem vnguenti applicandum prius in aq. calida calefactum & expreſſum ordinabam:

℥ *Herb. maluæ, althææ, betonicæ, ſummit. anethi, ana* m. j. *lupulorum,* m. j. ß. *fol. chamomeli,* m. ij. f. ex his inciſis ſacculus.

Interdum nuda folia betæ in ſacculo calido ſuperpoſui etiam cum fructu. Decoctum etiam tale aliquando propinaui:

℥ *Rad. ſarſæparillæ,* ʒ ij. ß. *cort. rad. cappar.* ʒ j. *tamariſci,* ʒ ß. *ceterach. cuſcutæ, ana* m. ß. *epithymi, ſcolopendriæ, ana* ʒ j. ß. *vuar. paſſul.* ʒ iij. Infundantur aquis cuſcutæ, *card. bened. ana* ℔ iiij. *meliſſæ* ℔ ij.

Stent in infuſione horis 24. deinde bulliant in duplici vaſe optime munito ad caſum mediocratis, colatura detur in fictili: doſis erat ſingulis horis matutinis ʒ vj. ℥. Remanentias prioris decocti, quibus adde: *Sarſæparillæ,* ʒ ß. *vuar. paſſul.*

ful. ℥ vj. *conf. boraginis*, ℥ iij. Affunde aq. feruentis ℔.xij. Iterum coque ad tertias. Inde adde: *Vini albi opt.* ℔ iij.

Bulliant vnica ebullitione, colentur, & colatura detur in fictili pro potione in pasta sumenda, &c.

In Melancholia Hypochondriaca cum renum calculo. I. S. D.

CVm de multis conquereretur, tandem obseruabam nihil morbi esse præter hypochondriacam affectionem, cum qua coniunctus erat renum calculus: Qui morbi iam in ipso erant confirmati, cum esset iam annorum 50. quæ ætas valde his morbis opportuna est. Erat autem ipse habitu corporis gracili, adusto & melancholico: Causabatur autem hæc affectio à bile retorrida, quæ sensim ac multo tempore circa præcordia cumulata erat, & quam neque per vomitum neque per secessum tempestiue expurgauerat. Inde autem ventriculi coctio ita offendebatur, vt maximam partem eorum, quæ ingerebantur, verteret in flatus, qui distensione & luctu illum plurimum affligebant. Cumque ex humore illo retorrido & adusto similis vapor cerebrum feriret, mœstitiam, metum, ac terriculamenta varia mouebat; communicatus autem idem vapor vniuerso corpori multos & varios dolores mouebat, non quidem durantes ac perpetuos, sed per interualla recurrentes, & mox desinen-

desinentes. Ad hæc mala accedebat calculus renum. Præscripsi primo victus rationem exquisitam: Vinum biberet ὀλιγόφορον, idque dilueret *aqua buglossæ, boraginis, acetosæ, decocto hordei*, interdum biberet *decoctum hordei cum passulis & modico mastichis*, interdum vteretur *solo decocto passularum aut cerasorum cum radicibus buglossæ aut graminis*: Volui sorbitionibus multis vteretur, præsertim ex carnibus bubulis, caponum & pullorum, quemadmodum etiam hordei cremore & ptisana. Quoad pharmaca, volui vt primo omnium humores hoc decocto prius contemperarentur, digererentur & ad expulsionem præpararentur, sed antea aluum hoc clystere eluendam censui.

℞ *Herb. althææ, maluæ, violariæ, Mercurialis, parietariæ, chamomel. meliloti, anethi, origani, absinthii, ana* m.j. *rad. cichorii, polypodii, ana* ʒj. *sem. anisi, lini, ana* ʒß. *furfurum in petia ligatorum*, m.j. Decoq. s.a. colaturæ ℞ ℔b.j. *elect. diacathol.* ʒj. *hieræ s.* ʒij. *mellis ros. anthosathi, ana* ʒj. *ol. chamomel. violar. anethini, ana* ʒj. misce.

℞ *Rad. buglossæ, boraginis, polypodii, cichorii, ana* ʒvj. *pimpinellæ, rhapontici, rubiæ, graminis, acetosæ, ana* ʒiij. *herb. cuscutæ, cap. Veneris, ceterach, endiuiæ, melissæ, chamæpithyos, lupulorum, ana* m. ß. *flor. & fruct. cord.* m.j. *sem.* iiij. *frig. maior.* ʒj. *epithymi*, m.ß. *tamarindorum*, ʒij. *prun. vngar. numero* xij. Decoq. in s.q. seri lactis caprini ad tertias, colaturæ, ℞ ℔b.j.ß. *syr. de cichoreo cum rhabarb. de succo*

buglos

bugloss. de scolopendria, ana ℥ iij. misce pro potione 5. vicibus sumenda.

Post vsum huius decocti purgaui eum hoc modo:

℞ *Decocti prioris,* ℥ iiij. Infunde: *epithymi,* ℥ j. *rhabarb. selectiss.* ʒ iiij. *trochisc. de agar.* ʒ ij. *fol. sennæ,* ℥ ß. *spicæ gr. v. cinamomi acutiss.* ℥ ß.

Stent in infusione per noctem, mane post leuem ebullitionem colentur. In colatura dissol. *Mannæ el.* ℥ j. *diasennæ,* ℥ ij. misce pro hausto.

Inde optime habuit: Remiserunt enim symptomata pleraque. Cumque abundaret sanguine aduſto, volui vt euentandi caloris causa venam mediam brachii dextri aperiret: Erat autem mense Iunio. Post venæ sectionem volui, vt adhuc per 14. dies continuaret syrupos sequentes, ac de his sumeret alternis diebus ℥ ij. *cum decocto hordei passulato,* ℥ iiij.

℞ *Syr. de cichor. cum rhabarb.* ℥ vj. *de epithymo, de succo bugloss æ, de scolopendria, ana* ℥ iij. *de calamintha,* ℥ ij. *extr. cardui bened.* ℥ ß. *scabiosæ,* ʒ j. misce exacte.

Hoc cum feciſſet, & corpus ita blande purgatum esset, iussi, vt de sequenti condito sumeret quotidie mane & ad ingressum lecti ad magnitudinem iuglandis:

℞ *Spec. lætificantis rhasis,* ℥ ij. *rosatæ nouellæ, diarhod. abb. ana* ℥ j. *raſuræ eboris, cornu cerui, corall. rub. præpar. ana* ʒ ij. *margar. præpar.* ß. *conſ. bugloss. violar. ana* ℥ j. *syr. de cort. citri, q. ſ.* misce ℞ electuario.

Post

Post caniculares etiam volui, cum iam symptomata omnia essent mitiora, ac pene euanuissent, vt vteretur balneis aq. dulcis, in qua decoctæ essent herbæ emollientes, & suauiter calefacientes & humectantes, in quibus ieiunus diu sederet, eaque circa dies decem vel etiam plures continuaret; essent autem eo tempore, vt neque sudorem neq; calorem manifestum excitarent, neque corpus exagitarent, sed duntaxat humectarent. Interea vteretur quotidianis corporis frictionibus & tum inprimis, cum accessiones forte ingruerent vel etiam vrgerent. Tandem vt etiam à calculo eum præseruarem, dedi pillulas seq. quibus singulis mensibus vteretur.

℞ *M. pill. hieræ s. magistralium aggregat. ana* ʒ j. *cum aq. cardui.* f. pill. numero xxv. deaurentur.

His etiam curatus & præseruatus est.

I. S. D.

In tumore & dolore circa fundum ventriculi in Hypochondria vtrinque diffuso, atque distensione flatulenta abdominis, & febri pro fœmina quadam.

CONquerebatur hæc tempore pestis populariter grassantis de dolore ventriculi diuturno, qui æstate quam hyeme multo crebrior esset, & grauior, eamq; tunc vehementius cum calore febrili affligeret, quã antea vnquam. Ego vt causam huius mali exactius inuestigarem, regionẽ ventriculi manu attrecto, & reperio contactu ingentem duritiem vtrinq; in hypochondria

dria diffusam: Etsi autem suspicio statim suboriebatur de concreto sanguine putrescente extra venas elapso, in illisque locis congesto, eo quod referebat se ferme per integrum biennium fluxum mensium non habuisse, cum tamen multo sanguine abundarit: Tamen nihil certi constituere poteram, priusquam primo purgationem instituissem. Quare vt materia concreta circa illas partes nonnihil emolliretur, emplastrum de Meliloto per biduum imposui, quod cum factum esset, etsi dolor inde nonnihil mitigaretur, ac tumor appareret mollior; tamen inde prorsus discuti non poterat. Quare clysterem ordinaui ante cœnam supponendum:

℞ *Herb. althæa, maluæ, parietariæ, atriplicis, brancæ vrsinæ, violariæ, centaurii min. flor. chamomeli, summit. anethi, ana* m.j. *rad. polypodii, cichorii, ana* ℥j. *furfurum,* m.j. *Decoq. s.a. Colaturæ* ℞ lb.j. *elect. diacathol.* ℥vj. *lenitiui,* ℥v. *mellis ros. ol. violacei, chamomelini, anethini, ana* ℥j. *salis,* ℥ij. misce pro enemate.

Hic clyster nihil præterquam σκύβαλα eduxit, cum materia viscosa aliquali, quod vltra semiquadrantem horæ non retinuisset. Postridie hausturn sequentem propinaui.

℞ *Rad. polypodii, cichorii, ana* ℥ij. *sem. anisi,* ℥ß. *flor. & fruct. card.* m ß. *fol. sennæ,* ℥iij. *Decoq. s.a. in s. q. aq. Colaturæ* ℞ ℥iij. *in quibus dissolue: Mannæ el.* ℥j. *pulu. rhabarb.* ℥j. *spicæ gr.* iij. *ol. cinamomi* ℨutt.j. misce.

Hunc hauſtum cum ſumpſiſſet, deiecit primo craſſa inſtar picis, inde liquidiora colore ſubatro, poſtremo rubea multa craſſiori & fœculento ſanguini ſimilia, idque ferme per triduum. Quæ cum conſideraſſem, ſtatim ſuſpicabar non eſſe deiectiones melancholicas, ſed ex aduſto & retorrido ſanguine, qui ab exeſa & aperta vena in epatis caua aut in Pancreas vitium excidiſſet, qui extra venas concretus putreſcens inferebat ſymptomata illa omnia, puta tumorem, dolorem, animi defectionem & febrim. Neque profecto alia cauſa horum ſymptomatum etiam diligenter inueſtiganti apparuit vlla, quod inde manifeſtabatur, cum euacuato & purgato ſanguine illo retorrido & præaſſato ſenſim dolores quieſcere, neque amplius ſe torqueri, patiens fatebatur. Proinde ne malum recurreret, pro præſeruatione & curatione primo victus rationem præſcripſi, cumque conſtanter prognoſticaſſem, niſi præcaueret, aut præcipitem interitum aut hydropem imminere, ita curationem inſtitui: Primo venam mediam brachij dextri poſt illam corporis purgationem aperui, & ℥ v. ſanguinis extraxi. Poſtridie cum denuo propinaſſem *rhabarb.* ℥ j. *cum conſer. roſar.* ℥ j. & cum aliis excrementis adhuc permiſta cruenta vidiſſem, ſequenti die venam internam pedis dextri aperui, è qua copioſe ſanguinem emanare volui, donec ſponte ſiſteretur; & poſtea vt corroborarctur, elect. præſcripſi, de

quo

quo sumeret quotidie ante prandium & cœnam ad magnitudinem nucis iuglandis.

℞ *Spec. aromat. ros.* ʒ j. ß. *diarhod. abb.* ʒ ij. *diatrion santal.* ʒ j. *pulu. corall. rub. præpar.* ʒ j. *margar. præpar.* ʒ ß. *conf. rosar.* ʒ j. ß. *brodii lactucæ Hispanicæ, rob. de ribes, ana q. s.* misce pro electuario molli.

Hoc cum feciſſet, ita reſtituta fuit, vt nihil vel tumoris vel doloris perſentiret amplius: Sed cum biliosa eſſet, atque ægre ab excandeſcentia & ira abſtinere poſſet, poſt mẽſem cum ira atrocius incanduiſſet, mox cœpit nouis, atque fere ſimilibus doloribus torqueri: Cum igitur, qui tum peregre aberam poſt quatriduum reuerſus denuo vocatus adueniſſem, ſtatim potiunculam purgantem priorem propinaui, tum rurſus deiecit nigra & exuſto ſanguini ſimilia, quibus deſinentibus dolores etiam remiſerunt & cõquieuerunt. Vnde euidens & manifeſta erat cauſæ cognitio dolorẽ inferentis; & compertum pro certo, ſanguinem è vena quapiam ſenſim quidem, ſed per æſtus præſertim aut vehementes animi corporiſque perturbationes excidere, qui certo loco congeſtus concreſcens & putreſcens & ſua maligna ſubſtantia & vapore illo maligno, eſſe omnium illorũ ſymptomatum antedictorum cauſam, cui cauſæ etiam multi flatus in varias corporis partes effuſi permiſcerentur, poſt deiectionem ergo ordinabam, vt per triduum ſumeret de potione infraſcripta ante prandium ʒ v.

℞ *Aq. portulacæ, acetosæ, ana* ℥ iij. *syr. de succo portulacæ,* ℥ iij. *endiuiæ,* ℥ ij. misce.

Deinde ordinabam elect. seq. de quo iussi sumeret quotidie ante prandium ad magnitudinem castaneæ.

℞ *Conf. rosar.* ℥ j. *spec. diarhod. diatrion, santal. ana* ℥ j. *pulu. corall. rub. præpar. margar. præp. cornu cerui vsti. boli armeni, ana* ℈ ij. *gummi arab.* ℈ j. misce pro electuario.

Cum sic denuo curata esset, pro præseruatione dixi, vt quotannis bis, vere sc. & autumno præmissa prius purgatione admitteret venæ sectionem in pede dextro interiore, nisi menstrua debite fluerent, præsertim si malum recurrere vellet, vel aliquid doloris circa locum affectum persentisceret, ab ira autem inprimis abstineret: Quod cum feciſſet, nunquam ab eo tempore affectus rediit.

I. S. D.

Inflatibus Hypochondriacis doloribus Nephriticis & Dysuria:

HÆc cum aliquando affatim hausisset potum glacie frigefactum in magno æstu, in intensissimos dolores nephriticos & colicos incidit, vt quid ageret nesciret, suppressa erat etiam vrina & aluus constipata: Quare continuo clysterem ordinaui.

℞ *Herb. althææ, maluæ, Mercurialis, violariæ, lineriæ, flor. chamomeli, meliloti, ana* m. j. *parietariæ,* m. ij. *chamædryos, chamæpithyos, centaurii min. betonicæ,*

tonicæ, saxifragiæ, summit. anethi. ana m. ß. *sem. aniſi, fœniculi, carui, ana* ʒ ij. *bacc. lauri,* ʒ iij. *rad. althææ,* ʒ j. *liquiritiæ, cichorii, ana* ʒ ß. *acori, aſari, ana* ʒ iij. *ſem. milii* ⊙ ʒ ß. *Sebeſten, numero* viiij. *prun. vngar. numero* vij. *furf. in petia ligatorum,* m. j. *Decoq. in ſ. q. aq. ad tertias colaturæ.* ℥ ℔. j. *el. diaphœnic.* ʒ vj. *bened. laxat.* ʒ ß. *hieræ ſ.* ʒ ij. *ol. chamomel. anethini, lil. alb. ana* ʒ j. *ſacch. rub.* ʒ vj. miſce.

Deinde iuſſi inungeret abdomen & circa pubem & regionem renum oleo ſeq.

℥ *Ol. chamomel. anethini, amygd. dulc. verbaſci, lil. alb. ana* ʒ iij. *ſcorpionum,* ʒ vj. *laurini,* ʒ j. miſce.

Herbas deinde ad inſeſſum, quem inprimis expetebat, ordinaui.

℥ *Herb. cum rad. althææ, maluæ, ana* m. v. *chamædryos, brancæ, vrſinæ, lineriæ, betonicæ, fragariæ, chamædryos, ſaxifragiæ, atriplicis, ana* m. iij. *parietariæ,* m. vj. *flor. chamomeli,* m. viij. *meliloti,* m. iij. *verbaſci,* m ij. *lupulorum,* m. j. ß. Coq. inciſa in ſ. q. aq. ad inſeſſum, ac per ſe tepefiat.

Hic inſeſſus mire profuit, quo multoties vſa eſt. Ordinaui etiam facculum, quem ex aq. feruente calefactum & expreſſum poſt inunctionem imponeret:

℥ *Herb. althææ, maluæ, ana* m. j. ß. *Mercurialis, violariæ, origani, calamenthi, betonicæ, lineriæ, chamædryos, fragariæ, brancæ, vrſinæ, ana* m. j. *parietariæ,* m. iij. *ſummit. anethi,* m. ß. *flor. chamomeli,* m. ij. *meliloti, verbaſci, ana* m. ß. *fœnugræci,* ʒ ß. *ſem. aniſi,* ʒ iij. *fœniculi,* ʒ j. ß.

Ex his inciſis & contuſis f. ſacculus interpaſſatus in panno lineo.

Deinde ad dolores nephriticos emplaſtrum ordinaui eiuſmodi:

℞ *Pulu. flor. chamomeli,* ℥ vj. *meliloti,* ℥ ij. *ſem. lini,* ℥ iij. *fœnugræci,* ℥ ij. *althæa, maluæ, ana* ℥ j. ß. *farinæ fabar. hordei, ana* ℥ iij. *rad. althæa,* ℥ ß. *ſurfurum,* m. ß. *ping. Gall.* ℥ iij. *taxi,* ℥ v. *amygd. dulc. q. ſ.* Miſce pro cataplaſmate, quod mire dolores ſedauit; cumque poſt vſum cataplaſmatis, quod ſemper calidum applicabatur ex illius iuſſu, calor renum nonnihil augeretur, vnguentum ordinaui ſequens, quo renes per interualla inungerentur.

℞ *Vnguenti roſ. meſ.* ℥ j. *populeon.* ℥ iij. *ol. nymphæa, violar. ana* ℥ ij. *camphoræ gr.* v. *Spec. ceroti, ſantal.* ℥ i. ℈. *ceræ parum.* miſce pro vnguento.

Ante inſeſſum vero, præſertim cum enema ter eſſet applicatum, ſumpſit hunc hauſtum:

℞ *Aq. alkakengi, petroſelini, ana* ℥ ij. *ſyr. de ſucco parietariæ,* ℥ j. ß. *ol. cinamomi gutt.* j. miſce pro hauſtu.

Cumque vomitus etiam debilitaſſet ventriculum, atque compreſſiones ſentirentur orificii ex flatulentis diſtenſionibus, inunxit regionem ventriculi hoc vnguento:

℞ *Ol. nucis moſch.* ℥ iij. *ol. cinamomi,* ♃ ß. *aniſi gutt.* v. miſce exacte.

Poſt inunctionem vero ſacculum appoſuit:

℞ *Herb. Menthæ,* m. j. *abſinthii, betonicæ, agrimoniæ, flor.*

niæ, flor. roſ. rub. ana m. ß. *rad. galangæ,* ℥ j. ß. *calami odorati,* ℥ ij. *ireos,* ℥ ß. *ſem. coriandri,* ℥ iij. *aniſi,* ℥ ij. *cymini,* ℥ j. ß. *nucis moſch. macis, cinamomi. caryophyll. maſticis, ana* ℥ j. *ſpicæ nardi,* ℥ ß. Ex his inciſis & contuſis f. ſacculus ſtomachalis interpaſſatus cum ſyndone rubeo.

Poſtea pillulas ordinaui de quibus ſumpſit duabus horis ante prandium, numero xiij. alternis ſaltem diebus.

℞ *M. pill. hieræ cum agar.* ℥ j. *cochiar. aggregat. ana* ℥ ß. *cum aq. betonicæ formentur pill.* numero 52. deaurentur in ſuperficie.

Morſulos etiam præſcripſi, de quibus quotidie ſumeret vnum:

℞ *Spec. aromat. roſ.* ℥ j. *diarhod. abb.* ℥ j. ß. *zedoariæ, cardamomi, zinzib. galangæ, caryophyll. macis. ana* ℈ j. *ol. cinamomi gutt.* v j. *ſacch. albiſſ.* ℥ v. Diſſol. in aq. cardui q. ſ. f. conf. in morſulis.

Vt vero materia calculi non colligeretur in copia, pro præſeruatione ordinaui nodulum vino immergendum, de quo frequenter bibere aſſueuit hauſtum vnum & alterum:

℞ *Rad. ononidis,* ℥ vj. *graminis,* ℥ ß. *diptami albi,* ℥ ij. *cinamomi acutiſſ.* ℥ j. ß. *galangæ* ℥ ß. Ex his inciſis & contuſis f. nodulus in ſyndone albo, qui iiij. menſuris vini rhenani immergatur.

Deinde alterum nodum iuſſit denuo parari, de quo antea multoties bibere conſueuerat:

℞ *Rad. ireos,* ℥ j. ß. *graminis,* ℥ ij. *apii,* ℥ i. *rhabarb. ſelect.* ℥ iij. *fol. ſenæ,* ℥ v j. *cinamomi acutiſſ.* ℈ iiij.

galangæ, ℥ ß. Ex his incisis & contusis f. nodulus, vj. mensuris vini immergendus.

Hunc nodulum mirifice prædicat, quod flatus discutiat, aluumque emolliat. Ad regionem lienis cum sit splenetica & flatibus hypochondriacis valde obnoxia, emplastrum sequens applicare solet maximo cum fructu, quod in frequente vsu habet:

℞ *Empl. de meliloto*, ℥ vj. *ammoniaci aceto diss.* ℥ ij. *pulu. rad. capp. tamarisci, sem. fraxini, cuscutæ, ceterach. ana* ℈ ij. *ol. de capp. q. s. anethini*, ℥ iij. *ceræ q. s.* misce pro ceroto extendatur, obducatur syndone.

F. H. D.

Pro quodam in Melancholia Hypochondriaca.

LIene obstructo, venisque mesaraicis chylo liberum ad epar transitum prohibentibus, chylus ad ventriculum regurgitat, aut flatus saltem orificium illius distendunt, hypochondria replentur, vnde melancholia hypochondriaca siue flatulenta, quam myrachiam dixerunt Arabes, generatur, in qua plerumque ventriculus est languidus, epar calidum, caput catarrhosum, signa autem affectionis huius sunt: Distensio oris ventriculi; ructus acidi, flatus & rugitus circa vmbilicum: dolores hypochondriaci: oris ac faucium amaritudo: ventris adstrictio: feruor oris ventriculi, flauæ bilis ebullitio: distensio membranarũ diaphragmatis: lassitudo in spina dorsi

dorsi vlcerosa: compressio pectoris cum difficultate anhelitus: Palpitatio & tremor cordis, dolor capitis, scotomia: timor in somno; metus inanis: vertigines: tinnitus & sibilus aurium: horripilationes: Hic autem patiens sic curatus est:

℞ *Herb. maluæ, bismaluæ, brancæ vrs. violariæ, Mercurialis, ana* m. j. *betonicæ, hyssopi, ana* m. ß. *rad. cichorii, ireos, althææ, ana* ʒ ß. *sem. anisi,* ʒ ij. *card. bened.* ʒ j. ß. *fœniculi,* ʒ j. *lini, fœnugraci, ana* ʒ ij. f. Decoctio in s. q. aq. ad tertias colaturæ. ℞ ℔. j. in qua dissolue: *El. diaphœnicis, hieræ picræ, ana* ʒ j ß. *diacathol.* ʒ iij. *ol. violarum, chamomel. ana* ʒ j. *rutacei,* ʒ ij. *sacch. Thomæ,* ʒ vj. *salis* ϑ j. misce pro enemate, &c.

℞ *M. pill. de hiera cum agar. de aloe lota, stomachisc. aggregat. ana* ϑ ß. Cum aq. betonicæ q. s. f. pill. numero xx.

℞ *Rad. polypodii, cichorii, ana* ʒ j. *herb. ceterach. scabiosæ, fumiterræ, ana p.* ß. *sem. anisi,* ϑ j. *epithymi,* ʒ j. *fol. senæ,* ʒ iij. *rhabarb. el.* ϑ ij. *agar. trochisc.* ϑ j. *cinamomi el.* ϑ ß. *spicæ. Ind. gr.* iij. *flor. cichorii, p.* ß. Conquassata infundantur in brodio pulli, stent in infusione per noctem: Mane calefiant, colentur: In colatura dissolue: *Mannæ calabr.* ʒ j. misce pro hausstu solutiuo.

℞ Conf. *Sem. anisi,* ʒ j. *fœniculi,* ʒ ß. *sem. cymini, carui, ana in vino macerat. card. bened. ana* ϑ j. *cort. citri sicc. cinamomi, diptami albi, ana* ʒ ß. *calami aromat. galangæ, zedoariæ, oculor. lucior. ana* ϑ j. *oculor.*

cancror. ℈ ß. *ol. aniſi, gutt.* iij. miſce f. puluis ad diſcutiendos flatus.

℔ *Extract. aromat. roſ.* ℈ j. *ligni aloes,* ℈ ß. *liquiritiæ, gr.* v. *ſacch. albiſſ.* ℥ iiij. ß. *diſſol. aq. roſar. affuſis ol. aniſi gutt.* ij f. conf. in rotulis.

℔ *Sem. coriandri præp.* ℥ vj. *fœniculi, aniſi, cinamomi, ana* ℥ j. ß. *galangæ, pæoniæ, liquiritiæ ana* ℈ j. *ſacch. roſati* tabulati ad pondus omnium, detur puluis pro concluſione ſtomachi.

℔ *Ol. de abſinthio,* ℥ iiij. *ſummit. abſinthii, p.* j. *menthæ criſpæ, p.* ß. *galangæ,* ℈ ij. *cort. citri, ſantali citr. ligni aloes, ana* ℥ ß. *maſticis,* ℈ ij. *macis, roſar. rub. ana* ℈ ß. *vini odorati,* ℥ ij. Coq. cum vini odorati ℥ ij. ad vini conſumptionem, inſolentur vel ſuper fornacem ponantur, poſtea excolatis ſpeciebus craſſioribus adde: *Ol. deſtillati aniſi gutt.* iij. *maſticis gutt.* ij. miſce pro vngendo ventriculo.

℔ *Herb. Menthæ criſpæ, agrimoniæ, ſerpilli, ana* m. j. *pulegii, abſinthii, rutæ, flor. chamomeli, roſar. rub. ana* m. ß. *calami aromat. galangæ, ana* ℥ ij. ß. *cort. citri, arant. ana* ℥ ij. *fol. lauri,* ℥ vj. *bacc. lauri,* ℥ j. ß. *ſem. aniſi,* ℥ ij. *anethi, fœniculi, cymini, ana* ℥ j. *nucis moſch. num.* j. Ex conquaſſatis f. facculus ſtomachicus.

℔ *Herb. verbenæ, betonicæ, euphragiæ, ana p.* ij. *ſtechadis arab. chamomillæ Ital. flor. pæoniæ, ana. p.* j *agarici albi,* ℥ j. *rad. aſari,* ℥ ij. Conquaſſata dentur in carta pro lixiuio capitis.

C.H.D.

In Melancholia Hypochondriaca.

HIc morbus noſtra hac tempeſtate multi hominibus communis eſt, ita vt ferme in ter ſpo

er sporades numerari queat, quæ passim in vulgus grassantur; vt nesciant homines, vndenam hæc tam sæua prodeant symptomata, an is morbus à malis inferatur, an in corpore humano semina quædam habeat vnde procreetur: multi non raro mirantur cum metu & mœrore, quod tam varia & multiplicia patiuntur symptomata, alios autem hoc ipsum sollicitat, quod hic morbus vnum aliter infestat, quam alium, nec iisdem, in omnibus, signis cognoscitur; etsi in pleraisque præcipua concurrunt symptomata. Dicitur autem hic morbus à Medicis melancholia flatuosa & hypochondriaca, ab atra bile pituitæ mixtæ, quæ in hypochondriis, id est, in costis illis breuioribus potissimum continetur, & illic cum rugitu & compressione quadam sese exerit. Hoc morbo illi tenentur potiss. qui à natura ad atrum & grauem sanguinem inclinant, & qui semper profundis indulgent cogitationibus, & quod de illo *Homerus* dixit:

Qui miser in campis mœrens errabat eleis
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Causa autem huius morbi hæc est: Inter ventriculum epar ac lienem sunt quædam venæ, quas dicunt mesaraicas, quarum munus est, chylum in ventriculo præparatum recipere, & optimum illius succum ad epar deferre, vt ibi sanguificatio fiat ad nutrienda singula membra: In his venis sæpenumero grauis succus detinetur, qui atra bilis appellatur, estque is succus melancholicus,

quo

quo venæ illæ adeo obstruuntur, ne chylus in ventriculo à cibo & potu elaboratus ad epar transire possit: Inde cibus vel chylus ille in ventriculo plus iusto detinetur, & cum hoc tempore rebus sic stantibus, ventriculus sit debilis & frigidus, facile hic chylus in pituitam conuertitur, vnde flatus exoriuntur, cum aquositate multa, quæ in coctione laudabili absumi debebat: Hæc prima est causa frequẽtis eructationis cuomitionis & ructuum acidorũ, ita vt quis admiretur, vnde tot humiditates superfluę exeant, & erumpãt: Cum enim incoctionis & cruditatũ in vẽtriculo nullus sit finis (quẽadmodum hæc ipsa patiẽs retulit, post crudum & malum cibum semper ructus remanere acidos, id quod certissimum est signum ventriculi debiliter concoquentis) & cum ab obstructione dictarum venarum transitus chyli ad epar impediatur, nullus etiam ructuum, acidorum est finis: Hoc autem omnium maxime est molestissimum, quod in ipsis obstructis venis succus melancholicus pituitæ mixtus, quasi ebullit, quemadmodum mustum in vindemiis, vnde multi flatus excitantur & regurgitatio fit primo ad superiora intestina, quæ quasi inflantur & distenduntur, veluti si quis chordis vel funibus extendatur, postea ventriculus & vsque adeo totum corpus præcipue autem hypochondriaca vẽtositatibus replentur, quæ in immensum augentur, adhæc cõcurrit epar ac lien, quæ hæc mala firmãt augent,

qui

que ſua intemperie, vt ſemper perpetuus illic, ſic, rugitus, ructus, compreſſio, cum maximis eructationibus & manifeſtis regurgitationibus flatuum ac ventoſitatum, & euomitionibus pituitoſis, & ſic venti qui nuſquam liberum habent exitum, tandem cum vomitu eiiciuntur, nam ſi diutius circa ventriculum detinerentur, non tantum illic dolores excitarent, qui vſque ad dorſum protenduntur, verũ etiam permeant totum corpus vſque ad cutis ſuperficiem, & ſic in brachiis & cruribus intolerabiles excitant cruciatus, & cum illic difflari ac penetrare nequeant, circa præcordia & cor ipſum anguſtantur, & illic non raro lypothymias concitant; ab his igitur eructationibus circa ventriculum perceptis, cibus illic corrumpitur, ſic vt non modo cibus & potus in pituitam abeant, verumetiam illic cum pituita miſcetur bilis flaua, & humor acidus, & prout maior vtriuſque eſt copia, ſic ructus vel bilioſi vel acidi frequentius percipiuntur; hinc à pituita ructus eſt inſipidus, à bile flaua ructus eſt amarus, ab atra eſt acidus, acerbus: In hac autem patiente ructus plerumque q. à calce, propter caliditatem & eructationem ſtomachi; cum enim fit ebullitio, & flatus calidi excitantur circa orificium ventriculi veluti incendia fiunt, cum ſcabritie cutis & q. lypothymia, quanquam externa membra in hoc affectu frigeant, vt multis tunc indumẽtis indigeant, propter hanc cauſam aromata huic patienti non

confe-

conferunt, cum calorem augeant & flatus acerbiores reddant; etsi autem perpetua est in ore humiditas, sæpe enim in ventriculo detinetur acerba, amara & acida humiditas pituitæ mixta, vt sæpe in vomitu collum & palatum & fauces excorientur: Sæpe etiam flatus in tantum orificium ventriculi & pectus vellicant, vt quis putet gulam sibi veluti adstringi & angustiorem fieri, vt etiam hoc pacto deglutitio nō raro impediatur, ac tanta illic est compressio, quasi aliquid in gula hæreat, sic vt etiam lingua angustetur ac difficulter moueatur: Quin etiam flatus interdum ac ructus tam crebri ac potentes sunt, vt cor quasi constringant, vnde palpitationes illic frequenter sentiuntur, nonnunquam etiam respiratio intercipitur, & adest quasi suffocatio. Apud aliquos id etiam accidit, vt ante cibum mediocriter hic morbus quiescat, & quasi suas inducias habeat, post cibū vero præsertim crudiorem & incoctum, paroxysmus redit cum fœnore. In hac autem præsente patiente fit contrarium; status enim & ructus hic abundant, & compressiones admodum validæ sunt & violentæ, & quamuis flatus primam à cibo vtcunque comprimuntur, vt illa melius se habere putet; tamen cum cibus à ventriculo constringitur, flatuum statim maior fit regurgitatio, non tantum in ventriculo, verum etiam in hypochondriis à liene & iecore: Melius autem habet post regurgitationem & eructationē flatuum, &

quan-

quando etiam per inteſtina flatus exeunt; alias in hypochondriis mirabiles etiam ſunt rugitus, qui cum dolore pungitiuo ſuperiora petunt, quaſi anhelitum intercipiant, ſed ſtatim dolores iſti ceſſant; hactenus dictum eſt, quid flatus in inferiore ventre excitent, ſequitur, quanta in hoc morbo capitis fiat perturbatio, ab eleuatis vaporibus, ventriculo propter cruditates ſemper hiante ac fluctuante, aſcendunt enim in caput ab amara, acida & acerba bile flatus fumoſi & calidi, qui cerebrum exſiccant, corrugant, ac diſtendunt, piam ac duram matrem, vt quis putet, cerebrum & naſum q. corrugari, adſunt etiam dolores capitis inſignes, venæ oculorum replentur ac diſtenduntur à flatibus, & facies intumeſcit; hinc caput inquietũ redditur, & q. vertiginoſum, vnde ſonitus & ſtrepitus & clangor aurium, oculi caligant, & q. per nebulam cernunt, & ſemper vertigines imminent. Quando autẽ effumationes magnæ ac frequentes fiunt, & flatus in magna copia eleuantur, fit anguſtia circa præcordia, & à venenatis illis halitibus pectus anguſtius redditur, fiunt palpitationes ac tremores cordis, lypothymiæ etiam, & quædam quaſi vellicationes in brachiis ac tibiis, vt quis neſciat vbi ſiſtere detur, & patientes inſtar mortuorum immobiles iacent, veluti iam iam ex vita abituri. Hinc mœror ille ac metus inanis, terrores & conſternationes ſubitæ in ſomno, terribilia ſomniorũ phantaſmata ac terriculamenta

de cœ-

de cœdibus & mactationibus hominum, de casu ac ruina ab alto, vnde terror magnus eos occupat, hinc tremor & suspiria, vt inde euigilare cogantur. Et cum atra bilis sit frigida, hinc horripilationes frequentes sentiunt, & rigorem extremitatum, vt pellibus sese tegere cogantur, sæpe etiam angustia & compressio orificii ventriculi sudorem mouet frigidum.

Cura. Primo fiat euacuatio:

℞ *Rad. polypodii, cichorii, ana* ℥ j. *herb. ceterach, scabiosæ, fumiterræ, aña p.* j. *sem. anisi,* ℈ j. *epithymi,* ℈ j. *fol. sennæ,* ℥ iij. *rhabarb. el.* ℈ ij. *agar. trochisc.* ℈ j. *cinamomi el.* ℈ ß. *spicæ Ind. gr.* iij *flor. cichorii, p.* ß. Coq. infundantur in s.q. brodii pulli: stent in infusione per noctem; mane calefiant, colentur, colaturæ adde: *Mannæ el.* ℥ j. misce pro hausto.

℞ *Cassiæ conditæ,* ℥ vj.

℞ *M. pill. de hiera cum agar. de aloe lota stomachicarum, aggregat. ana* ℈ ß. *cum aq. betonicæ q.s. f.* pill. numero 20.

℞ *Pulu. stomach. grossi,* ℥ iiij.

℞ *Conf. sem. anisi,* ℥ j. *fœniculi,* ℥ ß. *sem. cymini, carui in vino albo macerat. card. bened. ana* ℥ j. *cort. citri sicci, cinamomi, diptami albi ana* ℥ ß. *cal. aromat. galangæ, zedoariæ, ocul. luciorum, ana* ℈ j. *ocul. cancri,* ℈ ß. *ol. anisi gutt.* iij. misce f. puluis.

℞ *Extr. aromat. ros.* ℈ j. *ligni aloes,* ℈ ß. *liquiritiæ gr.* v. *sacch. albiss. dissol. aq. ros. q.s.* ℥ iiij. ß. *affusis ol. anisi gutt.* ij. f. conf. in rotulis.

℞ *Ol. de absinthio,* ℥ iij. *summit. absinthii, p.* j. *mentha*

menthæ, crispæ, p. ß. galangæ, ℈ ij. *cort. citri, santali citr. ligni aloes ana* ʒ ß. *masticis,* ℈ ij. *macis, ros. rub. ana* ℈. *vini odorati,* ʒ ij. Coq. cum vini odorati ʒ ij. ad vini consumptionem, insolentur & super fornacē ponantur, postea excolatis speciebus crassioribus adde: *Ol. destillati, anisi gutt.* iij. *masticis gutt.* ij. f vnguentum stomachicum.

℞ *Herb. Menthæ crispæ, agrimoniæ, ana* m. j. *pulegii, rutæ, absinthii, flor. chamomeli, ros. rub. ana* m. ß. *calami aromat. galangæ, ana* ʒ ij. ℈. *cort. citri arant. ana* ʒ ij. *fol. lauri* ʒ v j. *bacc. lauri,* ʒ j. ß. *sem. anisi,* ʒ ij. ß. *anethi, fœniculi, cymini, ana* ʒ j. *nucis mosch. numero* j. Ex conquassatis & incisis f. sacculus cum syndone albo.

℞ *Herb. verbenæ, betonicæ, euphrasiæ, ana p.* ij *stechadis arab. chamomillæ Ital. flor. pæoniæ, ana p.* j. *agar. albi,* ʒ j. *rad. asari,* ʒ ij. Conquassata dentur pro lixiuio.

D. Christophori Henrici Ayreri Consilium in Hypochondriaca Melancholia.

OMnia symptomata in hac affectione oriuntur ab atra bile, quæ orificium ventriculi & fauces vellicat, vt patiens magis appetat haustum frigidum quam iusculum calidū. Deinde epar calidum non generat bonū chymum, vnde sanguis superassatus flatus causat, qui nisi sursum ascendant, angustias & anxietates circa orificiū ventriculi excitant; Ad hæc succus melancholicus permiscetur crasso chylo, interdum

quando melancholia acida ex liene per quartũ ramum venæ portæ inuadit periculum, ebulliciones frequentes excitat, & anxietatem mouet; si autẽ venti copiosi in diaphragmate colliguntur, sursum ascendunt, ac difficultatem anhelitus causant; Ad hæc atri fumi ab adusta bile cõcitati & sursum eleuati per viam adstrictoriam asperam arteriam coarctant; ad cor autem delati obturant cordis capsulam, vnde frequenter palpitationes cordis excitantur, & in nonnullis syncope & lipothymia consequitur: Iidem fumi fuliginosi si linguam tangant, eam sensu & motu priuant : Si cerebrum pertingant, duram & piam matrem comprimunt; si ad neruos perferantur, conuulsiones & spasmos excitant; & si ad oculos ferantur, nebulas & caliginem illic procurant, cumq; hi fumi lenti sint & crassi, neruos obstruunt, vnde paralysis generatur, vnde interdum in spina dorsi dolores pungitiui sentiuntur, quemadmodum etiam in brachiis; cumque omnium horum malorum vnica causa & radix sit succus ater & melancholicus, sæpe hic per vrinas & excrementa expellitur; quod si in intestinum κῶλον protrudatur, illic dolorẽ veluti serrantem excitat, qui proprie colicus dicitur; si exit cum vrinis, eas crassas & limosas efficit; quando autem hi fumi fuliginosi in renibus & lumbis detinentur, dolor fit nephriticus & hypochondriacus, sic vt sæpe existimet Medicus, adesse obstructionem renũ, & ipsum etiam calculum;

culum; In noſtro autem electore nõ tantum cupar calidum copiam auget humoris melancholici; verum etiam cum hic humor atrabilarius in hoc hypochõdriaco rarius ad venas ani protrudatur; mirum nõ eſt, ſi malum ſit inueteratum, & ob id curatu difficillimum; Conferet igitur indiuiduo huic bona inprimis diæta in ſex rebus non naturalibus; fugiat etiam ciborum varietatem; alimentorum enim natura magnam habet diuerſitatẽ, & pro naturæ diuerſitate magna fit in ventriculo confuſio: Concoquuntur enim quædam citius, quædam tardius: Nam actio agentis eſt æqualis, quando paſſum æqualiter eſt diſpoſitum; inæqualis autẽ, quando paſſum inæqualiter eſt diſpoſitum. Ergo ſi vnicum ſit alimentum, eodem tempore tranſmutationem fieri oportebit, quia paſſum eſt vniuſmodi: ſi vero plura ſunt alimenta facultate & ſubſtantia inter ſe cõtraria, vtiq; inæqualiter tranſmutabuntur, aliud citius, aliud tardius; Deinde vitet omnem mœrorem & ſollicitudinem: Triſtitia enim conſumit & depaſcit cor hominis: Quare adſtantes ſemper conſolatione & hilaritate eum recreent, alias ſpiritus refrigerantur & tandem extinguuntur, calor viſcerum abſumitur, coctio impeditur, & corpus paulatim exſiccatur, quemadmodum hiſtorici referunt de Publio Rutilio, & Henrico XVIII. Imperatore ab Imperio depoſito. Contra eiuſmodi animi perturbationes nihil vtilius eſt Muſica, quæ vere eſt

incitabulum lætitiæ, quo multi magni morbi curati sunt, *referente Galeno lib. 4. cap. 13. & Athenæo lib. 14.* Musica enim curas egerit, fortitudinem & iram suggerit, somnum cõciliat, clementiam suadet, ac taciturnitatem facit affabilem. In potu potest admitti cereuisia non multum lupulosa, quia talis flatulẽta est & crassum generat sanguinem; Vinum est conducibilius, si sit album, tenue, oligophoron, maxime in hyeme: vbi in prandio primus hausstus sit de vino in æstate cõtra: Esset etiam non præter rationem, si primo bibat de vino *cardui benedicti, absynthite, melissæ, fœniculi, boraginis, buglossæ, origani & cort. capparorum:* Potest his admiscerі scylla præparata, & epithymus: A cibo vtatur morsulis pro peptico:

℞ *Ol. nucis mosch. expressi,* ʒ ß. *succini albi pulu. subtiliter,* ℈ ij. *ambræ orient. gr.* viij. *moschi gr.* iiij. *sacch. in succo cydoniorum dissol.* ʒ iiij. f. conf. in morsulis.

Vesperi ante ingressum lecti sumat *succũ cidoniorum* ʒ iiij. *vel* v. *cum ambræ gr.* iij. Quod ad medicamenta, primo euacuetur materia in mesaraicis contenta, fugiat autem in omni purgante medicamento scammoneata & valide purgantia, presertim in hac ingruente senecta; Nulla enim ferme est medicina purgans, quæ non aliquam de viribus & partibus corporis partem deprædetur, quare medicinis soluentibus vtatur rarius: Frequentes enim purgationes periculum adferunt, quod corpus non adsuescit ali, euaditque

que infirmum & cacochymicum, *iuxta Celsum lib.1. & Bert.lib.20.c.12.* Præterea omnium purgantium medicamentorum natura, corporum, quæ expurgantur naturis contraria est, *teste Gal. 2. de victu acut.* Natura enim cum in suo munere versatur, in habitum corporis traiicit alimentũ, quo cottidie fruimur, quasi ad peripheriam: At pharmacum à peripheria ad centrum succos & spiritus adducit; His duobus aduersis motibus mirum in modum defatigatur natura; nihil enim illa ægrius ferre potest, quam duos motus inter se contrarios vno eodemq; tempore: Fieri enim vix potest, vt dum purgans medicamentum prauos & corruptos humores educit, non simul bonos eliciat, & aliquid de viribus ac substantia corporis auferat. Necessitate autem cogente, hic haustus præsertim ante hyemem tuto propinari potest:

℥ *Rad. cichorii, buglossæ, ana* ʒ ij. *fœniculi, cort. cappar. ana* ʒ j. *summit. veronicæ, capill. Veneris, ceterach, ana* m. ß. *flor. boraginis, buglossæ, violar. ana p. j. passul.* ʒ j. *sem. anisi, fœniculi, ana* ϑ ij. *epithymi,* ϑ j. *Coq. s.a. in sero caprino: Decocti colati.* ℥ ʒ iij. *dissolue: extr. rhabarb.* ϑ ij. *aloes,* ϑ i. *syr. de succo pomorum redolentium,* ʒ j. *ol. anisi gutt.* ij. misce pro haustu solutiuo.

Hic haustus erit illi salutaris, quia aloe magis confert stomacho, quam omne aliud solutiuum: Rhabarbaro vero ventriculi substantia non modo firmatur & roboratur, sed ipsius etiam

iam latera deterguntur, & quicquid in eo & mesenterio excrementi continetur, id blande expurgatur, iecurque obstructione liberatur educiturq; bilis vtraque, tenuis & crassa. Insuper adsunt in hac compositione solutiua, humectantia, à quibus purgantia medicamenta in hoc morbo non debent spoliari, vt præcipit Mesues *cap. de Melanch.* Hoc itaque consilio additus est syrupus de pomis, sicut in decocto addūtur deobstruentia: Est etiam idem haustus non valide purgans, sed mite & blandissimum remedium: Ineunte vere, possunt humores hyeme collecti vino purgante laxatiuo, ex foliis sennæ præparato euacuari, ità tamen, vt & rhabarbarum propter epar, quod morbo huic fomentum præbet, & agaricus, vt medicina securitatis, & ad omnes corporis partes, vt Medici docent, conformitatem habens, adliciantur. Vtetur etiam elector singulis mēsibus semel pillulis de aloe extracto. Nam vt bilem ac pituitam leniter purgant; Sic hæmorrhoides aperiunt, quod maximū in hoc morbo est iuuamentum: Nam quando hæ tempore legitimo moderate fluunt, à maximis præseruant morbis, *referente Galeno lib. de venæ sectione aduersus Eras. c. 5.* inprimis autem succurrunt passionibus melancholicis, & educūt ex venis Mesaraicis aduſtum sanguinem melancholicū, qui aliàs neque per purgantia, neque sanguinis missione educi potest; Melancholia enim inueterata medicamentis vix potest tolli, *teste Gal. lib. de*

atra

atra bile: Meſaraicæ enim venæ ſunt rami, venæ portæ, qui non poſſunt aperiri niſi circa podicem, vel per oſcula ad ventriculum & inteſtina pertinentia: Venæ vero hæmorrhoidales ſunt rami venarum Meſaraicarum, & ſi fluant cauſam proximam euacuant, *vnde Hipp. vere dixit 6. Aph.* 11. Ab atra bile vexatis, hæmorrhoides ſupuenientes, bonum. Quod ſi poſt vſum medicamentorum iſtorum Elector nõ ſtatim habebit melius, nõ propterea ab his remediis diſcedendum eſt; In morbo enim inueterato continuatione medicamentorum omnino eſt opus: Alteratio autem non fit in momento, ſed in tempore, & morbi diuturni diuturna requirunt pharmaca. Nec vllum aliud remedium morbo huic chronico meliorẽ medicinam adferet, niſi fluxus hæmorrhoidum, qui non niſi longo remediorũ vſu tandem excitatur: vt taceam, hoc fluxu procurato, non opus eſſe amplius medicamentorum multitudine. Quando autem peccans materia latet in lumbis & renibus, idq; dolores exuſcitat nephriticos, vtatur terebinthina cypriaca cum vitello oui diſſoluta, in conuenienti decocto: Terebinthina enim ventrem modice mouet, viſcera interna pulchre expurgat, & iecur extergit, quemadmodũ & pulmones lienem & renes; *Gal. 5. de ſanit. tuenda.* Suadeo etiam, vt Elector ſyrupo de pomis Parsdorfiano cum decocto raporum exſiccatorum frequenter ac diligenter vtatur, nam is ſolum cor con-

fortat, & succo atrabilario natura sua contrariatur, verum etiam ob humiditatem, qua pollet, epatis caliditatem retundit; Decoctum enim ex rapis siccis humectat, abstergit, & aperit: Rapæ autem diu coquendæ sunt, vt flatulentiam deponant: Quando autem hypochondria inflantur ac distendũtur, ac dolores molestissimos inferũt, vtatur Elector puluere succi albissimi, vel guttulam vnam syrupo de pomis instillet, coq; vtatur: Succinum enim non modo in colica flatulenta, verum etiam in omni flatuosa affectione egregium præstat remedium: Hypochondria autem hoc vnguento leniantur:

℞ *Emplastri de meliloto,* ʒ ij. *ammoniaci in aceto sambucino dissol.* ʒ j. *ol. ros. absinthii, chamomeli, ana* ℥ j. *anethi destillati,* ʒ j. misce pro linimento.

Potest etiam fieri hypochondriorũ fomentatio, ex *decocto pulegij, rutæ, anethi, origani, rosar. rub. serpilli, chamomeli, absinthij, sem. anisi, fœniculi, cymini, carui, &c.* Decoq. in medietate vini & aquæ, f. fomentatio cum spongia. Ad hęc confert etiam in hypochondriaca balneum aq. dulcis, mirum enim in modũ & substantifice humectat corpus. Epar ac totius corporis habitũ moderate refrigerat; Eo vti poterit singulis septimanis bis vel semel, sed caueat, ne balneo huic immoretur; ne ex mora magna sequatur resolutio: Nec aqua sit calida, sed tantum tepida, & ne sudor consequatur, non in hypocausto, sed in Camera tale balneum admittatur: Pro maiore hu-

re humectatione ciusmodi balneũ ex lacte parari poterit. Vt autem hæc lotio minus noceat, antequam in labrum descendat, & balneo immergatur, regionem ventriculi hoc linimento inungat:

℞. *Ol. absinthii,* ℥ j. ß. *masticis destillati,* ℈ iiij. *nucis mosc. expreßi,* ʒ j. *macis expreßi,* ʒ ß. *caryophyll. gutt.* vj. *masticis dissol. in ol. nardino,* ℈ iiij. *ladani purioris,* ʒ j. ß. *vini maluatici parum.* misce pro linimento stomachico.

Post cibum imponat ventriculo emplastrum tale:

℞ *Gummi tacamahacæ veri non elymi,* ℥ j. *emplastri stomach.* ℥ ß. *Cum vino q. s.* f. emplastrum stomachale, ducatur super alutam, syndone non tegatur, sed ita applicetur vt carnem tangat.

Et quia in omni melancholia cordis quoque ac cerebri ratio habenda est: sæpe vtendum est electuario è moscho, cõfectione alkermes, vel compositione sequenti:

℞ *Conf. alkermes,* ℥ ß. *lap. bezoar,* ℈ j. *succini albi subtiliß. puluerizati,* ℈ ij. *cum syr. de cortice citri,* f. electuarium.

Detur in eleganti vasculo instratũ folio auri: Confectio enim alkermes omnia vitalia viscera mire corroborat: Lapis autem Bezoar contra omnes affectus melancholicos confert, & certum est ipsius vsu omnes cordis ac corporis vires mirum in modum refici: Succinum vero albiss. discutit flatus, cõfortat ventriculum ac cerebrum,

rebrum, refrigerat ac refocillat cor, & vrinam mouet. Post assumptam purgationem semper iij. vel iiij. grana lapidis Bezoar, ac iij. grana Ambræ gryseæ, in aqua boraginis ac buglossæ superbibat, in qua aliquoties aurum ignitum extinctum sit, vt hoc pacto corroboretur cor, ac tanto minus purgans medicamentum de viribus ac substantia corporis auferat ac tollat.

Cura Melancholiæ Hypochondriacæ ordinata à D. Petro Cnemiandro.

QVum duo sint scopi vniuersales Artis curatiuæ, ad quos intentiones suas dirigere Medicum oporteat. Inuestigatio ac cognitio certa affectus; & inuentio idoneorum ac competentium medicamentorum: Spero, quod ad alterum quidem scopum attinet, ex triplici signorum fonte, è quo indicationes sumūtur internarum affectionum, earumq; ex causis propriis specificarum differentiarum, essentia nimirum partis affectæ, causa eaque vel vniuersali ipsius cœli genethliaci, vel particulari generantium parentum, ac rerum non naturalium vocatorum vsu, item effectibus certis, & vel actionibus læsis, vel qualitatibus sensibilibus affectū consequentibus; vel excretis, vt vrina & alui excrementis: ex hoc inquam triplici signorū fonte satis peruestigata constare nobis & affectum ipsum & causam affectus, vt necesse non sit, qua prolixe ac vere ex his ipsis Artis fontibus ac du

ctibu

ctibus inuestigata atq; expositа tibi coram in cũ scopum sunt, ea denuo longius hic referre, maxime cũ ipsæ structuræ corporis humani & huius quoque partis tuæ affectæ non ignarus, vna hac mea submonitione morbum primarium & symptomaticas affectiones earumq; causas iam per te satis intelligas. Quod igitur ad alterum scopum attinet, inuentionem & adhibitionem idoneorum medicamentorum, seu curationem ipsam, initio quidem hoc monẽdus es, plures in corpore tuo eosque sæpe complicatos & specie tamen diuersos affectus existere. Ex iis autem alios quidem primarios & primogeneos esse, liesis imbecillitatem & obstructiones crebras, & humoris melancholici copiã ac redundantiã in corpore. Alios secundarios seu symptomaticos affectus, παλμὸν τῆς καρδίας, ex humore melancholico, aut eiusdem fumis ad cor & maxime pericardion delatis, mole sua sublationẽ ac motum cordis impedientibus: Item melancholiam hypochondriacam vocatam, in qua accumulato circa eas partes atrabilari humore, & sursum ad cerebrũ euaporante melancholica symptomata circa montem eueniunt. Cum autem proprie non curentur secundariæ affectiones eæ, quæ symptomatis rationem habent, nisi longius progressæ eo vsque deuenerint, vt causæ naturam ac qualitatem acceperint: curatio initio nõ cordi aut cerebro erit adhibenda, & vel cordis palpitatio, vel melancholia hypochõdriaca tentanda

tanda medicamentis, nisi neglectione primarii affectus symptomaticæ affectiones plusculum inualuerint,& actiones mentis ac cordis sensibiliter iam læserint. Tunc enim ob nobilitatem membrorum,& necessitatem actionum eorum debitis quoque præsidiis mature primo statim inuasionis sensu illis erit subueniendum, semper tamen respectu habito ad primogenium affectum, qui vt dictum est, in liene consistens secundariarum passionum istarum causa existit. Verum iam dictæ lienis affectioni,malorum reliquorum initio ac fonti primo semper medicatio fiet. Idque cum omni anni tempore & mensibus pene singulis innouata, ob humoris peccantis multitudinem & difficultatem motus & eductionis illius, tum maxime mediis veris ac autumni mensibus. Quibus hoc quidem anni tempore copiam grauantem, illo naturam sese ipsam & profundas corporis partes expurgantem habemus adminiculantem. Ea autem cura duplici omnino artificio absoluetur. Vacuatione humoris melancholici, copia & qualitate peccantis in corpore, & corroboratione lienis membri laborantis & humorem illum accumulantis. Prior curationis pars vacuatio humoris perficietur hac lege aoserie medicamentorum.

Primum præparabis vias & meatus communes,ventriculum, venas mesaraicas & intestina, per quos deinceps medicamenta & humorem peccantem duci oportebit, illos leniendo & ex-

purgan-

purgando ab excrementosis superfluitatibus, ne illarum permixtione hebetetur actio medicamenti, & impediatur humoris eductio. Id quod adsequeris lenitiuo sequenti quod recipit:

℞ *Cassiæ recens extractæ,* ʒ vj. *diacatholici,* ʒ ij. ſ. *ieræ picræ,* ϑ j. *aloes hepaticæ, agarici albiſſ. ana* ϑ ſ. *naſtichis, cinnamomi, ana gr.* vij. *cum ſaccharo q.ſ.* miſce, fiat bolus, detur in charta munda, copioſo ſaccharo adſperſus. Signatur bolus lenitiuus.

In forma potionis.

℞ *Caſſiæ recenter extractæ,* ʒ vj. *diacatholici* ʒ ij. ſ *ieræ picræ* ϑ j. *rhabarb. pulueriſ.* ϑ ſ. *agarici opt. gr.* v. *Cum decocto prunorum Pannonicorum q.ſ.* miſce, fiat potio, præſentetur in fictili. Signatur potio lenitiua.

Vteris hoc lenitiuo hora matutina quarta calide, ieiuno ventriculo & regimine debito, aerem, ſomnum, cibum horis à ſumptione ſex vitando.

Deinde cum materia ſeu humor peccans ob crassitiem & multitudinem, meatibus corporis angustioribus fortius impactus & quasi infarctus hærens nõ ita facile admittat medicamenta digerentia ac purgantia, vt expeditior eorum transitus atque operatio fiat, vias recludes materiæ minoratione atque exoneratione aliqua præmissa. Id quod sequens minoratiuum seu rarificans medicamentum vocatum præstabit, quod recipit: II.

℞ *Florum caſſiæ,* ʒ v. *el. diaſenæ, catholici, ana* ʒ ij. ſ.

℥ij.ſ. *confect.hamech.*℥j. *pul.ſcolopendrii, cort.rad. tamaric.ana* ℈ſ. *ſpicæ, macis, ana gr.*vij. miſce & cum ſaccharo fiat bolus, exhibeatur in charta munda ſaccharo aſperſus. Signatur Bolus minoratiuus.

In forma potionis.

℞ *Flor. Caſſiæ extr.* ℥ß. *elect. diaſenæ, catholici, ana* ℥ij. *confect.hamech,* ℥ß, *pul.ſcolopendrii,* ℈j. *ſpicæ, macis, ana* ℈ß, *cum aq.fumiterræ, ſcolopendrii, ana q.ſ.* miſce, fiat hauſtus. Detur in fictili. Signatur hauſtus minoratiuus.

In forma pillularum.

℞ *Maſſ.pill.aggregatiuarum,* ℈j. *Indarum, è lapide lazuli, ana* ℈ſ. *pul. ſcolopendrii, cort. rad.tamaricis, ſenæ, ana gr.* v. *cinnamomi, macis, ana gr.*ij. *diacrydii, gr.*j. *cum ſyr.de epithymo* reformentur pillulæ numero xxvij. Inuoluantur puluere cinnamomi opt.exhibeantur in pixide, ſignantur Pillulæ.

Vteris minoratiuo iſto. Poſtridie ſumptionis lenitiui in aurora, eodem quo in lenitiuo regimine.

III. A minoratiuo iſto tertio, aut ſi virtus ferre poterit, poſtero mox die, hora matutina nona à molli inambulatione ac corporis motione phlebotomia vteris. Dabis autem incidendam venam iecorariam ſiniſtri cubiti, per quam maxime craſſior ille humor & quidem ex proprio eius receptaculo liene vacuatur. Aperta iam vena, ſi ſanguis profluens tenuior apparuerit, aut

mox

mox rursus claudi eam, aut certe tanto minus detrahi aut effluere sines: si vero crassior ac nigrior profluxerit, tanto largius ac copiosius sanguinem mittes, & si virtus tolerarit, eousque, dū sanguinis alteratio aliqua percipiatur, & substantia quidem tenuior, colore rubicundior cōpareat. Id præter alias in hoc genere vacuationis vsitatas temporis electiones studiose præcauendo, ne Luna lumine minuta à Saturno, Marte aut Mercurio, maxime vero Saturno morbi ac humoris istius in corpore tuo effectore, quoquo modo, præcipue vero ☌.☍.□.inauspicatis & qualitate pugnantibus configurationibus sit affecta.

A phlebotomia & medicamento minoratiuo, educta iam parte aliqua humoris maxime ea, quæ in viis proximis consistit, & ratione substantiæ paulo tenuioris facilioris solutionis fuit: Reliquum humoris substantia crassius & magis in profundo & angustis corporis meatibus hærens, cum difficilioris solutionis sit, nec facile sequatur ductum purgantis medicamenti digerentibus iis, quæ alterent & concoquant humorem melancholicum, quæ sunt omnia humectantia & modice calefacientia, seu crudam materiam concoquentibus medicamentis præparabis. Hic enim, si quis alius ex humoribus elaboratione diligentiore maxime indiget. vel ꝙ crassior & grauior profundo corporis magis immersus ad motū ineptior existit, vel quod qua-

litate

litate sua frigida virtuti corporis calori naturali proxime vincenti atque euehenti materias noxias medicamentorum adminiculo magis resistat, ac remoretur eius in expurgãdo actionem; id autem adsequeris sequenti vel syrupo vel decocto, quæ recipiunt:

℞ *Syr. de epithymo, è lupulis, è scolopendrio, ana* ʒ iij. *s. oxomelitis simpl.* ʒ ij. *aq. scolopendrii, fumariæ, flo. sambuci, bugloßi, ana* ʒ vj. misce fiat syrupus, detur in fictili. Signatur syrupus digestiuus.

Decoctum digerens.

℞ *Rad. apii fœniculi, petroselini, rusci, asparagi, ana* ʒ j. *s. rad. ebuli, brioniæ, ana* ʒ ij. *cort. rad. capparum, tamaricis omnium in aceto horis 4. maceratorum, ana* ʒ ß. *polypodii quercini, glycyrhizæ rasæ & incisæ, ana* ʒ v. *sem. anisi, fœniculi, carui, cymini, agni casti, ana* ʒ j. *s. sollic. sennæ, epithymi, ana* ℥ *s. vuarum passarum enucleatarum,* ʒ j. *caricarum pinguium, numero* IX. *herbi eupatorii, scolopendrii, capill. Veneris, ana* m. j, *fumariæ, chamædryos, chamæpithyos, ana* m. *s. trium flor. cordialium, ana p. j. s. sambuci, stœchadis, ana p.* j. Decoquantur in aq. fontanæ ℔. ij. ß. vsque ad consumptionem medietatis, colentur, colatura expressa cum s. q. sacchari dulcoretur, & albumine oui purificetur.

℞ *Decocti huius* ʒ iij. *syr. de epithymo, de scolopendrio, vel eius loco è fumaria, ana* ʒ iij. *syr. e. s. radicibus,* ʒ ij. misce pro vno, & sic pro aliis, detur in fictili. Signatur hausstus digestiuus. Reliquum decoctionis seruetur loco temperato.

Vterit

Vteris hoc vel decocto vel syrupo calefacto quinque vicibus appetente diluculo. Et à sumptione eius, si necessum fuerit, aeri te tuto committes, somno etiam & exercitiis solitis vacabis, quod præparandi tantum non autem soluendi seu aluum ducendi vsum præstabit medicamentum, nisi aluus per se humida & laxa fuerit, vbi ad vsitatam & naturalem excretionem vnã addere poterit eamque lenem deiectionem. Horis autem semper à sumptione digestiui huius duabus pro vlteriore & alteratione & confortatione virtutis, vteris vna atque altera rotularum sequentium, quæ recipiunt.

℞ *Diarhodon abbat. latific. gal. ana* ℥ ß. misce dentur in corneta, inscribantur pastilli confortantes.

Post vsum digestiui præparato iam humore vacuando incidentibus ac remollientibus medicamentis, proxime solutiuum seu purgãs medicamentũ assumes, quod humorem iam concoctum & attenuatum per recluſos & laxatos meatus in intestina deducat, & extra corpus euehat. Quem vsum præstabunt sequentia solutiua, quæ recipiunt. V.

In forma pillularum.

℞ *M. pill. Indarum,* ϑ j. *pil. è lapide lazuli, è funaria, de 5. generibus myrobal. ana* ϑ ß. *pulu. cort. rad. amaricis, scolopendrii, sena, ana gr. iij. diacrydii gr.* j. ß. Cum syrup. de epithymo reformentur pill. numero xxvij. Inuoluantur in puluere glycy-

rhizæ. Dentur in pixide. Signatur pillulæ.

In forma liquida.

℞ *Elect. è sebesten simpl.* ℥ ß. *diasenæ, confect. hamech, ana* ℥iij. *diacatholici,* ℥j. ß. *syr. de epithymo,* ℥ij. *aquarum scolopendrii, lupulorum, bugloßi, ana q. s.* Misce, fiat hausstus, præsentetur in fictili. Signatur haustus purgatorius.

In forma decocti.

℞ *Polypodii querc.* ℥ ß. *glycyrhizæ rasæ & incisæ,* ℥ij. *corticum rad. tamaricis, mirobal. Indi. tamarindi, ana* ℥j. *passular. enucleat.* ℥iij. *prunorum pannon. numero* v. *herb. scolopendrii, fumiterræ, capilli Veneris, ana* m. ß. *flo. stechadis, sambuci, bugloßi, ana* p. ß.

Bulliant in suff. q. aq. fontanæ vsque quo redeant ad ℥ij. ß. colentur cum expressione facti. In colatura saccharo quod satis est dulcorata, dissoluantur: *El. diasenæ,* ℥iij. *confectionis hamech, diacatholici,* ß j. ß. *syr. de epithymo, è fumaria, ana* ℥ij. Misce, fiat haustus. Detur in fictili. Signatur haustus deiectorius.

Horum solutiuorum, quo maxime libuerit, calefacto, veteris à digestiuis potionibus horis ante prandium sex, ita quidem, vt horam vnam à sumptione quietus desideas, donec actuetur in ventriculo, & interim nec dormias, nec sudes, nec aeri te exponas, aut animum studiis ac meditationibus grauioribus intendas. Inde ad semissem horę molliter inambules & moueas corpus, vt ad debita, & à ventriculo aliquanto remotiora loca deferatur, nec intestina subeat medica-

men-

mentum, sed mox rursum cesses à motu & ad quietem redeas, ne motu dissipetur & elanguescat vis medicamenti. Inde semisse horæ ante pastum medicamento iam suo munere perfuncto, iusculo vteris lauatorio, decocto pulli aut capi, pisorum aut cicerum nigrorum, vel ptisanæ cremore, quo ventriculum & intestina abluas, ne quæ frustula medicamenti ipsarum tunicis adhærentia, ea ipsa lædant, aut erosione aliqua alui fluorem diuturniorem causent.

Die vero crastino & aliquot sequentibus à purgantis medicamenti vsu, pro virtutis ac viscerum medicamentis tentatorũ corroboratione, vteris electuario subscripto in aurora quantitate nucis castaneæ.

℞ *Conser. rosarum, violarum, ana* ℥ ß. *borraginis, cort. citri, ana* ʒ vj. *spe. diarhodon abb. dianthos, ana* ʒ j. ß. *pul. scolopendrii, cort. rad. tamaricis, ana* ʒj. *cinnamomi, mastichis, macis, ana* ϑ j. *cum syr. è bugloss. de scolopend. ana q. s.* Misce fiat electuarium, detur in fictili. Signatur confortatiuum.

Hac ratione atque ordine medicamentario Deo auxiliante, priori curationis nostræ parti, vacuationi sc. materiæ peccantis & redundantis humoris melancholici satisfiet. Eam autem curam singulis annis ad minimum bis adhibebis, atque innouabis, primum quidem sub medium veris, natura tum cœli ratione seipsam expurgante, & è profundo corporis ad circumferentiam & vias ductuum propellente materias noxias

xias. Deinde sub finem principii autumni, quod tum hic humor in corpore magis augetur & copiosior gignitur. In medicatione vero ipsa & maxime purgationibus in primis eliges lunam lumine crescentem, sed trium dierum interuallo intra coniunctionis aut plenilunii puncta consistentem, in cancri, scorpii & piscium signis, ob humiditatem expultrici virtuti opitulantibus, & magis etiam in ☌ △ ☍. aut alia quacunque Veneris configuratione, non autem Iouis, qui virtutem retentricem membrorum confortat, vt minus facilis & expedita fiat humorum expulsio & eductio. Ex omnibus autem taurinus & ♎ signa cauebis, & cum his leonem & aquarium, sub quibus affectus tui in cœlo genethliaco significatio comparuit. Ex planetis inprimis Saturnum & Mercurium, & ab his Martem mali tui autores, maxime si iis luna coniunctione aut ☍. aut quocunque alio etiam amicissimo affectu fuerit configurata. Cæterum cum hic humor apparatu ac purgatu admodum difficilis sit, ita vt vna vice totus concoqui & educi haud facile possit, maxime è tuo corpore eo humore plurimum abundante, & subinde breui temporis interuallo eundem rursus accumulante, omnino opus erit, ad hanc semestrem medicationē mensura quadam cura & familiari quasi, sed pro frequentiore vsu tanto mitiore medicamento, quo quicquid eius in corpore iam est coaceruatum, & in posterum accumulari possit, paulatim semper re-

per resoluatur atq; euacuetur. In eum vsum singulis mensibus aut etiam 14. diebus luna quo dixi modo disposita in cœlo capies pillulas aut potionem sequentium descriptionum, eo diei tempore ac regimine, quo in purgationibus semestribus consueuisti.

In forma pillularum.

℞ *M. pill. aggregat.* ʒ j. *Indarum, è lapide lazuli, ana* ʒ ß. *è fumaria, gr. v. pul. senæ, myrobal. Ind. scolopendrii, cort. rad. tamaricis, ana gr. ij. spicæ, mastichis, ana gr. j. ß. diacrydii, gr. j.* Formentur aq. scolopendrii è singulis ʒ. pil. numero xij. id est, pil. numero circiter 37. inuolutæ puluere cinnamomi opt. dentur in pixide. Signatur pillularum mensurnarum dosis j.

In forma potionis per vices pillulis commutanda.

℞ *Cassiæ recens extractæ,* ℥ ß. *diasenæ,* ʒ ij. *diacatholici, confect. hamech, ana* ʒ j. ß. *polypodii quercini puluerisc. scolopendrii, corticis tamaricis, ana* ʒ j. *pul. fol. senæ,* ʒ ß. *syr. de epithymo,* ʒ iij. *cum aq. scolopendrii, bugloßi, ana q. s.* Misce fiat haustus. Detur in fictili. Signatur haustus mensurnus laxatiuus.

Ante vsum autem harum pillularum aut potionis pro præparatione humoris præmittes syrupum supra ordinatum, quē assumes quatuor aut iis pluribus vicibus, vel eius loco multos dies veteris vino, aquis scolopendrii & tamaricis diluto, vel eiusdem foliis, aut corticibus radicis tamaricis vino maceratis, quod hæc non præparant humorem tantum ac promouent eius eua-

cuationem, sed tota sua substantia lienem etiam iuuant ac roborant.

Pro corroboratione lienis, quæ altera est curationis pars, & solutione oppilationis eius, qua frequenter infestatur & obnoxius fit, familiariter sæpe veteris modo dictis simplicibus scolopendrio & corticibus radicum tamaricis, iisque vel in vino, cum pauco aceto maceratis, aut vino eorum aquis stillatitiis diluto, quod alia ex simplicibus non sint, quæ lienem tota substantia magis iuuent ac roborent. Interim per vices sequenti quoq; confectione veteris, quæ recipit.

℞ *Spec. diarhodon abbatis, dia capparum, ana* ʒj. *confer. adianthi seu capill. Veneris, scolopendrii, ana* ʒj. *s. sem. portulaca, citri, agni casti, ana* ʒ *s. pul. scolopendrii, bugloßi, cort. rad. tamaricis, ana* ʒij. *cum sacchari* ℔ j. *in aq. scolopendrii & bugloßi, ana q. s.* dissolutis fiat confectio in rotulis. Signatur pastilli confortatiui. Detur in scatula.

Sumes autẽ rotularum istarum duas aut tres numero, tribus ante prandium horis, & ab eis bibes parum stillaticiorum liquorum seu aquarum scolopendrii & bugloßi pauco aceto commixtorum, idque quater in septimana. In eum vsum si cordi quoque & cerebro simul prospicere volueris, familiariter sæpe veteris confectione sequenti, quantitate vnius articuli digiti, ieiuno ventriculo. Ea enim non primario lienis affectui conferet ac medebitur tantum, sed à symptomaticis quoq; cordis ac cerebri affectibus

bus reseruabit corpus, melancholiam ac triſtitiam animi diſcutiet, & virtuti vitali atque animali earumq; actionibus omnib. vigorē addet:

℞ *Spec. lætific. Galeni, diacapparum, dianthon ana* ℈ iiij. *diamoſchi dulcis, diapliriſarcoticon ana*, ʒ j. *ſem. citri, agni caſti ana*, ʒ ß. *pul. ſcolopendrii, cort. rad. tamaricis, polypodii, bugloſſi, ana* ʒ j. ß. *cinamomi, ſpicæ, maſtichis, macis, ana* ℈ j. *ſacchari albi* ß. ʒ viij. *in aq. ſcolopendrii, boraginis, betonicæ, ana q. ſ. diſſolutis.* Fiat confectio in morſulis, præſentetur in ſcatula. Signatur Morſuli confortatiui.

Quod ſi inualuerit obſtructio, & dolor ac tumor partis afflixerit in ſiniſtro hypochōdrio, localia quædam extrinſecus lienis regioni adhibebis, & primum quidem fomentum reſolutiuum ac mitigatiuum doloris ſequentis deſcriptionis.

℞ *Flo. chamomeli, meliloti, ſtoechados Arab. ana m.* j. *anethi, flo. geniſtæ, ſcolopendrii, eupatorii, capil. Ven. ana m.* ß. *ſem. agni caſti, plantaginis, ana* ʒ ij. *cort. rad. capparum, tamariſci, ana* ʒ j. ß. Decoquātur in ℔ ij. vini albi. A ij. aceti partibus æqualibus: vſque ad dimidias fiat decoctum. Detur in fictili. Signatur Decoctum pro fomentatione.

In hac decoctione calida madefacta ſpongia & expreſſa fouebis ſeu fomentabis regionē lienis in ſiniſtro hypochondrio bis aut ter, mane & veſperi ante paſtum. Deinde reſiccata parte fomentata vngues eandem vnguento ſequente calido, mane & veſperi mox à fotu.

℥ *Ol. capparum, liliacei, ana* ℥ j. *anethini, rutæ, amygd. dulc. ana* ℥ ß. *sem. agni casti,* ℈ iij. *plantaginis, scolopendrii, cort. rad. capparum, tamarisci, bdellii, ammoniaci in aceto dissolutorum, ana* ℥ j. *aceti parum.*

Pulueriſatis pulueriſandis cum cera q. ſ. fiat vnguentum mediocris conſiſtentiæ. Detur in fictili. Signatur vnguentum pro ſplene.

Si videbitur tibi, loco fomentationis huius humidæ atque inunctionis adhibebis fomentationem aridam applicando regioni lienis ſaccum ſequentis deſcriptionis, eo tamen prius aceti ac vini ſuper tegulam calidam affuſi vapore, irrigato ac caléfacto, eodem diei tempore, & vicibus totidem, quot humidas fomentationes.

℥ *Flor. chamomeli,* m. j. *meliloti, ſtœchados Arab. ana* p. j. *ſcolopendrii, bugloſſi, capilli Veneris, ana* m. ß. *ſem. agni caſti, plantaginis, portulacæ, ana* ℥ j. ß. *rad. ebuli, aſari, cort. rad. capparum, tamaricis, ana* ℥ ij.

Inciſa & contrita craſſiorem in modum inſuantur lineo albo panno, fiatque ſaccus interbaſſatus, latitudine 4. longitudine vero 8. digitorum. Detur in papyro. Signatur ſaccus lienaris.

Porro ſymptomaticæ affectiones, maxime vero cordis palpitatio πάλμὸς τῆς καρδίας primarii affectus cura hac adhibita ac frequentata ſua ſponte deſinet, nec vlterius te affliget ac pertentabit. Quemadmodum nec cerebri ac mentis perturbatio, quæ à lienis affectu illo & redundantia

dantia humoris melancholici tanquam fontibus suis causata extiterunt. Si tamen vel humoris copia atque exundatione nimia vel curationis neglectione inuaserit te hoc palpitationis malum, vt vel pars humoris regurgitantis aut eius fumi elati impedierint sublationem ac motum cordis, subscriptis præsidiis occurres affectus: idque mature, primo statim inuasionis sensu, ne longius progrediatur, & vel virium exsolutionem, vel cerebri & mentis, quod solet, grauiores passiones afferat.

Primum omnium operam dabis, vt singulis diebus habeas beneficium ventris, arte, vt potione lenitiua balano aut clysteri paratum, si natura cessauerit, hoc omni studio cauendo, ne quod fieri solet in hoc affectu aluus ipsa sit aut maneat diutius adstricta ac suppressa. Eam igitur vel potione sequenti duces, vel quod longe optimum foret, clysteri iniecto simul auertes ac retrahes materiam ad intestina.

Potio lenitiua atque euacuatiua humoris.

℞ *Decoct. prunorum Pannonicorum, numero* XV. *vuarum pass. enucl. folior. sennæ, ana* ʒ ij. *in qua dissolue, cassiæ recens extractæ,* ʒ ß. *diacatholici, diasennæ, ana* ʒ ij. *pul. scolopendrii, cort. rad. tamar. ana* ʒ ß. Misce, fiat potio, præsentetur in fictili. Signatur haustus deiectorius.

Clyster seu enema.

℞ *Maluæ, bismaluæ, eupatorii, scolopendrii, ana* m. j. *fumiterræ, capilli Veneris, ana* m. ß. *flo. boraginis,*

bugloſſi, ſpicæ, epithymi, fol. ſenæ, ana p. j. ſem. lini, agni caſti, portulacæ conquaſſat. ana ℥ j. polypodii, cort. rad. tamar. capparum inciſorum, ana ℥ iij. Coquantur in ſ. q. aq. ad conſumptionem medietatis, colentur. In colaturæ ℔. j. diſſolue: *Caſſiæ extractæ, ℥ j. diaſenæ, diacatholici, ana ℥ ß. pul. ſcolopendrii, cort. rad. tamar. ana ℥ iij. ol. chamomeli, ℥ j. capparum, liliorum, ana ℥ vj. ſacchari rubri, ℥ j. vitelli ouorum, num. j. ſalis communis triti, ℥ j. ℞.* Miſce fiat enema.

Applicetur ieiuno ventriculo, aut horis à paſtu tribus, & retineatur horam vnam aut quadrantes horæ tres. Deinde dabis incidendam venam iecorariam ſiniſtri brachii, & tantũ ſanguinis mittes, maxime ſi craſſior ac nigrior profluxerit, quantum virtus tolerare poterit, ad vnciam etiam vnam tantum, ſi virtus plus nõ permiſerit. A phlebotomia fiant frictiones calidis lineis pannis, incipiendo à parte propinqua cordi, trahendo verſus inferiora. Pro diuertenda materia, & hæ tanto frequentiores, vbi vena nõ fuerit inciſa, maxime ante aut horis 4. poſt paſtum, matutinis ac veſpertinis horis. Poſtea foueatur regio cordis ſequenti Epithemate, mane & veſperi ante paſtum tepide.

℞ *Aq. roſarum, borraginis, bugloſſi, ana ℥ j. ß. acetoſæ, ſcolopendrii, meliſſæ, ana ℥ ß. ſpicæ, ℥ ij. vini cretici, ℥ ß. ſem. acetoſæ, citri, ana ℥ j. roſ. rubrarum, coral. albi, been albi & rubei, ana ℥ j. ß. ſantali albi, oſſis de corde cerui, ana ℥ j. ligni aloes, ℥ ß. nucis moſchatæ, caryophyllorum, macis, camphoræ, ſpodii, ana ℈ j. croci,*

℈ ß.

℈ß. *aceti parũ*. Miſce, fiat epithema. Exhibeatur in fictili ampli orificii. Signatur epithema cordiale.

A fotu cordis regio & ſpina dorſi inungatur ſequenti vnguento calido, mane & veſperi ante cibum.

℔ *Olei violacei, ſambucini, ana* ℥ ij. *ol. de cappari-bus, de ſpica, ana* ℥ ij. ß. *corall. rubei, ſantal, rubei, roſar. rub. ana* ℈ j. *doronici, nucis moſchatæ, ligni aloes, oßis de corde cerui, ana* ℈ ß. *croci gr.* vj *camphoræ gr.* iij.

Pulueriſatis pulueriſandis cum cera alba q. ſ. fiat vnguentum mediocriter denſum.

Aut huius loco apponatur cordi facculus ſequentis deſcriptionis, prius ſtillaticiis liquoribus calidis roſarum & bugloſſi & pauxillo aceti commixti irrigatus, aut eorum vapore ſuper calidam tegulam fotus.

℔ *Roſ. rubearum, violarum, ana* m. ß. *flo. borraginis, bugloßi, ſpicæ, anthos, ana* p. j. *ſantal. albi, rub. citrin. ana* ℥ j. ß. *ſem. citri, acetoſæ, ana* ℥ ij. *corall. alb. rub. ana* ℥ j. *been albi & rub. ana* ℥ ß. *Galliæ moſchatæ, oßis de corde cerui. ligni aloes, ana* ℈ j. ß.

Contritis ſingulis fiat è ſerico rub. facculus cordialis interbaſſatus, detur in papyro. Signatur facculus cordialis.

Tandem roboretur cor medicamentis quibuſdam intra corpus adſumptis, & vel ſupra ordinatis Morſulis, ſi præſto fuerint, vel electuario ſequentis deſcriptionis.

℔ *Conſer. bugloßi, cort. citri, ana* ℥ j. *ſpec. diambaris, diamoſchi dulc. ana* ℥ ß. *lætifi. Galeni,* ℥ j. ß. *ſem. citri,*

citri, ℥j. cum syr. borraginis & acetositatis citri, ana q.s. Fiat electuarium molle, detur in fictili, signatur confort. cordis.

Sumes autē electuarii huius portionē quantitate mediocris castaneæ, mane & vesperi tribus horis ante pastum, & cū eo localium vsum epithematis & sacculi continuabis, ita, Deo auxiliante, vsitato etiam morbi tui, symptomati palpitationi cordis occurretur ac satisfiet.

Restat diæta seu rerum non naturalium vocatorū ordinatio atq; obseruatio debita, quam primo loco ponere ac præscribere oportebat. De ea tamen hic quoq; non censeo pluribus te monendum esse, quod per te satis intelligas, aere obscuriore ac squalidiore cibis crassioris succi, quiete atque ocio nimio, intempestiuis studiis, suppressione alui, mœstitia, solitudine & similibus augeri hunc humorem, maxime vero mœstitia & animi contentionibus grauioribus cieri atque effundi eum è liene, & ad cor & alia principalia membra efferri, & eorum actiones lædere. Illud moneo hanc curationis partē φαυτικὴν non minore, ne dicam, aliquanto maiore etiam studio quam φαρμακευτικὴν, remediorum præscriptorum vsum, obseruandam ac frequentandam tibi esse, quod ea curandi seu præseruandi ratio naturæ ordine prior ac tutior est reliquis curandi instrumentis iis quæ medicamētis vel ferro administrantur, ea ratione, quod causas morborum illa auertit aut emendat, quæ

lon-

longius progressæ ad actionum membrorũ læsiones maiore deinde negocio sæpe nulla omnino arte è corpore tolli ac profligari possint. CHRISTVS Dominus Medicorum optimus adiuuet ac fortunet vtriusque nostrûm conatus, & meũ hoc consilium, & tuam in eo prosequendo ac profligando affectu tuo operam ac studium. Ac deinceps pristinam corporis sanitatem, eiusque firmum ac constans robur tibi benigne retribuat ac confirmet.

Potio digerens & euacuans pro 7. vicibus, vna vice, ℥ iiij.

℞ *Rad. apii, fœniculi, petroselini, rusci, asparagi, ana* ℥ j. ß. *polypodii quercini, rad. ebuli, betonicæ, ana* ℥ ij. *glycyrhizæ rasæ & incisæ,* ℥ vj. *cort. rad. capparum, tamaridis, mirobal. Ind. tamarindi, ana* ℥ ij. *sem. anisi, fœniculi, carui, cymini, ana* ℥ j. ß. *sem. raphan. agni casti, ana* ℥ ß. *fol. sennæ Alex. sine follic. & stipit. epithymi, ana* ℥ ß. *passularum enucleatarum,* ℥ j. *pruuorum damasc. numero* XV. *caricarum pinguium, numero* IX. *herb. fumiterræ, scabiosæ, scolopendrii, capill. Veneris, lupulorum, ana* m. j. *centaurii minoris, chamædryos, chamæpithyos, ana* m. ß. *trium flor. cord. ana* p. j. ß. *sambuci, stœchadis, ana* p. j.

Incisa & contrita in s. q. aq. font. super igne tepido horis iij. infusa stent. Dein coquantur ad dimidias. Colentur, colaturæ expressæ ℔. j. ß. ℥ iij. addantur: *Cassiæ recens extractæ, diasennæ, ana* ℥ ß. ℥ ij. *confect. hamech. diacatholici, ana* ℥ ß. *tryphera sarrac.* ℥ ij.

Effer-

Efferuescant rursum lenta ebullitione, fiat decoctio, in quam deponantur: *Syr. è fumaria, de epithymo, ana* ℥ ij. *è bugloſſo,* ℥ j. ß. Miſce detur in fictili. Signatur Decoctum digerẽs & euacuans.

Si pharmacopolii copia ſit, vt ſingulis diebus hauſtus de nouo poſſint miſceri, ita ſcribatur:

Inciſa & cõtrita in ſ. q. Aqua font. ſuper igne tepido horis iij. infuſa ſtẽt. Dein coquantur ad dimidias, vt remaneant ℔. i. ß. ℥ iij. colentur. Fiat decoctum quod reponatur loco temperato.

℞ *Decocti huius,* ℥ iij. *diaſenæ, diacathol. ana* ℥ j. *ſyr. è fumaria de epithymo,* ℥ iij. *è bugloſſo,* ℥ j. ß. Miſce pro vno & ſic pro aliis. Detur in fictili, quoties poſtulauerit.

℞ *Pil. Ind.* ℈ j. *de helleb. è fumar. ana* ℈ ß. *troch. è rhabarb. gr.* vij. *pul. ſenæ, ceterach, ana gr.* v. *maſtichis, macis, diacridii, ana gr.* ij. *cum ſyr. Fumiterræ.* f. pill. xxxvij.

C.H.D. *In Melancholia Hypochondriaca.*

℞ *Ol. de cappar.* ℥ ß. *chamomelini, anethini, de abſinthio, ana* ℥ j. *ping. gallinæ, ammoniaci aceto diſſol. ana* ℥ j. *pulu. epithymi, ſem. aniſi, ana* ℈ j. *ceræ q. ſ.* f. vnguentum lienare.

℞ *Rad. filicis,* ℥ vj. *cort. rad. de capp.* ℥ ß. *herb. chamædryos, agrimoniæ, hederæ, chamomeli, parietariæ, brancæ vrſinæ, ana* m. j. Inciſa & cõquaſſata dẽtur.

℞ *Emplaſtri de meliloto, ammoniaci, ana* ℥ vj. *pulu. ceterach,* ℥ j. *cort. rad. de cappar. ſem. agni caſti, limi, fœnugræci, ana* ℥ ß. *ol. de cappar. q. ſ.* Cum cera & paucu-

paucula terebinthina f. emplastrum extensum super corio & obductum syndone. f. emplastrum spleneticum.

℞ *Spec. aromat. ros.* ʒ j. *diarhod. abb.* ʒ ß. *calami aromat.* ℈ ij. *zedoariæ, diptami albi, ana* ʒ ß. *cort. arant. sem. anisi, card. bened. ana* ℈ j. *galangæ, cinamomi, ana* ℈ ij. *ocul. lucior.* ℈ j. *cancrorum,* ℈ ß. *sacch. albiß.* ʒ v j. Misce f. puluis.

Fœminæ in Melancholia Hypochondriaca. C.H.D.

℞ *M. pill. de hiera cum agar. aggregat. ana* ℈ j. *cochiar. fœtidarum, ana* ℈ ß. *cum aq. card. bened. q. s.* f. pillulæ.

℞ *Cinamomi, el.* ʒ j. *calami aromat.* ℈ ij. *zedoariæ, diptami albi, ana* ʒ ß. *sem. card. bened. anisi, cort. arant. ana* ℈ j. *galangæ, oculorum luciorum,* ℈ j. *cancrorum,* ℈ ß. *spec. aromat. ros.* ℈ ij. *trochisc. de capp.* ℈ j. *de absinthio,* ℈ ß. *sacch. albis.* ʒ ß. Misce f. puluis, q. inspergatur pani similaceo modice tosto, affundatur vini q. s. comedat vesperi ante ingressū lecti.

Lienis obstructio & tumor cum ascensu matricis. C.H.D.

℞ *Herb. artemisiæ, p. j calamenti, p. ß. rad. polypodii,* ʒ j. *fol. sennæ el.* ʒ iiij. ß. *epithymi,* ʒ j. *agar. trochisc.* ʒ ß. *turbith. el.* ℈ ß. *galangæ, zinzib. cinamomi el. ana* ℈ ß. *sem. anisi,* ℈ j. *calami aromat.* ℈ j. *flor. cichorii, p.* ß. Stent in infusione per noctem; mane tepefiant, adde *mannæ el.* ʒ ix. pro hausto solutiuo.

℞ *M. pill. de hiera comp. aggregat. cochiar. ana* ℈ j. *cum aq. artemisiæ q. s.* f. pillulæ numero xxx.

De his sumat 15. ante cœnam modicam hora

vna continuet per biduum: Postea per biduum quiescat, inde eædem pillulæ reiterentur.

℞ *Cinamomi el.* ʒj. *calami aromat. galangæ, diptami albi, valerianæ, ana* ʒß. *sem. dauci, anisi, card. bened. seseleos, ana* ℈j. *betonicæ, saluiæ min. ligni aloes, succini albi, ana* ℈ß. *sacch. albiß.* ʒß. misce f. puluis.

Adspergatur super placentam panis similacei tosti, & superinfundatur vinum, comedat ante somnum.

In descensu matricis insessu vtatur eiusmodi:

℞ *Herb. matricalis, &c.* pro insessu.

Et post balneum Aq. dulcis vtatur hoc emplastro Matricali;

℞ *Emplastri ex Galbano subalbido, q.s.* extendatur super aluta, obducatur syndone rubeo, & interpassetur, imponatur calide.

Pro tumore lienis, vtatur vnguento tali:

℞ *Ol. cappar.* ʒv j. *chamomeli, amygd. amar. ana* ʒij. ß. *absinthii,* ʒj. ß. *ammoniaci, bdellii, ana* ʒj. ß. *ceterach, sem. agni casti, cort. rad. de capp. ana* ℈ ß. *pingued. gallinæ,* ʒj. *ceræ parum,* f. vnguentum lienare.

In Melancholia Hypochondriaca.

C.H.D. ALiquibus hæc affectio in ventriculo originem sumit, aliquibus in splene; Semper autem hi ægri de ventriculo conqueruntur, ibi eructationes & dolores grauatiui perpetuo sentiuntur, in hypochondriis etiam tensiones fiũt, præsertim in sinistro latere, vbi lieni est locus; Hinc flatus potenter petunt ventriculum, caput pe-

put petunt, ibiq; metum & mœrorem excitant, inde catarrhi ad articulos decumbunt, vertigines in capite causant, cerebrum replent, macri fiunt; Hæc symptomata tanto magis adsunt, quanto ventriculus est frigidior, epar calidius, renes vero obstructionibus laborant perpetuis, vnde symptomata exacerbantur. Huic ordinatum est electuarium dosi duplici:

℞ *El. lenit.* ℥ vj. *diaphœnic. diasenæ, ana* ℥ iij. misce pro electuario.

Reliquis diebus hoc puluere vsus est; vel sicce vel in iure pulli:

℞ *Rad. polypodii, cichorii, angelicæ, ana* ℈ ij. *pulu. agrimoniæ, ceterach, chamædryos, ana* ℈ j. *sem. card. bened. anisi, fœniculi, ana* ℥ ß. *cort. citri, tamarisci, cinamomi, ana* ℈ j. *trochisc. de capp.* ℈ ij. *de eupatorio, de absinthio, ana* ℈ ß. *gran. alkakengi,* ℈ j. *sem. melonum,* ℈ ß. *sacch. albiß.* ℥ ß. misce f. puluis.

℞ *Ammoniaci aceto dissol.* ℥ j. *bdellii,* ℥ ij. *emplastri de meliloto,* ℥ iij. *cort. rad. de cappar. tamarisci, fraxini, ana* ℥ ß. *pulu. ceterach,* ℥ j. *sem. cymini,* ℈ ij. *bacc. lauri,* ℈ j. *ol. cappar.* ℥ ij. *ceræ,* ℥ ß. *terebinthinæ,* ℥ ij. Misce f. emplastrum s. a. extensum super corium & syndone rubro obductum.

In Melancholia Hypochondriaca Cratonis, quæ cura in consiliis excusis non exiat; pro fœmina quadam nobiliß.

SYmptomata nos in curationem morbi deducunt: Ea cum ad suas referuntur causas,

morbi cognitio eluceſcit: Sunt enim ſymptomatum cauſæ morbi. In Melancholia autē Hypochondriaca ita ambigua ſunt ſymptomata, vt etiam exercitatiſſimi Medici de loco affecto ſtatuere nequeant. Itaque ad ea, quæ Hyppocrates dixit de morbis Mulierum & virginum, animū refero, & vt mature huic malo obuiam eatur, moneo. Primo velim ea crebro purgari, ſingulis ſeptimanis bis, non alio medicamento, quam pomorum ſucco, in quo folia ſenæ coquantur: Si ſuccus bugloſſæ haberetur, & ſucco pomorum admiſceretur, admodum eſſet conueniens: Mittatur autem ſanguis ex venis pedum, prout recte aperiri poterunt: Et cucurbitæ quoq; pedibus applicentur, & locus ſcarificetur. Vtatur lotionibus pedum ſomniferis hora decubitus, cum foliis ſalicis, vitis, additis capitibus papaueris duobus: Mane & veſperi ex aqua ſcolopendriæ bibat chryſolyti ac topacii aā gr. vj. in prima cœna ſumat iuſculum ex nucibus iuglandibus & papauere albo: Deinde pro purgatione.

℞ *Paſſul. corinthiac.* ℥ ß. *polypodii querc.* ℥ ß. *ſem. carthami in mortario confracti,* ℥ j. ß.

Ponantur in ollam nouam, & additis prunis Vngaricis numero ix. conciſis in fruſta & parum *flor. Rorismarini*, affunde duos noſſellos brodii gallinæ non pinguis, & tantundem vini Rhenani albi, & bene cooperta coquantur ad ignē ad medietatem, demum adde: *Fol. ſenæ el.* ℥ j. ß.

Dimit-

Dimittatur iterum bullire, parte horæ quarta, deinde depone ab igne, & bene cooperta permittantur per se frigefieri, colentur & seruentur in vase terreo, in loco frigido; si vis, adde saccharum ad placitum. Dosis mane ad 6. vel 8. cochlearia.

Balneum pro eadem.

℞ *Maluæ, violariæ, parietariæ, chamomeli, ana* m. ij. *rad. althææ,* ʒ viij. *origani, menthæ crispæ, pulegii, maioranæ, ana* m. j. *melissæ, artemisiæ, ana* m j. ß. *sem. anthera, fœnugræci, ana* ʒ ß. Coq. in duab. partibus aquæ & vna vini, donec satis sit: Effundantur in tinam desuper optime coopertam, vt caput tantum extet, & insideat vna horula vsq; ad vmbilicum singulo mane: Egressa lectum calidum ingrediatur & sudet.

Fomentatio ad imum ventrem cũ spongia:

℞ *Artemisiæ, melissæ, mentæ crispæ, matricariæ, pulegii, maoranæ, ana* m. j. *sem. lini, fœnugræci, carui, ana* ʒij *fœniculi, anisi ana* ʒ ß. *spicæ nardi,* ʒ j. *rad. ireos,* ʒ ß. Coq. in duabus partibus aq. & vna vini, in fine spicam iniiciendo: Sit autem olla semper & addat parum nucis moschatæ. Nam somnifera plurimum in his affectionibus prosunt. De affectionibus in dextro hypochondrio melius edoceri cupio; sintne affectæ mãmillæ; An ratione recte vtatur, pudorisve obliuiscatur, multum vel pauca loquatur; habeatne suas purgationes, an in hæmorrhoidibus tumor appareat.

In passione Hypochondriaca: Cura D. Matthæi Flacci.

NObilis matrona, cum septem annis hoc morbo affligeretur, essetque omnes ferme Medicos experta, non modo in Germania excellentiores, verum etiam Italos & Gallos fumosiores, *Stempanum*, *Hollerium*, *Fracastorium*, *Fallopium*, quorum consilia vidi; omnes autem in ea erant opinione, illam ex matrice laborare, cum tamen vndecies recte peperisset, tandem sequentibus pharmacis curata est, & imposterum etiam aliquot annis, beneficio huius Medicinæ sana permansit. Primo vsa est hoc digestiuo per 6. vel 7. dies:

℞ *Hyssopi, roris marini, pulegii, ana* m. ß. *rad. petroselini*, ℥ j. *passul. min.* ℥ ij.

Decoq. in brodio gallinæ vel carnis bubuli vsque ad medietatem. Dosis mane aut 6. aut 8. cochlearia, & ieiunet duabus horis.

Deinde pro purgatione:

℞ *Passul. corinthiac.* ℥ ß. *polypodii querc.* ℥ ß. *sem. cartbami in mortario confracti*, ℥ j. ſ.

Ponantur in ollam nouam, & additis prunis Vngaricis numero 1x. concisis in frusta, & parum *flor. Rorismarini*, affunde duos nouellos brodii gallinæ non pinguis, & tantundē vini Rhenani albi, & bene cooperta coquantur ad ignem ad medietatem, demum adde *fol. sennæ el.* ℥ j. ſ. dimittatur ite-

tur iterum bullire quarta parte horæ, deinde depone ab igne, & bene cooperta permittantur per se frigefieri, coletur, cōseruetur in terreo vase in loco frigido; si vis adde sacchari ad placitum. Dosis mane ad 6. vel 8. cochlearia.

Balneum pro eodem.

℞ *Maluæ, violariæ, parietariæ, chamomeli, Mercurialis, fol. altheæ, rad. eiusdem & sem. origani, menthæ crispæ, pulegii, artemisiæ, melissæ, sem. antheræ, fœnugraci.*

Coq. in duabus partibus aq. & vna vini, donec satis sit. Effundantur in tinam desuper optime coopertam, vt caput tantum extet, & insideat vna horula vsque ad vmbilicum singulo mane. Egressa lectum calidum ingrediatur, & sudet.

Fomentatio ad imum ventrem cum spongia pro eadem.

℞ *Artemisiæ, melissæ, menthæ crispæ, matricariæ, chamomeli, pulegii, maioranæ, ana* m. j. *sem. fœnugraci, lini, piperis, carui, ana* ℥ ij. *fœniculi, anisi, ana* ℥ ß. *spicæ nardi,* ℥ j. *rad. ireos,* ℥ ß.

Coq. in duab. partibus aq. & vna vini ad cassum quartæ partis, in fine spicam iniiciendo. Sit autem olla semper cooperta, cum coquitur & cum frigefit. Dosis vesperi, hora ante cœnam calefit aliqua decoctionis pars, & intingitur spōgia, & calide applicatur, deinde panno lineo diligenter

imus venter abstergitur, & inungitur sequenti linimento:

℞ *Ol. lil. albor. ruta, ana* ℥ ß. *ireos,* ʒ ij. *adipis anserini, porcini, medullæ cerui næ, oesypi, ana* ʒ ß. Misce f. linimentum.

In obstructione venarum Mesaraicarum hęc Medicina optime profuit vxori prægnanti D. Christophori Meienburgii, & cum antea multa frustra tentasset, autoritate matris illius hoc electuario sanata est:

℞ *Spec. diarhod. abb. diatrion santal. rosatæ nouellæ, ana* ℥ ß. *diapenidii,* ʒ ij. *flor. cuscutæ, betonicæ, hyperici, ana* ϑ ß. *sem. fœniculi,* ʒ ß. *cinamomi, spicæ,* ϑ ß. *spodii, santali rub. albi, ana* ϑ j. Misce *cum syr. de cupatorio & endiuia ana q. s.* f. l. a. electuarium. Probatum est.

Tumorem splenis incurabilē Antonius Beniuenius sola cappari curauit vtpote cibo tali ægritudini aptissimo, solaq; vi Aquæ, in qua faber ferrarius sæpe candens ferrum extinxerat; Hūc cibum & potum per annum ordinauit ægroto, quem per integrum septennium hoc morbo laborantem omnes Medici pro deplorato deseruerant. Tanta autem vis est huius Aquæ, vt cōpertum sit, animalia quæ apud hos fabros educantur, perquam exiguos habere lienes.

Vnguentum Montagnanæ pro splene, quo feliciter vsus est D. Flaccus.

℞ *Ol. de cappar.* ℥ iij. *sesamini,* ℥ j. ℈. *scolopendriæ, cort. de cappar. endiuiæ, scariolæ, lactucæ, ana* ʒ ß. *sem.*

agni

agni casti, ℥ j. Misce f. vnguentum molle, & adspergatur modico aceti: Valet contra malam complexionem splenis, siue ea sit calida siue frigida, & frangit ventositates eius, & dissoluit Apostemata in ipso.

Oxysaccharum squilliticum pro splene:
D. Matthæi Flacci.

℞ *Aceti squillitici* ℔ j. ß. *in quo infunde: cort. rad. de cappar.* ℥ vj. *spicæ, asari, schænanthus, ana* ℥ ß. *scolopendriæ, anisi, fœniculi, cymini, roris marini, ana* ℈ j. *ammoniaci*, ℥ i.

Stent per aliquot dies in infusione, inde adde sacchari clarificati ℔ ij. coquantur ad perfectionem syrupi.

Si cum dolore splenis calor adfuerit, & vrinæ rubedo & febris, sumat æger vnum ex his trochiscis:

℞ *Sem. agni casti, tamarisci, endiuiæ, ana* ℥ ij. ℞. *sem. portulacæ*, ℥ j. ß. *f. trochisci cum syr. acetosæ*, & sit pondus vnius ℥ iij. Si tamen febris non adfuerit, vtatur trochiscis de cappar. & bibat vinum vetus & claretum.

Si splen tensus fuerit, & dum comprimitur, sub eo rugitus audiatur, dandum est apozema ex prædictis radicibus ac trochiscis. Si autem adfuerit durities & ventositas, inungatur locus sic:

℞ *Rutæ*, ℥ x. *boracis, mentastri, ana* ℥ iij. *ammoniaci*, ℥ j.

Dissoluatur Ammoniacū in vino veteri, ex quo cætera conficiantur:

Lien induratus ac tumefactus sic curatur:

℞ *Asplenii vel linguæ ceruinæ, q. s. crementur folia ad puluerem, affunde aq. linguæ ceruinæ vt paratur lixiuium.* Huius lixiuii accipe *cochlearia* 12. *& syr. de* v. *radicibus ex oxymellis s. ana cochlearia sex.* Vtere pluribus diebus. Probatum est.

Obstructionem lienis soluit *Aqua flor. Sambuci* in die ter hausta.

Lienosos mirifice iuuant Ammoniacum cũ cauliculis tribus rubi ex aceto datum per dies quinque: Tollit ex toto duritiem. Raphanus tumefactum lienem curat.

Aqua destillata in affectibus melancholicis & passionibus hystericis, valde efficax:

℞. *Fol. melissophylli odor.* m. vj. *betonicæ, pulegii, ana* m. j. ß. *calaminthæ, artemisiæ, basiliconis, chamædryos, hyssopi, ana* m. ß. *parthenii, p. j. rad. pœoniæ, eringii, meu, angelicæ domesticæ, & sylvestris, ana* ʒ ß. *sem. carui, sileris mont. coriandri præp. ana* ʒ j. ß. *bacc. lauri, iuniperi, ana* ʒ ij. *galangæ, zedoariæ, ana* ʒ j. ß. *castorei,* ϑ j. *rad. rhapont.* ʒ ij. ß.

His incisis & conquassatis infunde vini optimi, generosi, veteris & actu calidi ℔ iiij. stent in infusione horis 1x. ad cineres calidos, postea vbi semel ebullierint in vase cooperto, destillentur in balneo, & meliores guttæ extractæ reseruentur in vitro bene clauso, ne virtus transpiret.

Thurnheusers Miltzwasser *Electori Brandeburgico ordinata.*

℞ *Vini*

℞ *Vini Rhenani opt. mens. ij. vel* ℔. iij.

Feruefiat vinum, vt euaporet quod est sulphuratum in illo: deinde:

℞ *Cort. tamarisci,* ℥ j. ß. *rad. helenii,* ℥ ß. *eryngii,* ℥ vj. *bacc. lauri,* ℥ ß. *croci orient.* ℥ ß. *salis absinthii,* ℥ j. *salis communis,* ℥ ij. ß. *cereuisiæ rec. nosse'lum vnum vel* ℥ xx. *menthæ crispæ,* m. j.

Coq. s. a. in vase duplici, incisa & grosso modo contusa ad tertias: Colatura madidis linteolis calide imponatur lieni:

SPICILEGIVM III.

DE LAESA MEMORIA ET Lethargo.

De læsa memoria.

QVM Memoria lædatur dupliciter; Primo ratione ætatis senilis & extremæ, quæ curam non admittit: Deinde ratione ætatis iuuenilis & consistentis, quæ læsio cum fiat à causa præter naturam, de hac agetur potissimũ: quæ & ipsa est in duplici differentia; Altera sequitur morbos cerebri in via, vt lethargum & carum, quæ sunt vitia ventriculorum cerebri, de quibus iam nõ loquimur: Altera facultatis memoratricis labefactionem comitatur, quæ consistit in cerebri ipsius vitio siue materiali siue

immateriali. Est ergo læsa memoria non morbus, neque causa, sed symptoma, quod in læsa actione facultatis memoratricis consistit, ad differentiam melancoliæ, maniæ, & aliorum affectuum. Memoratrix autem, cũ sit facultas materialis, quæ non operatur nisi materiæ & subiecti interuentu: commune subiectum in quo facultas hæc recipitur, vt operetur, est ipsum cerebrum: Proprium est pars posterior cerebri. Est autem memoria læsa vel recens & in habitudine, vel confirmata & in habitu. In læsione vero ea, quæ est in habitudine, sola postrema pars cerebri læditur: Si vlterius progreditur, læditur etiam facultas proxima, ipsa scilicet ratio: Causæ huius læsionis aliæ sunt externæ, aliæ internæ: Externæ vel manifestis qualitatibus immutant & alterant cerebrum tali intemperie, vt hæc ad memorandum non sit idonea, cuiusmodi sunt omnia frigida & sicca, vel frigida & humida; vel agunt etiam occultis qualitatibus, quæ sunt aptæ cerebri proprietatem euertere: Causæ autem internæ sunt tum intemperies tum materia: Quod ad intemperiem, ea est frigida modo cum humiditate, modo cum siccitate coniuncta: Sicut enim facultas memoratrix, vt agat, determinato indiget organo, sibi appropriato, ac tale organum est temperies cerebri: Ita si tale organum fuerit deuastatum & corruptum & immutatũ, necesse est vel auferri, vel debilitari memoriam. Aufertur ab intemperie frigida & humida insi-

gni: Si

gni: Si vero frigiditas & humiditas illa nō multum recedat à ſtatu naturali cerebri, poterit hæc intemperies actionem quidem debilitare, non tamen ex toto auferre, *teſte Galeno* 3. *de locis affect.* 5. *& 2. de ſympt. cauſis vlt.* Quod vero ad materiam, hæc duplex eſt: Pituitoſa & Melancholica: Melancolia agit nō ſolum per frigiditatem, verum etiam per ſiccitatem; Pituita vero per frigiditatem & humiditatem. Vt vero modum generationis læſæ memoriæ cognoſcamus, ſciendum eſt, ad memoriam efficiendam tria cōcurrere. I. *Oportet, vt phantaſmata recipiantur in memoria.* II. *Vt phantaſmata recepta detineantur, non elabantur.* III. *Vt memoria diiudicet obiectum, receptum ac detentum.* Harum conditionum vnica ſi defecerit, memoriam lædi neceſſe eſt. Læditur igitur memoria, dum obiecta non recipit, propter frigiditatem; frigidi enim eſt cōdenſare, & partem ineptam reddere ad receptionem phantaſmatum: Læditur etiam dum obiecta non detinet, propter humiditatem, humidi enim eſt, obiecta & facile recipere & facile amittere. Læditur aūt iudicium propter frigiditatem & humiditatem. Cū autē materia læſæ memoriæ vel ſit pituitoſa vel melancolica; hæc vel in capite gignitur, vt quoties læſa memoria inſequitur phrenitidē, vel maniā, vel melancoliam; fieri .n. pōt, vt in phrenitide caput adeo refrigeretur, vt materia frigeſcat, & intēperies, q̄ antea calidior fuerat, euadat frigidior: ſic in Mania ex abuſu

refrige-

refrigerantium, potest induci materia frigida, quæ ledit memoriam; vel hæc materia aliunde defluit, aut à toto aut à parte, à toto frigido & sicco, frigido & humido; à parte, potissimum ab epate vel ventriculo. Ab epate, si nimiam melancholiam gignat, à ventriculo, si nimiam pituitæ copiam generet.

Cura læsæ memoriæ.

QVod ad lenientia, supponendum conuenire vsum *mellis rosati sol. hieram ruffi*; Sunt enim medicamenta detergentia materiam viscidam & crassam, qualis est pituita & melancholia: Quod ad dosin hieræ, hac vtimur vel causa euacuationis, vel causa præparationis materiæ: Si ob præparationem; satis est hac vti à ℈ j. ad ʒj. Si ob euacuationẽ, licet ascendere à ʒ ij. ad ʒiiij. vt monuit Aetius: Præparantia vero debent attenuare ac detergere, vt est *syr. de betonica, de stechade, de hyssopo, de duabus & quinque radicibus.* Prodest etiam *oxymel* compositum cum *decoctis thymi, stechadis, betonicæ, serpilli, &c.* Inter purgantia, in materia pituitosa præstantiss. erit agaricus, & inter composita diaphænicon: In materia melancholica addantur *Fol. sennæ, cort. hellebori nigri,* & inter composita conf. *hamech.* Quod ad localia, hæc respiciunt partem affectam, quæ est cerebrum, quod modo primario afficitur, modo secundario, & per consensum siue totius, siue partis determinatæ. Ratione qua cerebrũ afficitur,

tur, cum affici possit ab intemperie duplici, cum & sine materia, localia erunt duplicia: Quæ ad nudam intemperiem diriguntur, quædam respiciunt intemperiem cerebri frigidiorē & humidiorem, quædam frigidiorem & sicciorem. Quæ respiciunt intemperiem frigidam & humidam, hæc plura erunt, & pluribus modis administrantur, quorum aliqua vulgaria sunt, aliqua non omnibus modis conspicua. Quantum ad ea, quæ in communi sunt vsu, parantur lotiones ex *decocto flor. chamomeli, anethi, fol. betonicæ, hyssopi, stechadis, pæoniæ, &c.* Cui decocto, si castoreum addatur, prodest mirifice, imo & rosę prosunt, & adduntur reliquis, non modo vt tollant intemperiem, verum etiam vt roborent. Ex hoc eodem decocto stillicidium etiam in commissura coronali administrari poterit, vel loco huius vti poterimus oleis eandem vim retinentibus, vt est *oleum chamomel. anethinum, nardinum, de costo, de spica, de castoreo:* Quibus vti possumus per modum stillicidii, in commissura coronali, abrasis in ea parte capillis: Ex iisdem prædictis pulueres etiam parari possunt, qui administrentur circa commissuram coronalem. Si intemperies fuerit frigida & sicca, vtemur humectantibus, & aliqua ratione calefacientibus. Quare stillicidium paretur ex vino, sed non meraciori, alterato tamen cum his, quæ humectant siccitatem cerebri, vt sunt *folia maluæ & althea, radix liquiritiæ, semina melonū, flor. buglossæ & boraginis.*

Quod

Quod si adsit intemperies materialis, erit euacuanda, priusquam ad dictas lotiones & stillicidia accedamus: Euacuatur autem à capite deriuando per ea, quæ naribus imponuntur, & per masticatoria, quæ parari debent ex *masticbe, pyrethro, zinzibere condito*, sic intra nares dabimus *succum betonicæ, hyssopi, menthæ, maioranæ*, & si indigemus valentioribus, habemus *succum organi, calamenti* & similium: Conueniũt etiam inunctiones ad palatum, quæ habent vim extrahendi à capite, quẽadmodum si palatum inunxerimus cum *diasinapi, mythridatio, theriaca*, omnium maxime probatur diamoschum, hac ratione etiam odores refocillant & roborant etiam spiritus animales: De modo præparandi medicamenta, vnicũ addo, vt cõficiamus oleum, quo tempora inungantur & nares, & pars cerebri posterior, qp parari potest dupliciter, primo vulgari modo, vt

℥ *Fol. betonicæ, saluiæ, lauendulæ, roris marini, ros. rub. ana m. j. nucis mosch. piperis longi, galangæ, cyperi, ana* ℈ iiij. *castorei*, ʒ ij. *nucis Ind.* ʒ ß. *myrrhæ, thuris, ana* ʒ iij. *croci* ℈ ij.

Mis. contunde, & in *aq. ros.* infunde, accipiendo *aq. ros.* ℔ iiij. *vel* y. f. infusio p horas 24. prius addẽdo *ol. communis* ℔ ij. & facta infusione vase optime obturato, & in loco calido detento, vel in balneo Mariæ, vel in hypocausto, ad solem, vel in fimo. Tunc fiat ebullitio, lẽto tamen igne, & tam diu, donec tota aqua rosacea absumatur, & oleum

leum solum relinquatur, sic enim tota vis in oleo recipitur. Hoc peracto diligenter exprimamus omnes istas materias, & olcũ inde expressum colligamus, quo tempora & nares illinamus. Hoc oleum post euacuationem totius & partis mirifice conducit ad Memoriam.

Alius autẽ modus singularis & efficacissimus præparandi oleum, talis est: ℔ prædicta ingredientia, infundantur *in aq. vitæ*, quæ ob partiũ tenuitatẽ, & insignem sui actiuitatem, efficacem vim habet extrahẽdi à dictis materiis, in ea infusis, partẽ oleosam & pinguiorẽ, qua in parte tota vis cuiusque materiæ seruatur, ideo fiat infusio in dicta aqua vitæ, & soli exponatur vase obturato, vel in balneo Mariæ vas detineatur, vt per leuem calefactionem vis huius aquæ intimius penetrando extrahat ac separet partem oleosam ab excrementicia: Facta hac infusione, moderata fiat ebullitio, vt ratione maioris caloris maior fiat extractio: Quo peracto demittatur vas in aliquo loco vt quiescat, vt fiat separatio partium terrestrium & crassarũ à partibus tenuibus, qua separatione facta per vasis inclinationem extrahemus aquam illam vitæ imbibitam, vi & substantia dictorum ingredientium, relinquantur autem materiæ excrementitiæ in fundo vasis; hinc philtro destilletur humor iste, ita enim ascendit per philtrum tantum purior pars, & tota fæculentia in fundo remanebit. Hoc facto,

illa

illa aqua vitæ exponatur soli, quod relinquitur, erit pars purissima omnium ingrediẽtium. Hoc oleo inungamus prædictas partes, & possunt ex eo etiam formari rotulæ hoc modo:

℞ *Prædicti olei*, ℥ j. *sacch. opt.* ℥ j.

Misce cum *aq. ros.* & formentur rotulæ: Dosis harum sit ℈ j. singulis diebus, horis matutinis, quia summa vis est in hoc oleo. Vtamur autem oleo isto potissimum, in memoria ablata propter intemperiem frigidam & humidam, quia potenter calefacit & siccat.

Si autem ablata sit memoria à causa frigida & sicca, tale conueniet:

℞ *Rad. lil. alb. pœoniæ, althææ, liquiritiæ, ana* ℥ j. *nucis Ind. castorei, ana* ℥ ij. *moschi, ambræ, ana* ℈ ß. *fol. buglossæ, boraginis, maluarum, betonicæ, ana* m. j. misce.

Hæc ingredientia parentur duobus modis, sicut parata fuerunt priora. Quod ad diætam: In vino, tempore autumni, quo vina parari solent, infundemus materias calidas & siccas, vel calidas & humidas, vase optime obturato ebulliant, vt extrahatur vis ingredientium, & erit vinum medicatum saluberrimum ad reficiendam memoriam.

Exempla curationis læsæ memoriæ.

I. S. D. DIoannes Slecerus, collega olim meus cõsulem quendam in debilitata memoria sic cu-

sic curauit. Primo potionem præscripsit, de qua in initio veris mane sumeret alternis diebus dosin vnam; est autem potio pro septem dosibus, quarũ quælibet singulis diebus quater vel quinquies educet:

℥ *Herb. pentaphylli, maioranæ, hyssopi, euphragiæ, saluiæ, flor. betonicæ, ana* m.j. *fumariæ, chamæpythios, ana* m.j.ß. *lupulor.* m.j. *gran. pœoniæ excort. sem. anisi, fœniculi, melonum excort. milii solis, coriandri præp. carui, cubebar. ana* ʒ ij. *flor. trium cord. pœoniæ, anthus, cheirorum, ana* p.j. *rad. pœoniæ, asparagi, helenii, angelicæ, ana* ʒ iij. *polypodii,* ʒ j.ß. *cichorii,* ʒ vj. *liquiritiæ,* ʒ ß. *ireos,* ʒ j.ß. *epithymi,* m.ß. *ceterach,* p.j. *cort. mirobalan.* omni. fricat. *ol. amygd. dulc. ana* ʒ ß. *fol. sennæ,* ʒ ij. *stechadis Arab. spicæ Ind. ana* ʒ j.

Incisa & contusa coq. in vase duplici in s.q. seri lactis cap. ad casum partis tertiæ. In colaturæ fortiter expressæ ℔. iij. infunde per noctem: *agar. trochisc.* ʒ ß. *rhabarb. el.* ʒ ij.ß. *turbith albi & gummosi,* ʒ j. *macis, caryopill, squinanthi, ana* ϑ j. Mane post leuem ebullitionem colentur. *Colaturæ:* ℥. ʒ iiij. *syr. de beton. comp.* ʒ j. *oxymellis helleb.* ʒ iij. *ol. cinamomi gutt.* ij. Misce pro dosibus vij.

Exhausta hac potione acquiescat per triduũ, interim per illud triduum mane circa horam septimam assumat brodium gallinæ calidum, cui incoctæ sint *Radices petroselini,* ʒ ß. *pœoniæ, acori, ana* ʒ ß. *galangæ,* ϑ j. *passular.* ʒ j. Misce, *Dosis brodii sint* ʒ vj.

Quarto die vtatur clysmate seq.

℥ Herb. *Althææ, maluæ, anæ cum rad.* m.j. *atriplicis, betæ, braßicæ, maioranæ, betonicæ, mercurialis, violariæ, parietariæ, ana* m.j. *hordei* m. ß. *furfuris* m.j. Rad. *Cichorii* ℥j. *polypodii* ℥ vj. *liquiritiæ* ℥ iij. Sem. *Aniſi, fœniculi, ana* ℥ iij. *Coq. ſ.a. Colaturæ* ℥ lib.j. *El.lenitiui* ℥ ß. *diaphœnic.* ℥ iij. *hieræ logodii* ℥j. ß. *vitell.ouinumero* j. *ſalis* ℥j. *ſacch. rub.* ℥ ß. Ol. *Anethini, chamomel. ſambucini, an.* ℥j. Miſ. pro Enemate.

Quinto die poſt vſum Clyſteris ſumat pillulas, mane circa quintam.

℥ *M.pill.ſ. quibus* ℈j. *cochiar. Arab. ana* ℈ ß. *aggregat.* ℈j. *cum aq. ſaluiæ*, f. pillulæ numero 25. inuoluantur *ſpec. pliris, arch. q.ſ.*

Si poſt vſum pillularum, cerebrum nondum ſatis purgatum iudicetur, repetantur ſexto die eædem pillulæ. Poſtea octauo vel nono die, inciſio medianæ brachii dextri fiat, & mittantur ℥ v. ſanguinis. Deinde etiam caput peculiariter purgandum eſt gargariſmis & maſticatoriis & aliis: Gargariſmus poſt vniuerſales purgationes mane ieiuno ſtomacho, primum ter in prima hebdomade & bis in altera, in tertia vero ſemel, hinc in menſe ſemel in augmento lunę, ipſa in ♌ in & ♈ exiſtente, ſumatur, teneaturque aliquandiu in ore calidũ, deinde hinc inde lingua & genis concutiatur, & gargarizetur, idque bis vel ter reiteretur, poſtea eluatur os aqua dulci. Paretur autem hoc modo:

℥ *Pyre-*

℞ *Pyrethri, origani, galangæ, zinziberis, sem. carui, sinapi, cubebar, anisi, plantaginis, ana* ℥ ij.

Contusis affunde: *Aq.* ℥ vj. *coq.* vbi bullire cœperint affunde *vini* ℥ j. *mellis opt.* ℥ ß. Bulliant ad mellis despumationem; Colatura detur ad vsum.

Loco gargarismi, possent hora ante cibum masticari per octauam horæ partem, *grana* vij. *vel* ix. *masticis, cum tantillo galangæ, pyrethri, salis, &c.* Et singulis quidem septimanis hoc semel per mensem vnum, maxime in pluuiosa & humida aeris constitutione. Eluantur ab vsu fauces, aqua frigida. Et quia gargarismi & apophlegmatismi magna efficacia caput expurgãt, errhinorum vsum non necessarium esse duxi. Diuersiones quoque fieri possunt frictionibus temperatis, femorum & crurum, manuum & humerorum, præterea lotionibus pedum, singulis septimanis semel, mane ieiuno stomacho, decocto parato, cum *betonica, saluia, maiorana, hyssopo, basilicone, roremarino, chamæpythi, chamomelo, stechade, fol. lauri, baccis iuniperi & lauri, acoro, asaro, nuce cupressi, stechade Arab.* Hæc possunt incoqui aq. simplici vel lixiuio facto è cineribus iuniperi, quercus, vel sarmentorum vitium. Deinde caput roboretur *zinzibere & acori condito, galanga condita, myrobalanis conditis, conserua betonicæ, melissæ, semine nasturtii vel sinapi, saccharo incrustatis, semine horminii pulueriz̃ato, rasura eboris, confectione anacardina, dia-*

moſch. dulc. pliris arch. Ex his & ſingulis poteſt drachma vna aſſumi, vel per ſe, vel in liquore aliquo appropriato, & capitali, vt *aq. betonicæ, maioranæ, ſaluiæ, euphragiæ, roris marini, primulæ veris, flor. tiliæ, pœoniæ, lil. conuall.* vel deglutiatur gr. j. thuris, dum itur cubitum, ſemel in ſeptimana, vel alternis diebus inſpergatur medullæ panis triticei parumper in prunis reſiccatæ, in vino ſubdulci madefactæ ʒ j. ß. pulueris ſequentis.

℞ *Galangæ, ligni aloes, thuris, ana* ∋ j. *cort. mirobal. chebulorum, raſuræ eboris, ana* ʒ ß. *ſinapi, aniſi, coriandri præp. cubebar. ana* ∋ j. *macis,* ʒ ß. *cinamomi acutiß.* ʒ ij. *ſol. meliſſophyll. odor.* ∋ ß. *cort. citri, marg. præp. ana* ʒ ß. *zinzib.* ʒ j. *moſchi,* ∋ ß. *ſacchari,* ʒ ß. Ex his f. tragœa, &c.

Vel ſumat de electuario ſeq. miræ efficaciæ, quotidie in aurora, ad magnitudinem nucis iuglandis:

℞ *Spec. diamoſch. dulcis* ʒ j. ß. *dianthus,* ʒ j. *pliris arch.* ʒ iij. *conſ. betonicæ, flor. paralyſeos, ana* ʒ j. Conf. anacard. ʒ ß. *ol. nucis moſch. cinamomi, ana gutt.* iiij. Miſce pro electuario molli.

Bibunt quidam in augmento lunæ ſemel in menſe, in ortu diei, circa veſperas & ſub noctẽ, aquam puram, in qua maduerit thus pulueriza-tum in mediocri copia per horas 24. Quidam iubent geſtare liguam ↄ pupæ, quaſi ipſa augeat intellectum, & memoriam roboret. Idem dicũt præſtare fel perdicis, in menſe ſemel temporibus illitum: Verum cum de his ego certã experien-

tiam

tiam non habeam, certi quid definire nequeo. De pillulis autem sequentibus hoc prædicare possum, hi post purgationem corporis exquisitam sumuntur ad lecti introitum, quotidie per mensem numero ij. maiorem efficaciam habituras, quam reliqua, de quibus multi multa promittunt.

℞ *Pulu. cubebar. calamenti, nucis mosch. caryophyll. ana* ʒ j. *ambræ,* ϑ ij. *moschi,* ϑ ß. *cum succo & ol. maioranæ destill.* f. pill. ex singula drachma vj. Inuoluantur *spec. diambræ.*

Ab extra quoq; augetur & corroboratur memoria *aq. fol. hederæ*, bis terue destillata, & occipiti calide applicata: Si in septimana semel caput abluatur decocto vel lixiuio ex herbis, quibus antea pedum lotionem imperaui: Simplici autem aqua nunquam caput abluatur. Quod ad medicamenta extrinseca, ea sunt eiusmodi:

℞ *Flor. anthus, cheirorum, lauendulæ, betonicæ, melissæ, ana* m. j. *tiliæ, stech. citr. lil. conuall. sambuci, ros. rub. ana* m. ß. *tiliæ, stech. Arab.* ʒ j. *chamom. Ital.* m. j. ß. *nucis mosch. ligni aloes, macis, caryophyll. anæ* ʒ ß. *rad. ireos,* ϑ ij. *caryophyllatæ, fol. senæ,* ʒ ß. *agar. albiß.* ʒ ij. Incisa dentur in carta.

℞ *Aq. maioranæ, saluiæ, cheirorum, hederæ ter dest. ana* ʒ iij. *moschi gr.* ij. Misce.

℞ *Ol. nardini, de laterib. ana* ʒ iij. *nucis mosch. per expres.* ʒ ij. *maioranæ, caryophyl. saluiæ, ana gutt.* iij. *moschi gr.* ij. *ceræ.*

Misce pro vnguento.

In Memoria ferme amissa Consilium.

F. H. D.

IAm tertius, ni fallor, annus agitur, ex quo vir nobilissimus instar apoplectici repente concidit, ac loquendi facultatem amisit, quam vna tum motu, non ita multo post superueniente vomitu critico nonnihil recuperauit. Ab eo tempore, satis impedite ac oscitanter locutus est, & functiones rationis ac memoriæ minus integras minusq; laudabiles habuit, vt etiamnũ de memoratiua potissimum amissa conqueratur. Huc accedunt querelæ de grauitate capitis, de stupore quodam sensuũ, de lassitudine corporis spontanea, de difficultate loquendi ac deglutiendi, de dolore quodam grauatiuo in spina dorsi ac lumbis. Horum malorum omnium causam ego in humores pituitosos, humidos, frigidos, viscidos & crassos coniicio, qui partim à ventriculo transmissi, quẽ omnino pituitosum habet, partim in ipso capite generati, ex obstructione angustiam in ventriculis cerebri effecerunt, vnde functio animalis repẽte ablata est, via spiritibus animalibus intercluſa. Quare apud me nullum est dubium, hanc affectionem omnino fuisse apoplecticam, quæ statim naturæ beneficio per vomitum soluta, in linguæ paralysin terminari cœpit, materia morbifica ad quartum par neruorũ deuoluta, qui à cerebro propagati, in fauces linguam ac palatum deriuantur. Nec mirum videri debet, apoplexiam tunc à natura, vomitu cura-

curatam fuisse. Fieri enim potuit, vt motu illo vehementissimo ac violento caput concussum, materiam in cerebri cauitatibus hærentẽ ex parte loco mouerit, ac veluti hostem sibi inimicum sede sua expulerit, vnde Paulus & Actius in omni apoplexia vomitum mirifice commendabant. Quod autem insignis memoriæ læsio secuta est, existimo id contigisse ab humore crasso, frigido & humido posteriorem cerebri partem occupante. Et quia magna est inter memoriam ac rationem affinitas, *teste Galeno 3. de loc. aff. 5. labefactata.* Memoria aliæ etiam mentis operationes facili negocio lædi potuere. Cum enim læsa memoria sit functio p.n. memoratricis, dependens ab intemperie frigida posterioris partis cerebri, si contingat intemperiem illam frigidam reddi vehementem, vt impertiatur etiam medio cerebri ventriculo, cum memoria simul lædetur ratio. Frequentissime autem accidit, vt læsa Memoria magnos cerebri morbos comitetur. Sic historici referunt, homines in peste illa Attica Memoriam penitus amisisse; sic quidam Græcis ac Latinis literis valde eruditus, ex vulnere oculi altius immisso, Memoriam vsq; adeo amisit, vt omniũ literarum obliuiscereturcoactusque fuerit post aliquot annos redire Lutetiam, vt ab elementis denuo literas disceret, in quo Rondoletius existimauit, partem cerebri posteriorem vulnere illo læsam fuisse, in qua sitam esse memoriam omnes antiqui crediderũt.

Porro actio læsæ facultatis memoratiuæ, duplex est: Vna ratione obiecti seu ob errorem externum; Sic phrenetici ob phantasmata nimis numerosa non memorantur; Altera, ratione facultatis vel impeditæ vel labefactatæ. Ego sum eius sententiæ, in hoc nostro patiente facultatem primo fuisse impeditam ob angustiam ab obstructione factam, per motum illum apoplecticum; Inde paulatim labefactatam, non tam ob intemperiem frigidam & humidam, quam ob materiam copiosam, viscidam, crassam, quæ posteriori parti cerebri pertinaciter impacta est, vt nisi prouideamus, tandem in lethargum degenerare possit. Dixi vitium esse ab intemperie cum materia, vt cõstet memoriam hic lædi, non tantum, quia species phantasmatum in cerebro humido, quemadmodum in aquis colores, non retinentur; Verum etiam quia ob cerebri partem posteriorẽ, plus iusto crassiorem redditam, non suscipiuntur. Reliquorum symptomatum eædem sunt causæ: Linguæ enim impedimentum, & insipida deglutitio, ac pronus grauisque ciborum in oesophagum prolapsus, non aliunde eueniunt, quã quod pituita a capite defluens in partes subiectas, quæ sunt post linguã in eius radice, & inter trachæam & oesophagum omnia ista loca laxiora reddit, vt & motus tardius linguæ impertiatur, & cibi non aliter deferantur, ac si in aquam lapillos coniicias. Deniq; ab vnico illo principio reliquorũ malorum omnium

ca. ena

catena dependet. Hinc lingua impura, albicans, saliuosa: Corporis supra mediocritatem atque staturam grauitas: Calor fumosus, lentus, piger: Ineptitudo ad motum; sine motu lassitudo: ad somnum pronitas: somnus sine visionibus: vultus intumescentia: taciturnitas: tinnitus auriū: dolor lumborum, dorsi, pedum, grauatiuus & veluti vlcerosus: excrementa durioia, σκύβαλα; si ad indicationes respiciamus, facilis est earum inquisitio. Ipsa cerebri actio deficiens, sopita atque obruta, remedium indicat, materiam peccantem à centro ad circumferentiam euocans: Præterea materia copiosa minuenda, frigida & humida calefacienda & exsiccanda, putrida latens, si qua est, eradicanda, viscida, crassa, quiescens, detergenda, attenuanda, deriuanda, reuellenda; quis hæc non videt? Vtinam vero, eadem facilitate, qua causas & modum generationis malorum illorum omnium, & indicationes recensuimus; remedia & auxilia in mediū afferre possemus. Dicebat *Auicennas & Aetius*: *Si memoria repente lædatur, & corpus vtcunque bene se habeat, tunc vel Epilepsiam vel Apoplexiam, vel Carum, vel potius Lethargum aut similem aliquem morbum metuendum esse.* Quanto magis hic in mora erit periculum? præsertim cum morb. iste sit antiquatus pene, & hactenus aliorū Medicorū auxilia nihil profuerint, imo cum etiā nūc passiones apoplecticas & paralyticas expertus sit: Ac si ad vniuersa & singula respicimus, difficilis omnino red-

detur curatio, vt vix sperãdum sit, breui temporis spatio morbum expugnari posse. Memoriæ amissio, inquit *Hippocrates, semper mala est:* Hic autẽ nõ simplex est malum, multa enim concurrũt, quæ curationẽ difficilem reddunt. Principiò enim facultas princeps occupatur, & in societatem mali rapitur ratio. Deinde intemperies non iam amplius est in habitudine, sed in habitu: ipsa autem materia detinetur, nõ modo ob errorem externum, nam præcedens victus ratio pituitosa & aer crassior, multum ad hunc morbum afferre potuere; sed multo magis ob principem facultatem læsam: Addo quod ægre vincetur peccatũ materiæ, quæ viscida, dura, crassa est; quiescit pertinaciter, impacta inhæret, vt difficulter cedat remedio resoluenti attractorio; vt taceam interim, non tantum transmitti semper à ventriculo, atque à cerebro attrahi materiam; verum etiam in ipso capite nouam generari, quæ fouendo, alendo, conseruandoque morbo sufficiat. Dicebat Hippocrates, homines consistentis ætatis lethargo opportunos esse: Huius rei exemplum hic habemus. Ne autem æger sine omni salutis spe relinquatur, aliquid omnino tẽtandum est, præsertim cum corpus habeamus satis adhuc robustum, quod medicamenta etiam fortiora sustinere ac perferre potis est. Quare vt ad curationem ipsam descendamus, ante omnia, ratione materiæ replentis ventriculum & primas vias, hoc enemate vtetur, quod non modo

1. Prorhet.

Hippocr. 3. Aph.

modo ad aluum molliendam conferet, verum etiam fortiter trahet à remotis partibus.

℞ *Fol. parietariæ, Mercurialis, centaurii minoris, maluæ, bismaluæ, ana* m.ß. *melissæ, betonicæ, hyssopi, maioranæ, ana* m.j. *sem. vrticæ, carthami, cyclaminis, ana* ℥ ij. *rad. ireos, cucum. asinini, ana* ℥ j.ß. *pulpæ colocynthidis, agarici, ana* ℥ j. *prun. vngar. maior. numero* xij.

Decoq. in s. q. aq. fontis ad consumptionem medictatis colaturæ: ℞ ℥ xij. *cassiæ pro enemate,* ℥ j. *elect. Indi. diacatholi. diaphœnicis, ana* ℥ ij.ß. *hieræpicræ, bened. laxat. ana* ℥ vj. *ol. rutacei, anethini, laurini, chamomelini, ana* ℥ vj. *sacch. rub.* ℥ ß. *vitelli oui, numero* j. *salis communis triti,* ℈ j. Misce f. enema, applicetur mane hora viij.

Lenita aluo eiusmodi enemate, cum longus & magnus sit morbus, ac plenitudinis signa in toto corpore apparcant, ad venæ sectionem accederem; curarem autem illam vulnerari, quæ in dextro brachio communem ex basilica & iecoraria ramum cõstituit, vulgus mediana vocat: Deinde præscriberem syrupos præparantes pituitam in cerebro:

℞ *Fol. stechados, betonicæ, saluiæ, hyssopi, pulegii, anthos, maioranæ, ana* m.ß. *rad. acori contusi,* ℥ ij. *sem. rutæ, maioranæ, fœniculi, petroselini, ana* ℥ j.

Decoq. in *aq. fontis* ℔ ij. *& vini albi boni* ℔ j. ad consumptionem medietatis.

℞ De-

℔ *Decocti huius,* ℥ iij. *syr. de stechade, de hyssopo, de duabus radic. de betonica, ana* ℥ iij. Misce f. decoctum pro vno, & sic pro aliis.

Tertio aut quarto die vtetur bolo in decocto prunorum dissoluto:

℔ *Diasebesten lenit.* ℥ ß. *elect. Indi. diaphœnic. ana* ℥ j. ß. Misce detur in charta. Signatur Bolus solutiuus.

Tandem poterit hac potione vti, quæ pituitam ex vniuerso corpore educet.

℔ *Fol. capill. Veneris, melissæ, betonicæ, hyssopi, fœniculi, ana* m. j. *sem. carthami, fœniculi, petroselini, ana* ℥ j. *flor. anthos. stechados, ana* p. ß. *fol. sennæ mundat.* ℥ ß. *agar trochisc. turbith, ana* ℥ j. ß. *rhabar.* ℥ ß. *spicæ, cinamomi, ana* ℈ ß.

Decoq. in s. q. aq. fontis puri ad tertias colaturæ, ℔ ℥ iiij. in quibus dissoluc: *Elect. Indi. maioris, diaphœnic. ana* ℥ iij. *mellis ros. colati,* ℥ ij. ß. Misce f. potio, detur in fictili. Significetur Haustus solutiuus.

Sequuntur deinceps suo ordine ea, quæ caput potissimum expurgant, è quorum numero sunt pillulæ, sternutamenta, masticatoria, errhina: Quæ omnia hac forma præscribi possunt.

℔ *M. pill. cochiar. fœtidar. de hiera cum agarico, ana* ℈ ß. *capital. d. n.* ℈ j. ß. *diagridii gr.* j. ß. *cum syr. de stechade* f. pillulæ numero 33. Significetur Pillulæ capitales.

℔ *Sem. staphisagriæ, hyssopi, pyrethri, nigellæ, euphorbii, sinapi, castorei, piperis, ana* ℈ ß.

Misce

Miſce f. puluis. Significetur Puluis ſternutatorius.

℞ *Rad. pyrethri,* ʒ j. *acori, cubebar. zinz. albi, maſticis, ana* ℈ ß. *cinamomi,* ℈ ß. *nuc. moſch. caryophyll. macis, ana* ℈ j.

Inciſa craſſiuſcule ponantur in ſcatulam. Significetur Puluis maſticatorius.

℞ *Fol. agrimoniæ, ſaluiæ, maioranæ, hyſſopi, ana* p. j. *rad. ireos, pyrethri, ana* ʒ iij. *agarici trochiſc.* ʒ ij. *flor. ſtechadis, anthos, ana* p. ß.

Decoq. in ℥ vj. aq. fontis puri, & in colatura diſſolue: *Oxymel. ſimpl. mellis roſati, ana* ʒ j. ß. *hieræ picræ,* ʒ iij. Miſce f. naſale. Significetur Errhinum ſiue infuſio ad nares.

Pro diſcutiendis excrementis pituitoſis proderit etiam gargariſmus.

℞ *Rad. ireos, pyrethri, ana* ʒ iij. *fol. hyſſopi, origani, ana* m. ß. *ſem. rutæ, fœniculi, ana* ʒ ij. *flor. ſtechadis,* p. j. Miſce f. decoctio in ſ. q. aq. fontis puri ad conſumptionem partis tertiæ, coletur: In colatura diſſolue: *El. Indi.* ʒ j. ß. *oxymellis ſquillit.* ʒ j. ß. Miſce pro Gargariſmo.

Capiti etiam euacuando maſticatorium præſcripſi eiuſmodi:

℞ *Pyrethri, maſticis, ana* ℈ ij. *ſtaphiſagriæ, cubebarum, ana* ʒ j.

Ex his craſſo modo præparatis f. ſacculi maſticatorii, aut ex horum puluere cum melle excepto f. trochiſci maſticatorii, qui dentibus commorſi, lingua eleuentur poſt dentes.

Pro

Pro nasipurgiis vsus est *decocto nigellæ cum aq. maioranæ & succo rutæ.* Sternutatoria quoque facta sunt ex *puluere hellebori, piperis nigri, zinziberis, maioranæ, & rad. pyrethri.* Capite hoc pacto probe expurgato, cum morbus sit pertinacissimus, vsum ligni sancti consului, ad quem & morbus & tempus ipsum nos inuitabant. Hoc enim decoctum, vel solum ac propemodū vnicum indicationes curatiuas omnes sufficienter adimplere potest. Nam præterquam, quod modis omnibus potenter exsiccat, per caliditatem, per siccitatem, per se, & per imbibitionem: Sudorem quoque prouocat, tum & subtiliat & liquat tenacem materiam ipsis cerebri cellulis imbibitā, ac simul abstergit & quod hic maxime quærimus, humoris visciditati non parum resistit, quin & vim quandam medicatam habet, vnde & aluum mouere solet. Vtatur igitur hoc decocto per 30. dies, aut etiam vlterius, prout vsum illius sustinere poterit:

℞ *Palmæ sanctæ* ℥ iij. *sarsæ paril. recen. el.* ℥ ij. *cort. ligni sancti* ℥ j. *rad. pæoniæ, fœniculi, petroselini, ana* ℥ iij. *herb. betonicæ, agrimoniæ, melissæ, boraginis, stœchadis, ana* m. ℈.

Incidenda incidantur minutiss. & in lib. XII. aq. fontis puri calid. infundantur per horas 24. bene tegantur, deinde coq. ad ignem lentum, cooperta, vsque ad mediætatis consumtionem, despumentur, & in fine iniiciatur nodulus:

℞ *Spec.*

℞ *Spec. diarhod.abb.* ʒiij. *cinamomi* ʒij. ß. *cubebar* ʒj. ß. *ligni aloes* ʒß.

Mis. puluerizata ligentur in petia ex tela linea alba, & in vltima ebullitione nodulus sæpe exprimatur, refrigerata colentur, ac seruentur in vase vitreo pro primo decocto, Signatur *Decoctum primum.*

De hoc bibat singulis horis matutinis ℥ vj. vel vij. vsque ad ℥ viij. & sudorem exspectet.

℞ *Eandem palmam sanctam, corticem, sarsam & reliqua reseruata, &c.*

Coquantur sine infusione in lib. aq. fontis xviij. donec redigãtur in lib. xij. In fine vel paulo ante decoctionem addãtur vini albi impotentis lib. iij. Bulliant denuo vnica ebullitione, postea colentur & reponantur in vase lapideo, pro secundo decocto, vel pro potu in prandio ac cœna, Signatur *Decoctum secundum.*

℞ Palmam sarsam & reliqua secundæ decoctionis, coquantur tertio sine infusione in lib. aq. fontis puri xviij. ad remanentiam lib. xij. Colentur cum expressione, refrigeratis addatur primæ decoctionis lib j. ß. Bulliant vnica ebullitione. f. decoctum pro potu quemadmodum secundum: Signatur *Decoctum tertium.*

Quod ad Topica auxilia, multa sunt, quibus vtiliter vti poterit. Tale erit sequens Oxyrhodinon.

℞ Cala-

℞ *Calamenti, thymi, pulegii, serpilli, maiorana, m.j.* Decoq. in s.q. aq. fontis puri ad consumtionem partis tertiæ. Decoctionis ℞ ℥ xij. *aceti opt.* ℥ ij. *ol. rosar.* ℥ iiij.

Ms. f. oxyrhodinon, quo fomentetur cum spongia occiput.

Ad hæc odorifera maxime conueniunt, ad excitandam virtutem memoratricẽ, & pro confortatione cerebri, vt e.g. hæc pila:

℞. *Calami aromat.* ℥ ij. *cinamomi, caryophyl. ana* ℈ ij. *styracis* ʒ ß. *Galliæ mosch.* ℈ j.

Cum modica cera f. pila quæ frequentissime odorata memoriam reficit.

Vel paretur huiusmodi puluis pro fumo:

℞ *Ligni aloes* ʒ ß. *styracis cal.* ʒ iij. *caryophyll.* ʒ ij. *benzoi* ʒ v.

Ms. f. puluis ad fumum.

Require empyrica in dolore capitis præscripta.

Vel paretur tale suffumigium pro corroborando cerebro:

℞ *Succini citr. albi ana* ʒ iij. *olibani* ʒ ß. *herb. hyssopi, maiorana, lauendulæ, ana m.j. spicæ Celt. m.ß.*

Ex incisis & contusis f. puluis pro suffitu.

Ad motum linguæ facilitandum frequenter vtatur hoc electuario:

℞ *Conf. lauendulæ, anthos, saluiæ, ana* ʒ ß. *mythridatii, theriacæ Androm. ana* ʒ j. ß. *pulu. apopl. d. n.* ʒ ß. *castorei, gr.* v. *cum syrupo de hyssopo q.s.* f. electuarium.

Pro

Pro lotione capitis conficiatur facculus eiusmodi:

℞ *Herb.maioranæ m.* j. ß. *abrotani, saluiæ, calamenthi, origani, roriſmarini, roſar. rub. hyſſopi, ſerpilli, ſtechadis Arab. ana m.* j. *baccar. lauri* ℥ j.

Inciſa craſſiuſcule, inſuantur facculo lineo, qui interpaſſetur.

Pro reſtauranda peculiariter & mirabiliter confortanda Memoria, adſcribam vnguentum ex ſecretis meis, quo ipſe aliquando cum ſucceſſu feliciſſimo vſus ſum,

℞ *Ol. coſtini, iuniperini, ana* ℥ j. *nardini* ℥ ij. *ol. de caſtoreo* ℥ ß. *ſpicæ* ℥ iij. *pul. cinamomi acutiß. pulu. apopl. d. n. ana* ℥ j. *caryophyll. macis, flor. anthus, lauendulæ, ſtechadis Arab. ſpicæ Ind. celt. ana* ℥ j. *roſar. purp. cubebar. ſileris mont. piperis longi, cardamomi, ana* ℈ ij. *caſtorei* ℥ j. *vini maluatici* ℥ iij. *aq. roſ. fragrantiß.* ℥ ij.

Coq. ſimul ad conſumtionem humiditatis vini & aquæ, poſtea colentur & exprimantur, addanturque: *Species diambræ, diamoſch. dulc. dianthus ana* ℈ ij. *moſchi opt. in aq. roſar. diſſol.* ℥ ß.

Mſ. pro vnguento, liniatur poſt capitis lotionem occiput.

Ad eundem vſum conferunt ſequentes morſuli:

℞ *Spec. diamoſch. dulc. pliris arch. aromat. roſ. diagalangæ, flor. roriſmarini, lauendulæ, pul. apopl. d. n ana* ℈ j. *ſpec. diambræ* ℈ ij. *cubebar. ſileris mont. pip. longi, ſtechadis Arab. ſpicæ Ind. cinamomi, nucis moſch.*

macis ana ℈ ß. *extr. ligni aloes* ℈ ß. *galangæ gr* v. *conf. anacardinæ* ʒ j *moschi* ℈ ß. *ol. succini gutt.* iiij *fœniculi gutt.* v. *cum sacch. albiß.* ʒ viij. *dissol. aq. ros. fragrantiß. & roris marini ana q. s. f.* conf. in morsulis. Significetur: *Morsuli pro Memoria.*

Interdum vtebatur sequente Electuario per vices:

℞ *Spec. diambræ, diamosch. dulc. pliris areh. ana* ʒ j. *aromat. ros. diagalangæ, ana* ℈ ij. *spicæ, castorei, ana* ℈ j. *Conf. anacard. diasatyrii, ana* ʒ j.

Misce f. Electuarium addendo moschi parum, in aq. odorifera dissoluti. Significetur, *Electuarium pro memoria.*

Si plura auxilia requiret morbus, tale emplastrum suturæ coronali applicari poterit, abrasis prius pilis.

℞ *Spec. diamosch. dulc. dianthus, diambræ, ana* ℈ j. *pulu. apopl. d. n.* ʒ j. *sem. nigellæ, nasturtii, sinapi, pyrethri, bacch. lauri, iuniperi, castorei, ana* ℈ ij. *pip. nigri, albi, longi, ana* ℈ j. *pulu. roris mar. flor. lauendulæ, rosar. rub. anthus, stech. Arab. spicæ celticæ, Indicæ, ana* ℈ j. *cubebar, cardamomi, caryophyll. ligni aloes, ana* ℈ ß. Pulverizatis singulis cum *ol. zedoariæ, galangæ, nuc. mosch. macis, ana gutt.* ij. *ol. nardini,* ʒ j. *de castoreo, de euphorbio, costini, ana* ʒ ij.

Misce f. cerotum, quod extendatur super alutam suturæ capitis coronali, & simul occipiti applicandam, interpassetur. Significetur, *Emplastrum capitale.*

Talia pro rei necessitate plura excogitari & præscri-

præscribi poterunt. Pro fomento spinæ dorsi ac lumborum.

℞ *Fol. betonicæ, serpillæ, satureiæ, calamenthi, origani, saluiæ, rutæ, maioranæ, abrotani, pulegii, ana* m.j. *flor. roris marini, lauendulæ, ana* p.ij. *spicæ celticæ,* ℥ iij. *stechadis Arab.* p.ij. *rad. acori,* ℥ j. ß. *bacc. iuniperi, lauri, ana* ℥ j.

Incisa & contusa insuantur sacculo. Significetur, Sacculus pro fomento.

Ante ingressum balnei hoc sudorifico vtetur;

℞ *Theriacæ andromachi, mythridatii, ana* ℥ ß. *aq. scordii, fumiterræ, scabiosæ, ana* ℥ j.

Misce f. potio sudorifica, detur iij. horis ante ingressum balnei.

Ac tantum de φαρμακευτικῇ. De chirurgicis vero auxiliis, metuo, ne frustra quid adiiciam. Cõmendarem ante omnia in hoc negotio fonticulos & cauteria in ipsa commissura coronali, & paulo supra primam vertebram, quæ ad excitandam virtutẽ sopitam plurimum facerent, sed quia hæc remedia ne quidem audire sustinent martyres illi delicatuli, iubens ea prætereo, illud saltem monendum ducens, loco cauteriorũ, p diuersione materiæ, frictiones asperiores & ligaturas violẽtas extremitatũ, & cucurbitulas scarificatas & nõ scarificatas adhibẽdas esse, q̃ omnia post sufficientẽ totius & partiũ euacuationẽ nõ citra vtilitatẽ administrari poterũt, quẽadmodũ etiã thermæ in sequẽti vere mirifice proderunt. Quę ad diætetica medicinę partẽ faciũt, ea supra

scriptis indicationibus respondeant. Aer sit serenus, purus, clarus; Celsas ædes habitet, vt aura puriore fruatur, circa lacus, flumina & vliginosa loca non versetur; Austrinos flatus & pluuiosas constitutiones declinet: Ambientem frigidum & humidum, quin etiam frigidum & siccum auersetur. Cibis incoquantur hyssopus, serpillum, saluia, maiorana, pulegiũ: Improbatur esus cœparum, & alliorum, & huius farinæ leguminum reliquorum : Potus cereuisiæ frigidioris noxius est : Ebrietas autem pestis est, morsque Memoriæ. Cibi omnes sint bene alibiles, calidum & spirituosum sanguinem generantes; Prodest caro auicularum, perdicum, caponum iuuenũ, veruecina, hœdina; Pipiones commendantur ac turtures, turdi, merulæ, volucres mõtanæ, attagenes, anseres & anates syluestres: Perdicum oua etiam singulariter prodesse creduntur lethargicis; Fel autem perdicis, temporum arteriis illitum, memoriam collapsam restaurare accepimus. Iusculis imponantur frequẽter aromata, rosmarinus, thymus, satureia. Leporinam carnem Medici omnes aiunt proprietate quadam cataphoras, lethargos, caros, comata inferre : Cerebrum cuiuscunque animantis cum pituitosum & ignauum alimentum præbeat, fugiendum : Pisces vitandi, nisi saxatiles probentur. Olera, lactuca, malua, & quas fatuas betas dixit Poeta elegantissimus, fugienda; quemadmodum ex fructibus hortariis, pruna, persica, mora,

melones,

melones, cucumeres, aliiq; fugaces fructus. Nuclei pini, quadam proprietate conferunt. Caseũ & lacticinia omnia fugiat, parcius cœnet, liberalius prandeat. Vinum bibat purum, album, nõ fugiens, non antiquum: Vini enim vsum omnino interdicere non possum: Nam quemadmodum lupini & fabæ aquæ dulcescunt; sic vino hominum ingenia creduntur dulcescere. Habet autem in promptu artificiale illud vinum paratum ex saluia & hyssopo, quo vtatur. Esculenta pinguia & humida, & quæ crassi sunt succi, pernicioſa omnia. Somnos profundos, præsertim meridianos ac diurnos, quantum poterit, fugiat. Prosunt exercitia corporis mediocria; equitatio, vectio, inambulatio, frictiones capitis frequentes, pectinationes matutinæ, odoramẽta grata, quibus cerebrum nutritur. A veneris vsu nimio abstinendum. Hęc sunt, quæ pro Morbi præsentis curatione, cartis illinere visum fuit. Reliqua & morbi mores, & tempus, consultor optimus, nos monebunt. Deproperabam Custrini. Anno 1583. Mense Martio.

Ex libello meo, quemadmodum iuuenis de arte memoratiua mihi cõparaueram; hæc paucula adiicere libuit: Viderunt sapientes, thesaurum inuentorum, atque omnium artium custodiam esse Memoriam, eamque Sapientiæ Musarumq; matrem indigitarunt, cumque viderent, rem esse maxime fragilem ac delicatã, in quam primo senectus incurrat, huius debilitati succurre- F. H. D.

currere, & consulere voluerunt, industria quadam & arte singulari, quam Memoratiuam Latini, Græci Mnemonicam appellarunt, quæ *teste Cicerone* nihil aliud est, quam inductio quædam atque præceptionis ratio, locis & imaginibus, tanquam membrana constans, à *Simonide Melirone* primum inuenta, deinde per *Metrodorum Scepticum* perfecta. De hac scripserunt *Cicero in Rhetoricis ad Herennium lib.* 3. *Quintilianus lib.* 11. *cap.* 2. *Et Seneca*; nostrorum maiorum tempestate *Franciscus Petrarcha, Petrus Rauennas & Hermannus Bruschius.* Verum hæc ratio ità mihi comparata esse videtur, vt naturalem memoriã potius onerent quam ornent, & ista characterum atq; imaginum copia ingenii gignat inopiam, sequaturque id, vt homines innumerabilium rerũ & verborũ imaginibus inutilibus prægrauati, cum ratione, vt ille ait, insaniant. Alia igitur quærenda est Mnemonica, & videdum, quomodo auxiliis medicis iuuari possit memoria. *Galenus* in arte sua parua, cerebrum tenuitatis moderatæ, fomitem memoriæ, causamq; præcipuã esse arbitrabatur. *Auicennas* scriptum reliquit, egregiam illis suppetere memoriam, quorũ animi nullis non distrahuntur motibus, nec cõtellitur cogitatio, atq; ideo fieri dicit, vt pueri, quãuis naturæ humidæ, pertinaciter retineant, quę semel imbiberũt ob motus vehementiam. Quæ miramur, inquit *Thomas* ille *Aquinates*, ea firmiter agglutinãtur memoriæ. Hinc pueris omnia quæ audiunt ac di-

ac discunt, mira esse videntur atq; insolita. Naturale itaque est, quod *Quintilianus* scripsit, nos ea tenaciter retinere, quæ in teneris annis percepimus. Duo autē potissimum aduersantur memoriæ: Frigiditas & Humiditas; Frigiditas enim sistit motū ad memorandum necessarium: Humiditas autem retentionem impedit, & humido nimio sensus hebescunt: Hinc Humiditatis filia dicitur obliuio. *Cæcilius*: Itane es fide profluа, itane immemoris & madidæ memoriæ? Hinc *Plato* scriptum reliquit, sapientiam habitare in sicco. Hinc *Aristoteles*, in senibus & pueris vnam obliuionis causam agnoscit, quod cerebrum vtrorumque sit humidissimum, illorum quidem propter decrementum, horum vero, propter augmentum. Memoriæ autem adminicula præcipua hæc sunt: I. Vnica & vehemens rerum impressio; vnde *Plato* dixit: *Discere nihil aliud esse quam recordari.* Et patet idipsum ex actionibus, quæ nos vehementer offendunt, ac de quibus vltionem meditamur. Hinc *Seneca*: Nihil tam difficulter consenescit, quam vindictæ cupiditas. *Virg. Manet alta mente repostum. Plautus* iras plumbeas dixit, imprimuntur enim, quæ displicent, in memoriæ sedem firmiter, sicut in plumbum: Contra vero, beneficia singularia solent homines grati collocare in profundum memorię. II. Frequens & reiterata impressio: Hinc *Aristoteles*: Meditationes, & crebræ imaginū repetitiones, tuentur & cōseruant memoriā, & *Seneca*:

Memoria nihil, nisi quod sæpe nõ respicit. Sæpe recordari, medicamine fortius omni. III. Cum multa collecturus sis memoria; ea quantum fieri potest, ad breuitatem paucitatemque reducas; & hoc est, quod in versu præcipitur: *Scire cupis multum? Res sit separata minutim.* Pro auxilio Medico post corporis totius sufficientem euacuationem, & exquisitam purgationem capitis, mane ieiuno stomacho, pectine poros capitis satis acri & aspera frictione aperias, postea calido linteolo caput abstergatur, deinde huius potionis destillatæ haustum exhaurias, ad ʒ iij. vel ʒ iiij. Inde ad horam dimidiam corpus placide moueas, postea ad meditationes te conferas:

℞ *Rad. ireos, valerianæ, doronici, ana* ʒ ß. *herb. betonicæ, origani, serpilli, ana* m.j. *melissæ,* m.j.ß. *calamenthi, st symbreos, ocymastri, ana* m. ß. *roris marini,* m.j.ß. *flor. lauendulæ, rosar. rub. ana* m.ij. *stechadis Arab. spicæ Ind. ana* ʒ iij. *cinamomi interioris & acut.* ʒ ij. *galangæ, macis, caryophyll. ana* ʒ ß. *nucis mosch.* ʒ iij. *cubebarum, cardamomi, ana* ʒ vj. *zedoariæ,* ʒ j.ß. *pulu. ligni aloes,* ʒ v. *spec. diambræ, pliris arch. ana* ʒ vj. *ladani, castorei, asæ dulcis, ana* ʒ ß. *thuris,* ʒ iij. *sacch. albiss.* ℔.ij.

Incisa & contusa, *in vini antiquissimi Rhenani* ℔.vj. *aq. rosar. fragrantis.* ℔. vij. *in vitro stercoribus equinis imposita,* per octiduum macerentur, deinde *in balneo Mariæ lento igne destillentur,* & vitrum, vbi alembico coniungitur, optime custodiatur, ne spiritus euaporent.

Huius

Huius deſtillati vſus tantum eſt in hyeme & vere & autumno; poſt hauſtum, occiput vnguẽto bene inungatur, cuius deſcriptio iam paulo ante in conſilio meo de memoria pene amiſſa, tradita eſt. Æſtate autem propter ſummam deſtillati caliditatem, magis cõueniet ſequens electuarium, de quo ſumatur mane & ante ingreſſum lecti fruſtulũ magnitudine nucis auellanæ:

℞ *Spec. diambræ, diamoſchi dulc. pliris arch. ana* ʒj. ß. *aromat. roſ. diagalangæ, ana* ʒj. *ſpicæ Ind.* ʒß. *caſtorei,* ℈i. *conf. anacard. diaſatyr. ana* ʒj. *ſacch. albiß. in aq. roſar. fragrantiſ. diſſol.* ʒj. ß. *cum moſchi in aq. roſ. diſſol.* ℈ ß. f. electuarium pro memoria.

Experimentum ad memoriam, quo Ariſtotelem vſum eſſe aiunt: ℞. Vrſi pinguedinem, quam habet in humero ſcu ſcapula dextra, eamque pone in veſicam ipſius vrſi cum eius vrina, ſtent ſimul per octiduum, poſtea extrahe & adde ſuccum *Hormini, Euphragiæ, verbenæ, bugloſſæ, valerianæ, aloes an. partes æquales.*

Hæc ſimul miſce cum reliquis prædictis, ſuper ignem agitando cum ſpatula lignea, quoad fiat vnguentum ſpiſſum; Significetur vnguentum pro memoria.

Hoc etiam eclegma mirabiliter memoriæ conferre creditur:

℞ *Zinziberis, galangæ, maſticis, ana* ʒv j. *nucis moſch. calami aromat. cubebarum, ligni aloes, macis, ſem. apii, ammios, ana* ʒij. *thuris albi, caryophyll. cardamomi, zedoariæ, pyrethri, caſtorei, pip. longi, nigri,*

costi, cyperi, ana ʒ iij. *menthæ siccæ* ʒ ß. Terantur & puluerizentur omnia, & cũ *sacch. penidii* & mellis despumati quantitate sufficiente f. Eclegma.

Hæc ex libello meo, quem mihi memoriæ causa ante annos 36. de Memoria confeceram. Cætera ex reliquis meis collectaneis addam:

Empyrica quædam pro Memoria remedia.

℞ *Mirobal. chebulor.* ℔ j. *piperis longi* ʒ iij. ß. *mellis despumati* ℔ j. *piper teratur & misceatur cum chebulis, & melle*, adde: *Galliæ mosch.* ʒ ij. *moschi boni* ʒ ß. Sumantur permixta vino, horis matutinis ʒ iiij. vel v.

Pro Memoria, remedium diuinum.

℞ *Myrrhæ el.* ℔ j.

Tunde in puluerem subtilem, coque dura oua aliquot, seca per obliquũ, tolle vitella & imple oui albumen cum prædicta myrrha, & resoluetur in oleum, quod serua ad partem in vitro: Idem fac, donec myrrha tota resoluta fuerit. Seruetur hoc oleum vsui in cella sub arena, quo si tempora & occiput inunxeris, mirabilem virtutem ad confortandam Memoriam experieris.

Aliud remedium pro Memoria.

℞ *Cubebar. cardamomi, croci, anacardi, ana* ad partes æquales: Trita ponantur in aq. vitæ ad tempus; Hac compositione inunge tempora & occiput & videbis mirabilia.

De sequenti experimento iudicet lector, de quo

quo quidam magnifice crepant, addam tamen, vt accepi, cum eiusdem Elogio: Experimentum ad Memoriam, vt omnia audita, visa, lecta memoriter teneantur, quod emisse dicitur Carolus Dux Burgũdiæ à Doctore quodam Anglo, decem millibus florenorum; Comparabitur autẽ hoc oleo siue vnguento Memoria, nõ ad ostentationẽ biduanam aut triduanam, vel ad exiguũ temporis spatium, sed ad omnẽ vitam, vt omniũ semper & vbiq; recordari possis ac meminisse, vt omnino sit Memoria Memoriarum. Descriptio talis est:

℞ *Succi sol. melissæ, basiliconis, Flor. myricæ, liliorum, primulæ veris, roris marini, lauendulæ, boraginis, genistæ, ana* ℥ ij. *Aq. vitæ el. nymphææ, rosar. violar. ana* ℥ j. *cubebar. cardamomi, gran. paradysi, santali muscatell. carpo balsami, ireos, croci or. satureiæ, pæoniæ, ocymi ana* ℈ ß. *storacis liquidæ cal. opopanacis, bdellii, olibani, gummi hederæ, ladani, ana* ℥ vj. *Rad. aristol. longæ, pæoniæ, Ol. terebinthinæ, benedicti forte card. benedicti, nardini, costini, iuniperini, laurini, mastichini, de Been, de spica, ana* ℥ v.

Puluerizanda in pulucrem redigantur, probeq; misceantur, ex asse, distillentur per alembicũ diligẽter obturatũ, primum exiguo & lento igniculo, mox igne clariore & luculentiore, vt hac ratione, nulla Persarum gaza, nullo auro nec thesauro oleum pensandũ extrahatur. Aqua autẽ artificiosa singulatim haurienda, & ipsa panacea esse phibetur. *Vsus.* Primis duob. mensibus quoti-

quotidie hoc oleo magnitudine pisæ, nares auriumq; foramina inungantur; deinde aliis duobus mensibus tertio quoq; die eadem olei quantitas repetatur, duobus autem mensibus sequentibus, vsus eius tantummodo bis in hebdomade reiteretur; deinceps singulis septimanis semel tantum, postea singulis 14. diebus semel, donec in sua signa volubilis annus actus redeat, in orbem & ordinem, tunc iubet Plato quiescere. Nam reliquis annis sequentibus quatuor tantum vicibus si repetatur, sat erit, eo potissimum tempore, quo feliciter vena vulnerari solet, vtpote, die Blasii, & Philippi Iacobi Bartolomæi & Martini. Hoc est illud secretum secretorum, de conseruanda scilicet in æternum memoria, quasi vero immortalis esset hæc vita nostra. Et ista mihi conscribillanti in mentem venit aurea Galeni sententia, vbi scribit de pharmacis ad suffusiones compositis; promissiones horum omnium magnificas esse, effectus vero aliquando nullos, aliquando valde exiguos.

Ad memoriam læsam, medicamenta & ratio compositionis.

C.H.D. IN accommodandis medicamentis, semper in conspectu sit *Galeni* admonitio, cum inquit: *Primo quærendum esse locum affectum, vt sciamus, cui adhibenda sint localia remedia, sed & localibus præmittenda est totius corporis euacuatio, & propter hanc præparatio.* Hanc tamen ita necessariam putemus,

mus, cum in corpore toto aliqua existit repletio, qua absente recte ordimur curationem à localibus. Sed cum raro sit in vna parte vitium, toto corpore puro, plerumque aliquid vniuersalium particularibus præmittimus, quod qui negligũt, eos in cura infeliciores experimur. Sed quia volumus totum purgare, inuenienda prius sunt, quibus humores præparemus. Debent autem constare, tam qui præparant, tam qui purgant, ex cephalicis, stomachicis & epaticis: Nam propter horum cacochymiam totum corpus præcipue repletur. Hanc ob causam eligenda sunt, quæ soli capiti, vel soli ventriculo, vel soli epati seruiunt, & inter se miscenda: Aut eligenda sunt ea, quæ has partes simul spectant, in iisque eundem effectum præstant, vt est betonica, saluia, quæ tam pro ventriculo quã pro capite & epate faciunt. Sumuntur vero in medicamentis, si polychresta non sunt ad manum, plura ad compositionem cephalica, quam stomachica, & horum plura quam epatica, aut è conuerso, prout fuerit vel in capite vel in ventriculo plus humoris præparandi & purgandi; aut sumuntur partes omnium æquales: Intentio vero est præparare & purgare humores frigidos, viscidos, crassos, in capite, ventriculo & epate: Itaque medicamenta sint calida, tenuantia, incidentia, extergentia; quod si aer est calidus, temperamentum est etiam calidum, minoranda est in auxiliis caliditas per refrigerantia: Retinenda est attenuatio, in-

tio, inciſio & exterſio, qualia ſunt frigida, amara, vt cichoreum, oxymel, mel roſatum: Cogitandum tamen prius eſt de digeſtione;

Digeſtiua pro capite, ventriculo & epate.

℞ *Mellis roſ. col.* ℥ j. *ſyr. de ſtechade,* ℥ ß. *aq. ſaluiæ, lauendulæ, ana* ℥ j. ß. Miſce pro hauſtu.

℞ *Rad. acori,* ℥ j. *pyrethri, cichorii, ana* ℥ ij. *fol. ſaluiæ, rutæ, ana* ℥ ij. *ſpicæ, meliſſæ, flor. ſtechadis, fol. origani, hyſſopi, betonicæ, ana* ℥ j. *roris mar.* ℥ j. ß.

Inciſa & contuſa decoq. in ℔ ij. aq. ad mediætatis conſumptionem: In colatura diſſolue: *Mellis roſ.* ℥ ij. *ſyr. de ſtechade, de betonica, oxymellis ſ. ana* ℥ v. f. Potio.

℞ *Maioranæ, ſaluiæ, ſpicæ, origani, chamædryos, ana* m. j. *rad. acori, cort. citri, ſem. aniſi, fœniculi, flor. ſtechadis, paſſul. mundat. ana* ℥ ß.

Decoq. in ſ. q. aq. ad med. Colaturæ adde *Mellis roſ. q. ſ. f. ſyrupus, condiatur cum nuc. moſch. & cubebar. ana* ℥ ß.

℞ *Syrupi huius,* ℥ ij. *aq. maioranæ, ſaluiæ, ana* ℥ j. *rutæ,* ℥ ß. Miſce pro hauſtu. Sumat per octiduum.

Oxymellis ſpecies tunc conueniunt ad capitis affectus, cum neruoſum genus eſt ſine noxa, alioqui non ſunt vſurpandi aut parum. Loco aquarum poteſt fieri decoctum, de quo ſumantur vnciæ aliquot, cum quibus ſyrupi miſceantur, vt:

℞ *Fol. hyſſopi, cuſcutæ, calamenti, betonicæ, maioranæ, flor. roris mar. ſambuci, thymi, ana* m. ß. *ſem. teuſtici,* ℥ ij. *flor. ſtechadis,* ℥ j. ß. *rad. pœoniæ, fœniculi, ana*

li, ana ℥ ij. *passul. min. p.* ß. f. Decoctio in f. q. aq.

Potest etiam colatura aromatizari, vt:

℞ *Nucis mosch.* ℥ ß. *macis, cubebar. caryophyll. ana* ℈ i. *zinzib.* ℥ ß. f. Ex his cum linteo nodus, qui bulliat semel atque iterum in decocto, & exprimatur aliquoties. Huius decocti: ℞ ℥ iij. ß. *cum quibus misce syrupos modo solito.*

Potest etiam decoctum fieri ex paucioribus, pro fortunæ & hominis circumstantiis. Ante digestionem, vti solemus clystere leniente, vt:

℞ *Flor. stechadis, maluæ, chamomeli, flor. boraginis. summit. caulium rub. ana* m. j. f. Decoctio in f. q. aq. colaturæ: ℞ ℔. j. *in qua dissolue: Cassiæ pro clyst. pulu. sacch. ana* ℥ j. *hieræ picræ vel diaphœnic. vel Indi. maior.* ℥ ß. *ol. communis,* ℥ iij. *salis triti,* ℥ j. ß.

Misce f. Enema.

Vel ad decoctum sume:

℞ *Sem. anisi,* ℥ vj. *carthami,* ℥ iij. *caricar. ping. numero* viij. *rad. mæluauisci,* ℥ iij. *fol. maluæ, Mercurialis, ana* m. j. *flor. chamomeli,* m. ß.

Misce f. Decoctio, cui adde reliqua. Poteris etiam lenientibus remittere decoctum, vel augere ex catalogo incidentium; sed tamen obserua, quod primi clysteres nunquam debent esse vehementes: Consultius ergo est, præmisso leniori postea iniicere fortiorem.

Loco clysteris possumus etiam vti hausto lenitiuo, aut pillulis de hiera s. vel de hicra cum agarico aggregat: Qui possunt deinde augeri cochiis. Haustus potest esse eiusmodi:

℞ *Cassiæ*

℞ *Cassiæ vel Mannæ,* ℥ j. *vel* ℥ j. ß.

Dissoluatur aq. lactis vel cic. rub. vel aq. mellis vel in brodio pulli aut prunorum additis, *Mellis ros.* ℥ vj.

Aut sic:

℞ *Flor. stechadis,* ℈ ij. *maioranæ, hyssopi, cuscutæ, ana* m. ß. *rad. liquiritiæ,* ℥ ß. *passul. min.* ℥ j. ß.

f. Decoctio ad medietatem. Colaturæ ℔. ℥ iiij. *in quibus dissolue: Cassiæ rec. extractæ,* ℥ vj. *diaphœnic.* ℥ ij. *syr. de stech. vel mellis ros.* ℥ v. *vel* vj. *plus minus.*

Vel vtere Bolo.

℞ *Cassiæ extractæ,* ℥ v. *diaphœnic.* ℥ iij. *sem. pæoniæ,* ℈ ß. *cum saccharo,* f. Bolus.

Vel vti poteris infusione agarici & rhabarb. vel potest dari puluis:

℞ *Turbith,* ℈ iiij. *zinzib.* ℥ ß. *sem. pæoniæ, stechadis, ana* ℈ j. *sacch. ad pondus omnium.*

f. Puluis sumendus cum brodio aut aq. lactis aut vino calido, vel excipiatur hic puluis cum syrupo, & f. Bolus.

Aut paretur conditum:

℞ *El. lenitiui, diaphœnic. Indi. maior. ana* ℥ iij. *spec. diacarthami. diaturbith. vel agar. troch. ana* ℈ j. *conf. saluiæ, borraginis, ana* ℥ ij. ß. *spec. diagalangæ,* ℈ j. *Cum melle rosato q. s.* f. conditum, de quo primo sumitur leniendi causa parum.

Possent etiam loco conditi fieri morsuli ex iisdem speciebus. Post lenitionem minorandus est humor iisdem, solummodo auctis, vt fortius duca-

ducatur aluus. Cum hoc pacto viæ satis euacuatæ videntur, tum demum vtiliter humores præparabuntur, dum appareat in vrina concoctio, tunc natura iuuanda est auxiliis paulo liberius purgantibus, quod si videretur molestum ægris, sæpe iterare minorationem, proderit post vnã & alteram lenitionẽ alui, propinare cum digerẽtibus purgãtia, ita vt syrupis dissolutis cum aquis, decocto addantur electuaria hunc in modum:

℞ *Aq. fœniculi, betonicæ, saluiæ, ana* ʒj. *syrupi de stechade, mellis ros. col. ana* ʒiij. *el. diaphœnic.* ʒv. Misce f. haustus.

Aut: ℞ *El. lenitiui, diaphœnic. ana* ʒij. *cassiæ extr.* ʒv. f. Haustus, qui primo detur cum purgantibus, post per biduum sine ipsis.

Hoc modo possumus decoctis immiscere purgantia, de quibus tamen obserua, ne admisceantur potionibus nimis copiose, præsertim viis nondum bene vacuatis. Itaq; melius est incoquere potionibus mediocriter purgantia, & postea augere eorũ vim electuariis singulis haustibus addendis: Possunt inseri ex purgantibus: *Carthami contusi & in petiam lig.* ʒiij. *rad. polypodii,* ʒv. *agarici,* ʒij. *vel* ʒiij. *sennæ Alex.* ℈j. ß. *vel* ʒij.

Cum vero hæc sint amara, cogitandum est de ægri fastidio, cuius ratione minuenda sunt, quæ amaricant, vt sunt *fol. sennæ & agaricus.* His factis deuenitur ad diuersionem per frictiones & alios modos, inde ad particulares capitis euacuandi modos deueniendum, vt sunt Gargarismi, vt:

℥ *Aq. saluiæ, maioranæ, betonicæ, ana* ℥ j. *syr. de calamento, oxymellis squillit. mellis ros. ana* ℥ j.

Vel: ℥ *Sinapis, mentastri, origani, ana* ʒ ß. *nigellæ,* ʒ j. ß.

Conquassata bulliant in ℔. j. ß. aq. ad duarum partium consumptionem: Colaturæ adde: *Oxymellis s.* ℥ iij. f Gargarismus.

Si voles esse fortiorem, adde *oxymel squillitticum,* fortius fit decoctum additione *Pyrethri, salis gemmæ, serpilli;* Remittitur autē additis passulis.

II. Masticatoria, vt:

℥ *Masticis gr.* x. Masticentur, postea adde: *Gran. piperis* iiij. *integra,* & duo frustula pyrethri, masticentur simul. Resoluto pipere iterum sumantur tot grana, aut masticetur *radix polypodii cum modico salis, aut acori,* ℥ ß. *aut macis,* ℥ j. *pyrethri,* ∂ ij. *staphisagriæ, cort. rad. cappar. cubebar. ana* ʒ ß.

Ex his crasso modo incisis f. sacculi masticatorii, aut ex horum puluere cum melle excepto f. trochisci masticatorii qui cōmordentur dentibus, & postea lingua eleuantur post dentes.

III. Nasipurgia, vt:

℥ *Maioranæ aq.* ℥ vj. *rad. acori,* ʒ j. ß.

Radix contundatur crasso modo, bulliat in aq. maioranæ ad medictatem: Colaturæ adde: *sacch. albiss.* ʒ j. f. caputpurgium, quod trahatur in nares.

Vel: ℥ *Succi bliti* per residentiam clarificati: *& aq. maioranæ,* in qua bulliuit *semen nigellæ, q. s.*

De hoc

De hoc trahantur in nares iiij. aut v. guttæ, ieiuno ſtomacho, ore aqua pleno: Si cupis fortius, loco bliti ſume *acori vel cyclaminis ſuccum*; ſi poſt vſum eorum ſentiat in naribus ardorem, attrahat ipſis naribus lac mulieris, vel oleum violarum.

Aut: ℥ *Nigellæ præparatæ tritæ cum aq. maioranæ*, vel decocto eius, trahantur in nares.

Sunt qui cum aq. maioranæ hieram picram miſcent, vel benedictam, vel auream Alexandrinam, nonnulli vtuntur ſucco rutæ, &c.

IV. Sternutatoria, vt:

℥ *Pulu. hellebori gr.* j. trahatur in nares, vel piperis nigri, vel maioranæ, vel cinamomi, vel zinziberis puluere vti licet: Remittuntur puluere violar. ſiccarum.

V. Errhina, vt:

℥ *Succi rad. ireos* ʒ iiij. Fiunt inde Errhina, quæ fortiora ſunt addito felle bouis aut capræ.

VI. Poma caput exſiccantia, vt:

℥ *Nigellæ præp.* ʒ ß. *caſtorei*, ʒ j. *euphorbii*, ʒ ß. *moſchi, gr.* ij.

Contuſa ligentur in ſyndone pro pomo. Poſſunt etiam fieri naſalia ex radice iridis, & naribus immitti, vel linteum filo circumligatum intingi poteſt ſucco enulæ vel iridis, & naribus immitti.

℥ *Storacis, calamitæ, ceræ, ana* ʒ j. ß. *ligni aloes, nucis moſch. thuris maſc. rad. pæoniæ, cal. arom. ana* ℈ j. *troch. Galliæ moſch.* ℈ ß. *moſchi gr.* f. ſ. a. Pomum in ſyndone.

℞ *Nucis mosch. macis, caryophyll. cubebar. cinam. cl. ana* ℈ ß. *sem. nigellæ, ros. rub. ana gr.* x j. *Gall. mosch.* ℈ ß. Puluerizanda puluerizentur, incorporentur omnia cum ladano & storace calamita, in *vino forti & aq. ros.* dissoluta *ana q. s.* addendo *moschi in aq. rosar.* odorata dissol. *gr.* iij. f. Pomum ambræ.

VII. Vtimur etiam aquis caput exsiccantibus, vt:

℞ *Vini fortis.* ℥ iiij. *aq. vitæ,* ℥ j.

In his bulliant: *Pyrethri,* ʒ ß. *castorei,* ℈ j. *caryophyll. macis, cubebar. cardamomi, ana* ℈ ij.

Miscendentur in vitro stricti orificii.

Nasale:

℞ *Sem. nigellæ,* ʒ ß. *euphorbii, gr.* iiij. *castorei, gr.* iij. *pulu. maioranæ,* ℈ ß. *mellis q. s.* f. s. a. Nasalia.

Extra imponuntur ad alterationem capitis, sacculi, vt:

℞ *Flor. chamomeli, betonicæ, verbenæ, maioranæ, absinthii, rosar. rub. stechadis Arab. ana* m. j. *sandaracæ,* ℥ ß. *fol. senæ,* ʒ ß.

f. Sacculus ad formam Byreti interpassatus; seruetur ad vsum:

Vel: ℞ *Flor. stechadis,* m. ß. *chamomeli quartam manipuli partem. cubebar.* ʒ i j. *Gallar. cypressi,* ʒ ij. ß. *rosar.* m. j. *sandaracæ,* ℥ ß. *Galliæ mosch.* ℈ v. *ladani,* ʒ j. ß.

Contundantur omnia, f. species, ex quibus f. sacculus in modum Byrethi, obducatur syndone rubeo interpassetur, calefiunt super tegulam hi sacculi, & imponuntur ieiunis: sit autem sac-

culus

culus eiusmodi longior, quam latior, aut decoq· in vino, & expressus caliduſque adhibeatur posteriori futuræ: Aut incoquatur vino; *Flor. stechadis, saluiæ, anthus, ana p. j. bacc. lauri,* ℥ ß.

Bulliant in vino, quod lateri infundatur, sacculo calefaciendo, qui sit quadratus, longior tamen, quã latior, obducatur syndone rubeo. Potest ex vino decoqui & expressus caliduſque adhiberi posteriori futuræ. Aut incoquantur *vino flor. stechados, saluiæ, anthos, ana p. j. baccar. lauri,* ℥ ß.

Bulliant in vino, quod lateri infusum sit pro calefaciendo sacculo. Pro linimẽto vsurpari potest vinũ, cui ex superioribus sunt incocta; Aut fiat vnguentum molle, quo inungi potest futura occipitis. Mane vero ablui lixiuio medicato. Vnguentum potest eiusmodi formari.

℔ *Fol. mentæ, absinthii, saluiæ, maiorana, calami aromatici, ana* ℥ j. *bacc. lauri, cubebar. ana* ℈ j.

Cõtundantur crasso modo, bulliant in ℥ viij. vini optimi, ad cõsumptionem medietatis. Post coletur, colaturæ addatur: *Ol. costini, de piperibus, ana* ℥ j. ß.

Bulliant ad vini consumptionem, tandem adde: *Pul. castorei, bacc. lauri, macis, cubebar. Gr. iuniperi, ana* ℈ j. *ceræ parum,* f. Vnguentum. His tamen nisi post vacuationes & diuersiones vti non licet.

Inter localia sunt etiam pulueres, qui futuris insperguntur, vt:

℔ *Hyssopi, maiorana sicca, ana* ℈ ß. *cort. thuris.*

mastichis, ana ℈ j. ß. *spicæ, flor. stechadis, macis, ana gr.* x. *caryophyl. nucis mosch. ana gr.* vj. *rosa rub sicc.* ʒvj.

Tritis omnibus f. puluis.

Si memoria lædatur ab intemperie cerebri frigida tantum, consultis. est lenire aluum hac potiuncula.

℞ *Fol. maioranæ, origani, betonicæ, ana* m. ß. *sem. anisi, fœniculi, ana* ʒ j. *pœoniæ,* ʒ ß. *flor. stechadis,* ʒ j. *saluiæ, roris mar. ana p.* ß. *fol. sennæ,* ʒ iij. *passul. min.* ʒ ij.

Conquassata decoq. in s.q. aq. colaturæ: ℞. ʒ iiij. in quibus dissolue: *Cassiæ extr.* ʒ v. *diaphœnic.* ʒ ij. ß.

Misce f. haustus, pro necessitate, semel atque iterum repetendus.

Aut propinetur infusio agarici, in qua dissolue: *El. lenitiui, diaphœnic. diacath. ana q. s.*

f. Haustus.

Aut dentur pillulæ de hiera cum agar: aut propinetur infusio turbith.

℞ *Turbith. derasi,* ʒ iij. *zinzib.* ʒ j.

Infundantur in ʒ iiij. Decoctionis stechadis, *maioranæ, hyssopi, cuscutæ, thymi, ana p.* ß. *vel* ʒ ß. *liquiritiæ,* ʒ iij. *passular.* ʒ j.

Stent in infusione horis tribus: Post expressionem fortem adde: *Syr. de stechade,* ʒ ß. f. potio, quæ augeri potest *diaphœnic.* ʒ ij.

Vel: ℞ *Diaphœnic.* ʒ iij. *agar. trochisc.* ℈ j. *cum saccharo, q. s.*

f. Bolus, deauretur pro delicatis.

Potest

Potest etiam vsurpari *puluis turbith*, vt:

℞ *Turbith.* ℈ iiij. *zinzib.* ʒ ß. *pulu. pœoniæ, stechadis, ana* ℈ ß. *sacch. ad pondus omnium.*

f. Puluis pro vna dosi sumendus ex brodio, ex aq. lactis, aut ex vino calido.

His præmissis intra corpus, sumantur calefacientia ventriculum & caput, vt potiones.

℞ *Fol. saluiæ, betonicæ, maiorana, hyssopi, lauendulæ, ana* m. ß. *rad. acori, pœoniæ, cal. arom. ana* ʒ ij. *sem. fœniculi, seseleos, cymini, ana* ʒ j. ß. *flor. saluiæ, melissæ, roris mar. stechadis, pœoniæ, ana p.* ß. *passular. p.* j.

f. Decoctio in s. q. aq. colatura dulcoretur: *Sacch.* ʒ iiij. *syr. de hyssopo, de stechade, ana* ʒ j.

Misce f. potio.

Adhibentur & fomentationes, vt:

℞ *Acori, flor. stechadis, ana* ʒ v. *maiorana, betonicæ, ana* m. ß. *saluiæ, rutæ, flor. chamomeli, fol. sennæ ana* m. ß.

Decoq. in s. q. vini albi, in quo calido ponatur spongia noua, quæ expressa exhibeatur futuris, temporibus & occipiti. Refrigerata ter & quater recalefiant, fiat post frictionem, fomentatio calida, aut linteis huic decocto intinctis. Epithematis loco imponatur fronti ac futuris, idque reiteretur aliquoties.

Potest etiam potissimum occiput alterari lixiuio, vt:

℞ *Sulphuris viui,* ʒ viij. *fol. lauri, asari, vrticæ, betonicæ, maiorana, serpilli, stechadis, ana* m. iij.

Bulliant in ſ. q. aq. ad ſextæ partis conſumptionem, deinde f. lotio capitis.

Quinctiam pro linimento vinum vſurpari poterit, cui incocta ſint: *Flor. ſtechadis, ſaluiæ, anthus, ana p. j. bacc. lauri,* ℥ ß.

Bulliant, & eo q linimento liniatur frons & occiput.

Aut f. vnguentum molle, quo inungi poteſt ſutura occipitis; mane vero ablui lixiuio medicato paulo ante deſcripto:

℞ *Fol. mentæ, abſinthii, ſaluiæ, maioranæ, cal. aromat. ana* ℥ j. *bacc. lauri, cubebar, ana* ℈ j.

Cõtundantur craſſo modo, bulliant *in* ℥ viij. *vini opt.* ad conſumptionem medietatis, poſt coletur: Colaturæ addatur: *Ol. coſtini, de piperibus, ana* ʒ j. ß.

Bulliant ad vini conſumptionem, tandem adde: *Pul. caſtorei, baccar. lauri, macis, cubebar. gran. iuniperi, ana* ℈ i. *ceræ parum.*

Miſce pro linimento.

His tamen non niſi poſt euacuationes ac diuerſiones vti debemus. Eſt & electuarium confortans memoriam.

℞ *Conſ. ſaluiæ, anthos, pæoniæ, borag. ana* ℥ ij. *rad. cond. enulæ zinzib. cal. arom. ana* ℥ iij. *ſpec. diambræ, diamoſch. dulc. ana* ℈ j. *cum ſyr. de ſtechade q. ſ.*

f. Conditum, ſumendum in introitu lecti, vel: Parentur morſuli ex ſpeciebus, *Dianthos, diamoſchi dulc. pliris arcot. diagalangæ, aromat. roſat.* additis pulueribus, *Cubebar. macis.*

Lethar-

Lethargi Catholica.

LEthargus Latinis veternus est, sic dicitur amissio Memorię cum somno inexpugnabili & febre lenta. Dicitur Λήθαργος, id est, incrs obliuio, quia in hoc vitio memoria potissimum aboletur. Est igitur illud vitium, in quo patientes deficiũt in animali functione, tum sentiente tum motrice; Distinguitur à Caro, quia Carus est affectus pariter frigidus eiusdem cerebri cum defectu actionum principum. sed citra inflammationem cerebri; Lethargus autem est cũ inflammatione. Forma illius consistit in actione læsa, & est in genere symptomatum, ad differentiam eorum, quæ vel in mutata qualitate, vel in exeunte mutato consistunt, vt habet *Galen. 2. de diff. sympt. 2. & 3. de locis aff. 7. & 7 aph. 30. & 13. method. 21.* In his locis de Lethargo agitur. Consistit autem hoc symptoma in actione læsa diminuta, vt proxime ad ablatam accedat. Et hæc quidem actio læsa & diminuta facultatis nõ naturalis, non vitalis, sed animalis tam sensitiuæ quam motiuæ, quo ad sensus internos & externos: Lethargici enim nõ vident, quia ob somni profunditatem clausos tenent oculos, non audiunt, quia virtus à nimia frigiditate adeo est sopita, & intus concentrata, vt sensoria non exerceant proprias operationes; similiter quo ad internas, non discurrunt, non memorantur nisi vi quadam excitati: Læditur igitur in hoc affectu actio animalis in motu & sensu, tum interno,

Consule Hipp. 3. aphoris: 3. & 30. Item 7. aph. 21.

tum externo: Subiectum autem, quod hic læditur vel locus affectus est cerebrum, quod hic dupliciter afficitur, morbo in intẽperie & morbo in mala cõpositione. Intemperies autem illa est frigida & humida, quę facultas animalis adeo labefactatur, vt omni fere actione destituta sit. Nam quod ad motricem, hæc detinetur pigritia & inertia seu ineptitudine ad omnẽ motum: Eadem est ratio sentientis facultatis tã internæ quam externæ, quælibet enim ab insigni frigore veluti sopitur. Hæc autem intemperies cerebri frigida & humida coniuncta est cum materia, non flatulẽta, sed corpulenta & humorosa, qualis est pituita, quæ peccat hic faciendo tumorem inflammatorium. Est igitur Lethargus affectus inflammatorius frigidus, ad differentiam phrenitidis, qui est affectus inflammatorius calidus, vt docebat nos *Galenus* 13. *Meth.* 21. Hinc Auicennas veritatem illam non ignorans dicit, Lethargũ esse apostema cerebri frigidũ. Fit.n. Lethargus nunquã citra febrẽ, quia cerebrum est inflammatũ, quare semper in hoc affectu coniunctam habet febrem. *Hip.* 2. *de morbis vulgarib.* statuit Lethargum esse morbum acutiss. vt in 4. vel 7. die terminetur vel ad salutem vel ad mortem; Hoc autem nõ contingit ob solam intemperiem cum materia, nisi accedat eiusdẽ inflammatio, hæc enim morbũ facit acutissimũ. Corripitur autem cerebrũ in Lethargo, inflammatione non secundum ventriculos, quia sic fieret apoplexia

poplexia vel epilepsia in quibus motus & sensus omnino sunt ablati, sed secundum inuolucra & poros eius, & quidem non secundum totum, sed secundum partem determinatam & posteriorē potissimum, si loquamur de Lethargo incipiente, quia prima actio, quæ in Lethargo læsa conspicitur, est Memoria, hæc autem in posteriore parte residet; sed Lethargo vlterius progrediente, simul etiam anterior & media pars corripitur, vt omnis actio facultatis motricis & sensitricis tunc læsa sit: Et sic cerebrum non secundū totum, modo secundum partem determinatam afficitur; Quæritur autem; an in Lethargo cerebrum solum sit læsum; an vero etiam membranæ eius lædantur? Si Lethargus adhuc est in habitudine, tunc læsum erit solum cerebrum: Si vero longius progressus fuerit, & iam sit confirmatus, in habitu, tunc cerebri affectio communicabitur etiam membranis cerebrum continentibus, & tunc salus omnis desperata est. Sed cur in Lethargo primo afficitur cerebrum, inde membranæ, in phrenitide autem sit oppositum? Ratio colligitur à similitudine, quam habet cerebrum in Lethargo cum materia pituitosa; Cum enim Lethargus fiat à pituita frigida & humida, maximam habet similitudinē cum substantia cerebri, & maiorem quam cū membranis. Hinc fit vt in cerebro ab hac materia f. & h. occupato propter συμπάθειαν primo fiat inflammatio, postea hæc communicetur membranis;

branis; Oppositum fit in phrenitide. Cum enim phrenitis fiat à materia calida, quæ magis similis est membranis, & à cerebri natura magis aliena, hæc materia calida ascendens in cerebrum primo suscipitur in ipsis membranis, inde cerebro cõmunicatur. Ex his licet colligere huius morbi essentiam. Est igitur Lethargus actio fere ablata facultatis animalis cerebri motricis & sensitricis, internæ & externæ, producta non solum à cerebro frigidiore & humidiore cum materia consimili correpto, verum etiam à tumore inflammatorio eiusdẽ cerebri causato ab eodem succo pituitoso, qui putrescens, sui copia cerebri substantiam in tumorem primo attollit, inde etiam membranas. Superest igitur, vt causas generationis succi Lethargum facientis inquiramus: qui succus cũ sit humor pituitosus & proinde frigidus & humidus, is gignetur potissimũ in epate, veluti in officina generationis humorum omnium. Gignitur autem ibi dupliciter: Primo facultate ipsius labefactata, secundo propter vitium ventriculi. Si gignatur ob facultatem labefactatam epatis, cõcurret epar ad multiplicandum succum pituitosum, per intemperiem frigidam & humidam: Si vero aliunde manat vitium, quod vel fiet à ventriculo, vel à causa externa: A ventriculo, quoties ipse etiam ob diminutum calorem plus iusto pituitam generat, cuius copia in epate susceptа, in ipso & in toto corpore remanet: Si vero ob externam causam id

sam id contingat, fiet propter vsum ciborum frigidorum & humidorum : Vbicunque ergo genitus fuerit hic succus, cũ non possit Lethargum inducere, nisi caput occupet, illudque inflammatũ in tumorem attollat, iure causas huius fluxionis inuestigabimus ; Fluit igitur hic succus ab aliis partibus in cerebrũ, vel ob transmissionem, vel ob attractionem : Ob transmissionem, quando cpar multa huius succi copia grauatum, succum ipsius transmittit in cerebrũ, vbi diutius, quam par est, detentus putrescit, & putrescens inflammationem faciendo lethargum efficit: Vel fluit hic succus, qui à loco affecto attrahitur. Attrahi autem potest, vel quia pars affecta est dolorosa, vel quia calidiore tenetur intemperie : Nam dolor & calor attrahunt. Ex his propositis facile differentiæ & signa cognoscuntur. Ex signis aliqua denotant Lethargum imminentem, aliqua præsentem : Imminentem cognoscemus, si conspexerimus actiones læsas, quia vbi imminebit, aderit inconsueta pigritia & inertia ad quemcunque corporis motum & ad actiones sensitrices, aderit etiam capitis grauitas ob copiam materiæ frigidæ & humidæ, vt ratione frigiditatis calor diminuatur, ratione copiæ submergatur & q. suffocetur, vt eius motu impedito sequatur prigritia & inertia; Aderit etiam inusitata ad somnum pronitas, & ægri plures habebunt oscitationes : Pulsus erit tardus & mollis, id est, minus velox & frequens,

frequens, propter frigidam materiam, & ob locum affectum, qui mollis est, nempe cerebrum: Quo ad Lethargū præsentem, dum Lethargus fieri incipit, cognoscemus ex tremore capitis, qui indicat, materiam nō solum caput occupare, sed incipere etiam putrescere, vt ex *Galeno habetur 7. Aph.* 21. Pulsus erit rarior, tardior, mollior, & omnis sensus ac motus euidēter diminutus obseruabitur, ita vt ægri non modo decumbant, sed immobiles permaneant, & nō nisi excitati & punctī expergiscantur. Deinde Lethargici non solū febricitabunt, sed & circa faciem, calorem maiorem præ se ferent, quia materia in cerebro putrescere incipit: Facies pallida erit & tumida; Excrementa etiam erunt molliora & humidiora: Vrina non solum verget ad albedinem, sed quo ad essentiam, cum antea esset turbulenta, incipiet clarescere. Materia enim, quæ antea per lotium expurgabatur, dum in caput rapitur, non amplius exit per lotium. Etsi autem tanta est similitudo inter Carum & Lethargum, vt difficulter distingui possint: Tamen ex qualitate inprimis somni distinguuntur; In Caro enim somnus longe est profundior, quam in Lethargo. Deinde si Lethargici dolorose pungantur, expergiscuntur & loquuntur. Postea Lethargum semper sequitur febris, quæ Carum antecedit: Lethargus enim est inflammatio cerebri; Ad inflammationem autem partis præstantis necessario febris consequitur: Carus aūt

fit ci-

fit citra inflammationem, ideo febris carum sequitur. An vero in Lethargo, solum cerebrum, an etiam mẽbranæ lędantur, cognoscemus, quia omnia symptomata erunt in extremo pessima: An aũt materia fluat per attractionem, cognoscemus, si præcesserit Lethargum vel dolor capitis, vel intemperies calidior; Quę si nõ præcesserit, indicium erit, materiam caput petere potius per transmissionẽ, quam per attractionem.

Indicationes. Cum Lethargus fiat ex intemperie frigida & humida, erit exsiccandũ, & quia fit à caliditate valde remissa, non cum frigidis, sed potius remissis agendum; Materia pituitosa, copiosa, crassa, viscida, indicabit euacuationem, attenuationẽ, detersionem; Ratione inflammationis, nulla oritur vtilis indicatio, quia inflammatio, cũ ab hac materia dependeat, scopi priores ẽt inflammationi satisfaciunt. Materia genita euacuanda; quæ vero adhuc generari debet, cũ generari possit, vel à mala victus ratione, vel ab intemperie frigida & humida epatis & ventriculi, congrua victus ratio præscribenda, & intemperies epatis ac ventriculi corrigenda erit. Si virtutẽ consideremus, cũ in Lethargo, à nimia copia materiæ faciẽtis somnũ profundum, veluti submergatur & suffocetur, indicabitur auxiliũ euocans virtutẽ sopitam à centro ad circũferẽtiam. Quibus scopis satisfacere est difficile. Nã Lethargus cum sit morbus inflammatorius, & quidem partis præstantissimæ, cerebri, affectus certe

certe non leuis est, vt iure *Gal.* 4. *de præsagiis pulsuum* 14. statuat, Lethargum vitium esse admodum periculosum: Et 2. de morbis vulg. Lethargum dicebat vitium esse acutissimum, cum in 4. & 7. die interimere soleat, quem diem si patiens pertranseat, non erit leuis spes futuræ salutis: Eo autem Lethargus erit periculosior, quo magis prodibit à copiosiore & crassiore humore, quibus si virtutis etiam imbecillitas superuenerit, cura adhuc erit difficilior.

Lethargi cura.

SI quis affectus est, qui chirurgia indiget, is vnus certe erit Lethargus, vt in eo liceat administrare non solum venæ sectionem, sed cucurbitulas scarificatas & siccas, ligaturas, frictiones, vesicatoria, inunctiones & cauteria. Quod ad sanguinis missionem, is mittendus est ratione præsentis inflammationis, non tamen magna huius copia euacuanda est, magis enim potest huius affectus frigiditas, moderando quantitatem debitam, quam copiam sanguinis indicando, vt si à parte copiæ mittere liceat ℥ x. ratione frigiditatis & humiditatis satis erit ℥ v. vel vj. mittere. Dum autem venam secamus in Lethargo, foramen amplum esse debet, quia sanguis crassus est, & si cucurbitulæ affigendæ sunt, debemus inprimis spongia, aqua tepida, imbuta & expressa fouere & perfundere loca, in quibus ponuntur cucurbitulæ, vt sanguis crassus aliqua

ratione

ratione attenuetur, & per angusta foramina euacuetur. Si totum corpus repletum sit, secanda erit cephalica dextri lateris; hæc enim & totum euacuat, & caput simul affectum respicit; nisi mulieri menses suppressi fuerint, tunc, vena pedis aperienda, quemadmodum hæmorrhoidibus suppressis, sanguisugæ partibus illis applicandæ sunt: Eadem sit ratio de cucurbitulis, quæ dum gratia euacuationis totius administrantur, debent infernis potius, quam supernis partibus applicari. At si plenitudo non fuerit in toto, sed in capite tantum, vbi adest inflammatio, tunc ipsis spatulis ac dorso applicandæ sunt cucurbitulæ, tanquam loco propinquo. Frictiones vero, modo adhibentur reuulsionis gratia, modo ob resolutionem huius materiæ: Si propter reuulsionem, frictiones administremus, cum reuulsio à longinquo fieri debeat, in extremis partibus, vt in tibiis & coxis administrentur, quarum ratione materiam fluentem in caput ad inferiora reuellimus, & iam fluxam pariter trahimus: Si vero vtamur frictionibus, gratia resolutionis materiæ iam fluxæ, ratione loci affecti, frictiones debent administrari partibus supernis, brachiis ac dorso, quasi locis propinquioribus. Quod autem potest prohibere, quo minus his vicinis partibus administrentur, est repletio totius, quam supponimus iam euacuantibus & reuellentibus ablatam esse: Si somnus, sit profundior, frictiones asperiores esse debent, vt cu-

tem ad rubedinem vsq; fricemus, id quod petiis asperioribus fieri solet,& manibus inunctis oleo aliquo aperiente & resoluente materiam, vt *Ol. chamomel. rutaceo, laurino, vel etiam ol. de castoreo,* quod maxime cõmendatur, propterea Alexander Trallianus tanti fecit castoreum intus etiam administratum,in curando lethargo, vt scribat, pleroſque etiam desperatos eius vsu reuocatos esse; Præter frictiones sunt etiam ligaturæ, quæ ratione reuulsionis fiant in extremis partibus, vt in pedibus, ratione materiæ iam fluxæ, fiant in partibus vicinioribus,vt manibus & brachiis, quæ ligaturæ in Lethargo periculoso sint etiam magis dolorosæ. Neque etiam vesicatoria hic negligenda sunt; Cum enim Lethargus sit affectus valde acutus,vt non det inducias,vtendum est remediis, quæ citissime agunt, cuiusmodi sunt vesicatoria, quæ spacio 4.6.vel 8.horarum operantur : Hæc autem conueniunt dupliciter: quia euacuant, & quia ratione doloris sopitam virtutem excitant, vt vtraque ratione in hoc affectu non sint negligenda: Si igitur vesicatoriis vtimur gratia reuulsionis, vt quando materia raptum habet in caput, loco longinquo, vt cruribus affigantur, quando Lethargus fieri incipit : Si vero iis vtimur deriuationis gratia, vt quando materia iam impacta est cerebro, & in ipso capite quiescit, quando Lethargus iam factus est, tunc deriuando euacuabimus materiam, quæ deriuatio fiet in loco proximo; & sic

vesica-

vesicatoria administranda sunt vel spatulis, vel etiam post aures, quia natura solet per has partes materiam euacuare. Poterit autem vesicatorium tale describi:

℞ *Cantharides* ʒ iij. *sinapi castorei ana* ʒ ß. *aceti squillit. q. s.*

Mis. & cum modico frumento f. pasta, quæ dictis partibus admota vesicas excitabit. Cum autem tanta vis est Lethargi, vt somnus profundus persqueret, virtusque vsque adeo est concentrata & sopita, tunc cogemur etiam ignito ferro excitare cauteria, in occipitio inter primam & secundam vertebram, ita enim fiet euacuatio materiæ, & ratione doloris, euocatio concentratæ virtutis, quo auxilio reliquis non conferentibus, plerique sunt restituti. Quantum ad pharmaciam, quæ totum respicit, de hac alibi diximus; Vnum tamen hic non prætermittendum, quod in hoc affectu peculiare esse videtur, vt dum purgantibus vtimur, quandoque vtamur solis purgantibus pituitam, quandoque permisceamus, quæ bilem quoque euacuent. Si enim curamus Lethargum, qui est in fieri, in quo materia in caput fluit, materia fluens cum sit crassa & viscida, & propter lentorem ac visciditatem nequeat sola ferri sursum, eget aliquo vehiculo tenuiori, hoc est, humore bilioso, qui crassam pituitam in cerebrum deferat; Quare dum hoc tempore euacuationem molimur, debemus purgare nõ solam pituitã *agarico, turbith,*

colocynthide, verum etiam tunc simul permiscebimus aliquid, quod bilem euacuet, vt *rhabarbarum vel gr.ij. vel iij. scammonei.* Si autem euacuamus in lethargo iam quiescentē materiam, iam fluxam, quia tunc sola peccat pituita, satis erit vti solis remediis pituitam euacuantibus; quia vero ægri in lethargo non admittunt euacuantia; semper enim somno detenti sunt, ideo loco euacuantium per os, vel clysteriis vel suppositoriis acrioribus vtendum est, vt: ℞. *Fol. Mercurialis, centaurii min. carthami ana* m. j. *agarici trochisc.* ℥ iiij. (loco illius vrgente maiore necessitate, *pulpæ colocynthidos*, ʒj.) Misce decoq. *in aq.* ℞. *Decocti.* ℔.j. in qua dissolue: *Mellis ros. solut.* ℥ iij. *diacohœnic.* ʒ ij. *salis communis tantundem*; Misce ℞ clystere Suppositorium acre tale fit: ℞ *Pulpæ colocynthidos*, ʒ j. ß *salis gemmæ*, ʒj. Misce cum melle q.s.f. suppositorium. Qua euacuatione præmissa, vt totum respicit, deueniendum est ad ea, quæ caput repletum euacuant sensibiliter & insensibiliter: Sensibiliter, vt sunt sternutatoria, masticatoria & huiusmodi; Insensibiliter, vt sunt, euaporationes & inunctiones. Sternutatoria fiant ex iis, quæ vim habent humorem lentum & crassum impactum cerebro, attenuandi, detergendi, purgandi, huiusmodi sunt, quæ à *Galeno lib. de instrumento odoratus in lethargo probantur: Pyrethrum, piper, agaricus, helleborus albus, epithymus, castoreum*, quæ omnia ab Auicenna etiam proponuntur, & Gal. etiam vsq; ad sinapin

ascen-

ascendebat, morbus enim est valde acutus & cõtumax, ex his igitur propositis f. puluis, quem naribus insufflemus per arundinem perforatam, vt lethargicus somno sopitus excitetur & sternutet, & sic materia impacta euacuetur. Possumus etiam vti masticatoriis, si patiens non est detentus profundo somno: Vt ex *masticha, pipere, pyrethro*; quo tempore palatum etiam inungamus *theriaca, mythridatio, triphera magna, &c.* Quæ vero insensibiliter euacuant, sunt euaporationes, quæ ex iisdem materiis fieri possunt, vt si incoquamus *aquæ castoreum, saluiam, rutam, stichadem*, & similia, ac talem euaporationem admoueamus naribus patientis & meatui auditorio, mediante arundine perforata, cuius altera pars extrema sit immersa dicto decocto calido, altera extremitas ipsam aurẽ ingrediatur. Tandem pro curatione lethargi etiam reliqua administrabimus extra, ipsi capiti, respicientes ad materiam modo fluentem modo fluxam: Ratione materiæ fluentis, in principio lethargi, vtemur repercutientibus, ne materia à capite suscipiatur. Tale medicamentum repercutiens erit factum ex *oleo ros.* non tamen rosato omphacino, sicut in phrenitide, quia lethargus est affectus valde frigidus, ideo non admittit medicamenta frigidiora citra noxam. Quare hic vtendum erit *ol. ros. cum castoreo & aceto squillitico.* ℞ *Ol ros. completi,* ℥ ij. *castorei triti,* ʒ j. *aceti squillit.* ad penetrationem & attenuationem, ʒ iij. Misce pro oxy-

rhodino, & apponatur commissuræ capitis abrasis capillis: In augmento vtamur eodem oxyrhodino, addentes *ol. chamomel. & rutaceum*, quæ discutiunt. In statu autem vtendum est solis resoluentibus, sicut etiam in declinatione, nisi quod in declinatione validioribus vtamur resoluentibus, in statu vero mitioribus, vt in declinatione; ℞ *Castorei* ʒj. *sinapis* ϑj. *calamenti mont. thymi an.* ʒß. *ammoniaci* (vt demus formā consistentem) ʒij. *terebinthinæ* ʒj.ß. Mis. & appone cōmissuræ coronali. NB. *Hic dubitatur, cū in Lethargo somnus & obliuio vigeat, quæ sunt à materia frigida & humida, quomodo hic affectus ab inflāmatione fieri queat.* Respondet excell. Capouaccius, pro solutione dicendum, somnū fieri posse etiam à sola humiditate, vnde *Gal. 4. de præsag. puls.* 8. ait, coma fieri discrasias humidas. Neq; in Lethargo somnus est ita ꝓfundus, vt in Comate & Caro. Quoad obliuionem & inertiam, scire oportet cum *Gal. in arte medendi*, cerebrū esse aptum ad actiones obeundas, dum substantiam obtinet tenuem ac stabilem, quæ formas facile suscipit, hæc autem in Lethargo desiderantur; nam in eo cerebrum ita se habet, vt spōgia aqua repleta, vnde instar spongiæ in tumorem attollitur: Sicut igitur spongia ita repleta humiditates non suscipit, ita cerebrum repletum non suscipit aut vix suscipit, vt imaginatio veluti deficiat; Præterea, vt spongia repleta nō sinit humiditatē per suos poros penetrare; ita species permeare

meare nõ possunt per cerebrũ, vnde discursus & imaginatio læduntur. Excell. Mercurialis sic statuit, certũ esse, Lethargũ proprie sic dictũ semper fieri à putrescẽte pituita, sed p̃supponit hæc duo: Primo putredinẽ pituitæ leuem & exiguã esse; Secundo propter hanc rationem necessario etiam febrem, quæ huiusmodi Lethargũ comitatur, esse leuem ac lentam; sequitur .n. leuẽ putredinem humoris frigidi. Sed cur est, quod pituita putrescẽs facit somnũ profundum. Cũ cõstitutũ sit à Galeno, somnos profundos & Lethargũ ipsum fieri à summo frigido? Ratio huius rei est, quia pituita, quomodocunq; sit, semper comparata ipsi cerebro, est frigidior, vnde quãto magis in cerebro hæc pituita fusa est, tanto latius & cõsequenter, tanto vehementius suã frigiditatẽ cerebro cõmunicat. Funditur aũt pituita in Lethargo à calore putredinali, quia cum antea crassa esset ac viscida, ope caloris putredinalis magis subtilis, & magis tenuis redditur, quo fit, vt eius frigiditas magis agat; ꝓpter subtilitatẽ .n. magis penetrat. Huc accedit ꝙ calor ille cũ agat & moueat, cõsequẽter pituitã ipsam per totũ cerebrũ diffundit, cũ qua diffusa simul propagatur pituitæ frigiditas. Quare constat, pituitam q̃ Lethargũ in cerebro facit, putrescere, nõ quidẽ in tumorẽ datã, sed fusam solummodo, & in meatib⁹ ipsis dispsam. Quare neq; Galen. neq; vllus Græcor. alius, in lethargo tumoris meminisse videt, sol⁹ Aucen. lethargũ dixit apo-

ſtema frigidum. Omnis autem lethargus Celſo lethalis eſt, & *Hipp.* 2. *de morb.* dicit, lethargicos fere ſeptimo die interire, qui hunc pertranſeunt, eos ſeruari. Idem 3. *de morb.* iudicat, lethargicos, ſi fæces emittant liquidas, pro deſperatis haberi. Et *Auicennas* tradit, lethale eſſe in lethargicis, ſi accidentia augeantur & ſudor abundet, & ipſi non reſpirent; & 7. *aph.* ſcriptum eſt, tremorem in lethargo malum lethale eſſe, eo quod indicium eſt, principium neruorũ magnopere tentari. De febre autem in lethargi curatione nulla ſollicitudo habenda eſt, cum ſit accidens, quod ſequitur pituitæ putredinem in cerebro, vnde ea ſublata febris etiam aufertur. Aluus quotidie liquanda eſt enematibus & ſuppoſitoriis, vt: ℞. *Nitri, hellebori albi, ſalis gemmæ ana gr.* iiij. *ſpec. hieræ, colocynth. ana* ℈ ß. *cum melle q. ſ.* f. ſuppoſ. ℞. *Fol. centaurii*, m. j. *ſem. carthami, fol. ſenæ, ana* ℥ ß. *betæ* m. j. f. decoctio ſ. a. deinde ℞. *Decocti* ℔ j. *el. roſ. meſ.* ʒ ij. *ol. chamomel.* ℔ ß. *ſalis*, ʒ ß. Miſce pro clyſtere. Deinde oxyrhodinon eiuſmodi conueniet in principio lethargi. ℞ *Calamenti, thymi, pulegii, ana* m. ß. *aq. communis q. ſ.* f. decoctio ſ. a. Deinde ℞ *Decocti* ℔ j. *el. roſ.* ℥ iiij. *aceti* ʒ ij. Miſce vbi autem progreſſus fuerit morbus, tali vtendum: ℞ *Serpilli, maioranæ, ana* m. j. *peucedani* ℥ ß. *aq. comm.* ℔ j. Decoq. ſ. a. decocti huius ℞. ʒ x. *aceti opt.* ʒ ij. *ol. roſ.* ℥ iij. Miſce pro odoramentis conueniunt peucedanum & maxime caſtoreum, *teſte Gal.* 11. *Meth.* Valet etiam mirifice

ad ex-

ad excitandos lethargicos, ruta, & pili humani combusti: Castoreum aceto colliquatum fronti illinatur. Prodest etiam hoc suffumigium: ℞. *fol. rutæ, pul. serpilli, maioranæ ana* m. j. *castorei in petiam ligati,* ʒ j. *aq. comm.* ℔. ß. *aceti opt.* ʒ iiij. Bulliant simul, & inter bulliendum fumus naribus lethargici apponatur. Hic etiam puluis ad sternutationes concitandas naribus immittatur: ℞. *Ellebori albi, castorei, ana* ℈ ß. *serpilli, piperis albi ana* ℈ j. Puluerizentur omnia diligenter & naribus inspirentur; in magno affectu sinapi addatur: Affricantur etiam palato, *theriaca vetus, mythridatium, diamoschus, diambra,* conf. anacardina; hæc calefaciendo attenuant, & lethargicos mirifice excitant. *Trallianus & Celsus* pro expurgatione humorum commendant vsum *castorii & scammonii,* alii *hieram & colocynthiden* administrant: Sed de scammonco dubitatur, cum tantum bilem purget: Sic etiam de hiera, cuius medicamenti basis est *aloe*: *Aloen* autem somnum inducere, & *Dioscorides & Gal.* tradideruut: Poterit autem in hoc affectu scammonium misceri castoreo, & aloe aliis, vt fit in compositione hieræ, & sic in lethargo magis conferent, & minus nocebunt.

Lethargo curando remedia.

Clyster fortis:

℞ *Saluiæ, rutæ, thymi, ana* m. j. *ammeos, carui, carthami, ana* m. ß. *colocynthidis in petia lig.* ʒ ij. *rad. acori, ireos, pœoniæ, ana* ʒ iij. Coq. colaturæ adde:

El. bened. laxat. ℥ j. ß. *ol. absinthii, chamom. ana* ℥ j. *mellis anthosati,* ℥ vj. *salis,* ℥ ß. f. Clyster, qui iniuciatur.

Vel: ℔ *Herb. pulegii, centaurii, ana* m. j. ß. *flor. anthus, stechadis, ana* m. ß. *agar.* ℥ iij. *polypodii querc.* ℥ j. *fol. senæ mund.* ℥ vj. *rad. enulæ, altheæ, ana* ℥ ß. *sem. anisi, seseleos, pœoniæ, ana* ℥ ij. *veratri,* ℥ ß.

Coq. decocto adde: *El. diaphœnic. conf. hamech. Indi, ana* ℥ ß. *ol. lini, laurini, ana* ℥ i. ß. *salis,* ℈ iij. f. Enema.

Glande quoque aluus sollicitanda est; vt:

℔ *Euphorbii, pyrethri, ana* ℈ ß. *sinapi,* ℈ j. *ellebori,* ℈ ij. *zinzib. salis gemmæ, ana* ℈ j. *hieræ picræ,* ℥ ij. *mellis q. s.* f. Suppositorium.

Inde ad topica descendendum: Capiti *oleum rosatum cum aceto* liberaliter infundatur:

℔ *Ol. rosar.* ℥ iij. *aceti de castoreo,* ℥ ij. *aceti squillit.* ℥ j. Misce f. Embrocha.

Postea frictiones violentæ adhibeantur, manibus aceto ac sale prius madefactis, aut olco vetere cum nitro tosto & pipere inunctis. Deinde omni studio æger excitetur, & somnus interrumpatur clamoribus ac strepitu vario, clangore etiam tubarum, si opus est; aliquando crura eorum vrticis tanguntur, referente Plinio, aut cantharides cum fermento acri, pulposis partibus applicentur. Alexander scylla & sinapi cum aceto tritis cataplasma format, imponitque coxendici: Castoreum quoque naribus admotum, multũ præstat in hoc negotio; & capilli humani

cremati

cremati & in aceto macerati vel liquefacti, & naribus illiti, præsens creditur antipharmacum lethargicis. Inter topica celebratur cataplasma capiti calide impositum, cui vim habet dissipādi:

℞ *Farinæ lupinorum*, m. j. *bacc. lauri, cymini, iuniperi, ana* ℥ j. *rad. ireos, enulæ, pæoniæ, ana* ʒ iij. *althea*, ʒ j. *Fimi columbini*, ℔ ß.

Coq. in lixiuio ex cineribus caulium brassicarum, postea contundantur, adde: *Ol. costini, lilior. ana* ℥ j. *rosar.* ℥ j. Misce pro cataplasmate.

Quinetiam fœtida narib. vtiliter admouentur, vt, *galbanum, sagapenum, castoreum, allium, ceruorum cornua, veratrum, pix cruda:* Palatum quoq; acribus fricetur, qualia sunt: *Sinapi, semen nasturtii in aceto squillitico, mel anacardinum, mythridaticum: Sternutamenta* moueantur *pipere, euphorbio, helleboro.* Lingua fricetur hoc masticatorio:

℞ *Agar.* ʒ j. *pyrethri, zinzib. ana* ϑ i. *mastichis, euphorbii, staphisagriæ, ana* ϑ ß.

Excipiantur melle, aut cum purgatis passulis & nucleis persicorum f. masticat.

Interdum deglutiat frustulum aureæ alexandrinæ, aut masticet radicem pyrethri conditam, aut diatrion pipereon, diagalangam, diambram, diamoschum, aut paretur hoc electuarium:

℞ *Conf. anthus*, ʒ j. *nucis mosch. cond.* ℥ ß. *zinzib. cond. conf. acori, ana* ʒ ij. *xylo aloes, macis, piperis, galangæ, sem. pæoniæ. ana* ϑ j.

Incorporentur, f. cum brodio zinzib. q. s. Electuarium ad vsum prædictum.

Si ne-

Si neque istis morbus discutiatur, cucurbitæ scarificatæ occipitio affigantur, & caput Scylla aut nitro perfricetur, aut applicetur sinapismus, ex caricis, fermento, sinapi & aceto simul tritis. Nonnunquã sudore lethargus finitur, ad quem proliciendum, oportet ægrum bene confectum cubare, eique lagenas circumponere impletas feruente *decocto foliorum lauri, cymini, iuniperi, & gentianæ.* Et hæc de cura lethargi.

SPICILEGIVM IV.

DE SOMNO ET VIGILIIS præter naturam:

SIVE

De morbis somniferis & vigiliis superfluis ac immoderatis.

INTER passiones cerebri enumerantur somnus & vigilia, dum modum excedũt; & quia somnus præter naturam melius cognoscitur ex cognitione somni naturalis; ideo paucis de somno secundum naturam agendum est, cuius necessitas primum est apponenda, quæ ex eo colligitur, quoniam actiones humani corporis sunt in duplici discrimine; aliæ assidue exercentur, & quamdiu exercentur, tamdiu etiam consistunt, cuiusmodi sunt actiones naturæ. Semper enim coctio fit, semper fit nutritio, & semper

ſemper præcedũt actiones nutritioni inſeruientes, quarum actionum quies eſt mors ipſa: quædam vero actiones ſunt, quæ per interualla tantum exercentur, cuiuſmodi ſunt omnes actiones animales; non enim ſemper moueri poteſt homo, non ſemper diſcurrere, neque vigilare, neq; dormire, cuius diuerſitatis ea eſt ratio, quia actiones naturæ agendo ſeipſas conſeruant, ideo pro ſui conſeruatione debent verſari in aſſidua actione: Animales vero ſeipſas conſeruant tum agendo, tum quieſcendo; tunc autem vere quieſcunt actiones animales, quando anima ſecundum omnes ſuas vires in cerebrũ tanquam in communem arcem contrahitur & concentratur, quod fit potiſſimum per ſomnũ, vt hinc ſomni neceſſitas oriatur. Somnus igitur naturalis nihil aliud eſt quã quies actionum omnium animalium, conſequentor actionis voluntariæ motricis, actionis ſenſitricis internæ, & actionum externarum quinque ſenſuum. Actio vero naturæ tempore ſomni tantũ abeſt, vt quieſcat, vt tunc etiam validior efficiatur, quare ſomnus naturalis quies erit actionum animalium tantum, ſicut cenſuit *Ariſtoteles lib. de ſomno & vigilia.* Quia vero ſomnus eſt paſſio viuentis corporis, quodnam eſt ſubiectum huius paſſionis? Si Ariſtotelem ſequamur, cogemur cum ipſo dicere, eſſe cor: Si Medicos, ipſum cerebrum; ſed ne in controuerſiis tempus conteramus, aduertendum, quod ſubiectum ſomni & vigiliæ ſit in duplici

plici differentia; alterum principale & commune; alterum minus principale & magis proprium & consequenter manifestatiuum. Somnus si referatur ad subiectum commune, principale & remotum, cum Aristotele dicendum esse ipsum cor, quia cum cor sit principalis animæ officina, iure subiectum commune est totius animæ; non tamen omnes animæ facultates manifestantur per cor distincte, quamuis in eo quasi communi subiecto contineantur. Quare si sermo fiat de somno, vt referri debet ad subiectum proprium somni, cum Galano statuendum est, esse ipsum cerebrum, quia per cerebrum somnus & vigiliæ exercentur & manifestantur; quæ resolutio cuidenti exemplo magis explicatur, sumpto à sectione ipsa, quæ operatio prodit à duplici subiecto vel instrumento; à securi & à brachio, sed à securi, vt à subiecto & instrumento proprio, cuius munus est tantum secare; eadem sectio prodit etiam à brachio, sed vt ab agente cõmuniore, quia munus brachii nõ est tantum secare, sed multas ac diuersas actiones exercere: Sic cordis munus est commune instrumentum & indifferens, ad omnem actionem, quia totam animam recipit: Cerebrum vero recipit eandem animam ad somnum, vigiliam, visionẽ, discursum & reliqua; somnus ergo est passio cerebri. Sed quænam est causa somni? Facultas cerebri quiescit ob vaporẽ alimenti condensatum à cerebri frigiditate, ratione cuius vaporis condensati à frigidi-

giditate cerebri facultas animalis ligatur, & ligata à propriis muneribus retrahitur, vt vna cum calore in cerebrum concentrata, cerebrum desinat exercere suam operationem. Quare causa effectrix somni naturalis est attractio facultatum animalium cerebri, in ipsum cor, quæ fit à vapore frigido eleuato ab alimento in cerebrum, ligante ipsam facultatem, ne opera sua exerceat. Hinc est quod somnus potissimum à cibo fieri solet, quia post cibum eleuantur vapores copiosi ad cerebrum ab alimento; contra vero in iis, qui ieiunant, propter defectum horum vaporum vel non dormiunt, vel somnos habent & breues & ad vigilias valde propensos. Concepta natura somni naturalis, descendamus ad somnum præternaturalem, qui distingui potest in morbosum & non morbosum. Per somnum non morbosum intelligo somnum causatum à causa aliqua externa, vt ab ebrietate, vel ab vsu alicuius soporiferi medicamẽti: De quo somno hic non agitur. Morbosus vero, qui comitatur aliquẽ morbum, duplex est, prout duplex morbi genus comitari potest; vel enim comitatur morbum cerebri intemperie & quidem in intemperie frigida & humida, cum materia consimili, ratione cuius, copia quinetiam peccantis, cerebrum ita refrigeratur, vt facultas animalis veluti ligata, & in cor, vt in propriam arcem retracta desistat ab operationibus, & sic somnus fiat. Hunc somnum alii dicunt Coma, *Gal. lib. de*

comate

comate cataphoram vocat; Latini ſoporem & ſomnum profundum; vel ſomnus eſt morboſus, qui comitatur morbum in mala compoſitione, morbum in via obſtructa à materia pariter vel frigida & humida, vel humidiore tantum, & hunc ſomnum vocant carum.

De comate & cataphora.

CAtaphora alia exquiſita eſt, alia ſpuria vel notha.

Exquiſita eſt, quæ & coma ſomnolentum dicitur, in qua patiens actu dormit, ita vt ægre & cum difficultate poſſit expergiſci, fitque ab vnica materia impermixta, alias non eſſet exquiſita, eaque pituitoſa, occupante cerebrum ſecundum eius ſubſtantiam, non ventriculos, ad differentiam cari. Altera cataphora dicitur ſpuria, eſtque in qua ægri oculos clauſos detinent, dormire cupientes, non tamen actu dormiunt, nec propterea vigilantium munera exercent, ſed inſtar dormientis quieſcunt; hæc cataphora fit ab humore permixto, hoc eſt, partim frigido partim calido, ab humore pituitoſo & bilioſo, vt ratione copioſæ pituitæ occupantis cerebrũ, ita grauetur patiens, vt in ſomnum ſit maxime procliuis, vt neque oculos eleuatos detinere poſſit; propter permixtionem tamen bilis, patiens non dormire poteſt. Quo ad formam exquiſitæ cataphoræ, conſtat hanc eſſe ſymptoma, quod in ablata actione omnium facultatum animalium

conſi-

consistit, ita vt hæ nec discurrant, nec videant, nec audiant nec moueantur, nullamq; prorsus actionem facultatis animalis exerceant; sed somni profunditate penitus quiescant, vt non nisi clamoribus excitati expergiscantur. Huius somni sedes propria est cerebrum veluti prima sedes animalis facultatis. Vt igitur fiat talis somnus, necessarium est affici cerebrum, quod in hac exquisita cataphora afficitur dupliciter; vel facultate labefactata, vel eadem impedita, vt habet *Gal.3.de.l.4.3.4.de præsag.ex puls.9. & lib.de Comate, & Auicennas loco suo.* Consistit autem hæc labefactatio in intemperie frig.& hum. vel in frig. & humida : cum materia modo frig. & hum. vt pituita, modo humida tantũ, vt est sanguis frigidior. Ex omnibus istis causis fit cataphora, differẽtia tantum est penes magis & minus; Vbi enim erit intemperies humida tantum copulata cum materia humida vt est sanguis frigidus, fit somnus p.n. longus ; Si propter humiditatẽ frigiditas accedat, somnus non solum longus, verum etiam profundus erit. Materia autem hæc, siue frigida & humida sit, siue humida tantum, est potissimum vaporosa, non corpulenta, hæc enim dum ventriculos cerebri obsidet, carum potius efficit: Materia autem vaporosa vel generatur in cerebro intemperato frigidiore & humidiore, vel aliunde prouenit à causa externa, vt ex nimia ingurgitatione potus vel vsu medicamẽti soporiferi, vel ab interna causa aut ratione

totius, cum totum frigidius erit & humidius, vt si corpus pituitosum fuerit, vel excessus erit in humiditate tantũ, vt si corpus sit sanguineum; aut ratione partis determinatæ, & vel à ventriculo frigidiore & humidiore, vel ab epate & aliis partibus: Deinde cum hæc materia non modo peccet in quali, verum etiam in quanto, hinc erit modo copiosior, modo minus copiosa; si peccat in copia, somni fient longiores & profundiores. Hinc differentiæ facile eruuntur. Signa etiam erunt manifesta. Hic autem distinguemus Cataphoram à Caro; Etsi enim in vtroque affectu omnis actio animalis est ablata: tamen qui cataphora corripiuntur, solis clamoribus non modo expergiscuntur, verum etiam loquuntur, sed statim ad antiquum somnum reuertuntur. Qui vero Caro detinentur, hi solis clamoribus non excitantur, sed punctione potius & ea quidem dolorosa, nec propterea vocem edunt.

Curatio.

CAtaphora cum dependeat à materia humida tantum, vel humida & frigida simul, indicatur auxilium modo siccans modo calefaciens, & quia hæc intemperies est à materia, indicatur euacuatio: Si fuerit vaporosa, ea indicat euacuans insensibiliter, hoc est, auxilium discutiens: Si corpulenta, euacuabitur sensibiliter: Quo ad qualitates secundas, crassa erit attenuanda,

nuanda, viſcida detergenda: Si hæc materia aliunde defluxerit, indicabitur auxilium intercipiens motum materiæ, intercipitur autem vel reuellentibus, vel repercutientibus: ſi autẽ hæc materia quieſcat in capite, ibique gignatur, ex parte qua eſt genita, indicabit auxilium euacuãs deriuando per nares, palatum, os, fauces: Ratione generandæ, cum ob dictas cerebri intemperies generetur, cum contrariis alterantibus erit procedendum. His ſcopis difficile eſt ſatisfacere; in hoc enim vitio actiones animales nõ ſunt debilitatæ, ſed potius ablatæ, & afficitur membrum prẹſtantiſſimũ cerebrũ; Pro varietate cauſarum varie prognoſticandũ eſt: Nam hoc malum erit peius, ſi non modo ab humida, verum etiam à frigida cerebri intemperie dependeat: Adhuc deterius ſi fiat à materia pituitoſa, quam ſi à ſanguinea, Et ſi per eſſentiam in cerebro gignatur, erit deterius, quam ſi per conſenſum aliunde fluat. Quia tamen vitium eſt, quod auferri eitam ſolet, videndum, quibus auxiliorum materiis illi occurratur. Quod ad chẹurgiam; vbi ſanguis abundauerit, & nihil prohibuerit, mittendus erit: Locus & quantitas & reliqua per ſe patent: Cauteria hic etiam locum habebunt, ſi hoc vitium prodierit à materia humoroſa & ẹorpulenta; & tunc modo affigantur occipitio inter primam & ſecundam vertebram, modo partib⁹ infernis: Nã ſi in capite primario gignatur materia, eget euacuatione reuellendo, pro-

inde occipitio affigatur cauteriũ: si vero ab infernis partibus fluat, iisdẽ affigatur, vt à capite euacuat reuellendo materiam fluentem, & ab infernis partibus deriuando. Quod ad pharmaciam, etsi materia cruda ex præcepto Hippocratis prius concoctionem indicat; tamen quia cataphora statim petit cerebrũ vt membrũ principale, potius materia erit euacuanda quam cõcoquenda. Quantũ ad medicamẽta localia, hæc vel respiciunt sopitam virtutem, vel causam sopitæ virtutis; Cum virtus sopita sit, quia nimis est concentrata, & veluti à copiosa materia suffocata & depressa, indicat sui euocationem à centro ad circumferentiam, id fit frictionibus & ligaturis etiam dolorosis: Ratione vero causæ deprimentis & centrantis hanc virtutem, cũ hæc causa sit materia tum vaporosa tum corpulenta, & vtraque copia & frigiditate & humiditate peccante, merito vaporosæ, hæc insensibiliter euacuanda est, quod fiet lotionibus discutientibus, irrigationibus & stillicidiis, quæ parari poterunt ex aceto acerrimo, in quo sint decocta, quæ habent vim discutiendi flatus, vt sunt *flores anethi, chamomeli, fol. betonicæ, stechadis, saluiæ, iuæ, rutæ,* & similium. Hoc aceto ita præparato vti possumus per modum euaporationis, vt naribus admoueatur, vt hoc pacto vis sopita excitetur, & ratione discutiẽtium vaporosa materia minuatur: Eadem euaporatione vti possumus, non modo per nares, sed etiam per aures, inter-

interuentu arundinis perforatæ, vt secundū alteram extremitatē applicetur auribus patientis, secundum alteram mergatur in dicto aceto, ex quo etiam stillicidium in commissura coronali fiat. Si materia fuerit corpulenta, (supra dictum est coma fieri ex materia tantum vaporosa. Ergo hic corpulenta locum non habet) cum sensibiliter euacuantibus agendum, vt cum masticatoriis, errhinis & huiusmodi; sed cum hæc locum habere in cataphora nō possint propter somnū patientis, ideo vaporosam tantum euacuabimus, ideo si hęc materia aliunde fluxerit, vt assiduo caput repleatur, opus erit oxyrhodino, nō tali, quali in phrenitide vtimur, in qua scopus est ascensum materiæ repercutere, quod fit oleo rosato, cui acetum pro penetratione aspergimus, sed in cataphora maior debet esse dosis aceti quam olei rosati, quia hic non tantum intentio est materiam ascendentem repercutere, verum etiam vigilias excitare, vt ℥ *Ol. ros.* ℥ j. *aceti acerrimi* ℥ iij. Mis. pro oxyrhodino. Modus administrandi erit, vt potius sit actu calidum, quam frigidum; applicetur autem commissuræ coronali.

De Caro.

Καῦος dicitur ἀπὸ τῦ καίεσθαι, id est, à grauando, quia caput in hoc affectu grauissimum esse videtur. *Cœlius Aurel.* appellauit pressuram, æmulatus nomen Græcum: Arabes gra-

uem dormitionem vocarunt; Celsus dixit marcorem; Plerique Latinorum soporem vocant. *Galenus* dicebat Carũ esse veluti paralysin imaginationis: Sicut enim in paralysi amittitur ex toto aut sensus aut motus aut vtrumque: Ita in Caro amittitur imaginatio ex toto. Carus igitur est vitium illud, in quo patientes sensu & motu priuantur, respiratione tantũ integra manente, vt nõ nisi dolorose puncti possint excitari; Est autem Carus alius exquisitus, alius spurius. Exquisitus fit ab humore frigidiore & humidiore tantum, vt est pituita, cui humori si alter specie distinctus copuletur, fiet Carus spurius & noth⁹. De exquisito passim agit *Gal.* p̃cipue *1.prorhet. sect.2.com.29. & 2.de articulis c.21. & 4.de locis aff.2. & 5.de l. aff.1.* Quod ad formam, ea consistit in ablatione facultatis animalis, quia Caro existente, patiens neq; agit quo ad motũ, neq; quo ad sensum, siue is fuerit externus siue internus, vt nec videat, nec audiat, imo etiam sensu tactus priuetur, non tñ omnibus modis, quia qui Caro detinẽtur, si corũ corpora manibus simpliciter tangantur & pertractentur, non sentient, & si magis ẽt clamore vocentur, nõ expergiscuntur, at si dolorose pungantur, tunc secundũ Aetium sentiunt, non tñ loquũtur, contrahunt .n. vel membrũ læsum, vel aliã corporis partẽ, quo Caro nuper quædã puella detinebaẽ. Forma igiẽ Cari est ablatio actionis animalis tũ sensitiuæ tũ motiuæ. Subiectũ vel sedes affecta est ce-

est cerebrũ, vnde origo est sensus & motus. Cũ aũt cerebrum considereturr, vt est pars similaris, & vt est dissimilaris, scil. ratione ventriculorum, modus læsionis actionũ animalium ostẽdit lædi cerebrũ, vt est pars dissimilaris, quia si lædereẽ, vt est pars similaris, vitium esset in intemperie, sed intemperies secundũ *Gal.3. de l.aff.7.* nec cito fit, nec cito desinit. Hoc autem vitium cito fit; Ergo non ab intemperie. Læditur ergo cerebrum vt dissimilare, secundum ventriculos, qui in hoc morbo angustãtur, vnde impeditur motus spirituum animalium in reliquum corpus. Angustia aũt illa, cum fiat vel ab obstructione, vel à compressione, vel à subsidentia ventriculorum, *teste Gal.8. de loc. aff.2.* Quod ad obstructionem, hæc in Caro non fit à materia vaporosa, vt in comate vel cataphora; sed à corpulenta, distinguitur autem ab ea, quæ Lethargũ facit: Lethargici enim interrogati respondent, non item carosi. Materia autem corpulenta faciens Carum, est tantum pituitosa, quæ primo debet esse copiosa, quia alioquin nõ posset omnino obstruere ventriculos cerebri, sicut fieri debet in Caro. Secundo, quia debet peccare in qualitate prima; A pituita .n. nõ salsa, sed frigida & humida Carº generatẽ. Tertio debet peccare in qualitate secunda, quia debet esse crassior & viscidior; Hinc carosi diu hoc vitio occupari possunt, q a materia diu adhęret. Hęc aũt materia pituitosa, modo in cerebro, mõ alibi generatẽ: Si in cerebro, fit ab

eius intemperie frigidiore & humidiore; si non in cerebro, tunc vel oritur à causa interna vel externa; ab externa ob potum copiosiorem, sic *Gal.* dicebat, *Carum fieri ex ebrietate*; Interna vero causa vel generabitur à toto, vel à parte determinata; à toto, si contingat, totum corpus esse pituitosum; à parte, vt vitio ventriculi frigidioris & humidioris. Si autem fiat angustia ventriculorum cerebri à compressione, fiet compressio illa propter causam externam, propter ictum, vel compressionē capitis, quæ si insignis fuerit, vt ventriculos cerebri comprimat, impediet motum spirituum animalium, vt totum corpus sensu & motu priuetur. Si hæc angustia consistit in subsidentia, hæc fiet, quando animalis spiritus inanitur, resoluitur, dissipatur: Dissoluitur autem, vel ob insignes dolores, vel ob morbos acutos præcipue vētriculi, propter consensum, quē habet cum cerebro, vel etiam vteri, ratione eiusdem consensus. Quæritur autē hic, quisnam ventriculus cerebri afficiatur in caro? Læsio actionum ostendit, an omnes vel saltem aliqui lædantur. In caro aufertur omnis actio facultatis animalis, ergo omnes etiam ventriculi sunt affecti, quamuis magis afficiantur anteriores, quam postremi, ex *Gal. l. c.* Hinc facile differentiæ & signa cari eruuntur. Distinguitur autem carus à lethargo; etsi enim lethargici quoque sensu & motu priuantur, & oculos clausos detinent, tamen si magno clamore vocentur,

non

non ſolum expergiſcuntur, ſed & interrogati reſpondent; caroſi vero id præſtare non poſſunt; ſed cum neque in apoplexia, patientes expergiſcãtur nec reſpondeant, quemadmodum etiam in caro, quomodo differt carus ab apoplexia? Etſi in vtroque vitio ablatus eſt ſenſus & motus; tamen apoplectici ſi doloroſe tangantur, aut acu pungantur, non reſpondebunt, nõ mouebuntur, ſed ſenſus & motus ablatus perſeuerabit; caroſi vero ſi pungãtur, mouentur ſecundum aliquam partem, etſi non ſemper reſpondent, & hoc cognoſcemus ex cõtractione membri, quia antequam pungantur, immoti permanent, puncti vero membra contrahunt. Deinde in apoplexia neceſſario læditur reſpiratio, imo quandoq; vſq; adeo læditur, vt ſenſu non conſtet, an reſpirent; in caro vero reſpiratio non eſt læſa. Quod ad ſigna indicantia differentias: Si carus fiat ex compreſſione ventriculorum cerebri, præceſſit ictus vel percuſſio capitis: Si fiat ab obſtructione, aderunt ſigna copioſæ & prædominantis pituitæ, aderit etiam conſueta eius per nares aut per alias partes euacuatio; ſi fiat à ſubſidentia, neceſſe eſt in corpore adeſſe cauſam, quæ poſſit inanire ſpiritus animales, aderunt igitur inſignes dolores, & pulſum obſeruabimus imbecillem: An autem carus fiat in cerebro per eſſentiam, cognoſcemus ex cerebri temperamento frig. & hum. ex copia pituitæ in cerebro redundante, ex eius euacuatione conſueta ſup-

preſſa, & ex affectus vniformitate: Si vero fiat per conſenſum, & ſi à toto, aderunt ſigna pituitæ redundantis in toto; ſi à parte, aderunt ſigna ſecundum partem determinatam: Si vero à cauſa externa fuerit, cognoſcemus, quia præceſſit ebrietas: Quod ad indicationes: Si carus fiat ab obſtructione, cauſæ obſtruenti occurrendum, & ita ex parte copiæ euacuandum, ex parte frigiditatis & humiditatis, calefaciendum & exſiccandum erit, ex parte craſſitiei, attenuandum, &c. Si à compreſſione propter ictum, ictui occurrendum. Si fiat à ſubſidentia propter ſpirituum inanitionē, ſpiritus reſtaurandi ſunt celerrime odoribus, ſed potiſſimum vino, modo nō prohibeat aliqua inflammatio. De materia autem auxiliorum hic non dicendum; quia ea quæ propoſita ſunt in cura cataphoræ, facile huc etiam accommodari poterunt. Ex Mercuriali narrat *Strabo lib.16. ſuæ Geographiæ*, Hebræos populos caro frequenter tentari, ob fragrantiam florum & fructuum, quos ait ſeipſos etiam curare ſuffitu bituminis. Sunt etiam aliqua, quæ proprietate ſua hanc ægritudinem inferunt, vt eſt vmbra nucis arboris; *Plutarchus* 3. *ſympoſ. probl.* j. ſcribit nucem Græcis dici καρίαν, eo quod qui ſub hac arbore dormiunt, caro facile tententur. Sunt & venena, quæ hunc morbum inducunt: Nicander nominat morſum phalangiorum, potum ceruſſæ, & morſus aſpidum ſoporem inducere creditur: Dicebat Cœlius, ſaliuoſos homines,

qui

qui frequenter exſpuunt, caroſos eſſe. In caro maxime prouidendum eſt, ne ægritudo illa in apoplexiam tranſeat; quod fit, ſi impediatur affluxus nouæ materiæ, ſtatim applicandæ ſunt cucurbitulæ natibus, dorſo, ſpatulis. Conueniunt etiam frictiones aſperæ ac duræ extremarum partium pannis aſperrimis: Adhibentur etiam vtiliter enemata & ſuppoſitoria acriora, vt; ℞. *Hellebori albi, nitri, ſalis gemmæ, ana gr.* vj. *colocynthidis,* ℈ ß. *mellis q.ſ.* Miſce & f. ſuppoſitorium, quod vt magis exſtimulet, puluere ſalis communis obuoluatur. Debent autem maiora & longiora fieri ſuppoſitoria, quam alias, quia difficulter excitãtur ſoporoſi: Vel fiat clyſter. ℞. *Fol. centaurii min. & mai. ana* m. ß. *furfuris in petia ligat. p.j. colocynthidis,* ʒ j. Bulliant ſimul, deinde expreſſione facta ℞. *Decocti huius* ℔ j. ß. *hieræ picræ, colocynthid. hieræ logod. ana* ʒ ß. *mellis roſ.* ʒ iij. *ol. ruta,* ʒ iiij. *ſalis,* ʒ ß. Debent autem clyſteres eſſe in magna copia, & debẽt infundi calide, alias enim nihil ſtimulant. Pro excitandis etiam caroſis vtiliter adhibentur ſuffumigia ex *aſa fœtida, ruta, caſtoreo*; quæ ſuper carbones ſparſa ita accommodantur, vt fumus per nares attrahi & aſcendere poſſit: Parantur etiam ſuffumigia humida, quorum fumus per fiſtulam in nares trahatur: Proſunt & ſternutatoria, quæ digitis indantur, vt ægri ea retineant. vt:

℞ *Melanthii, hellebori nigri albi, ana* ʒ ß. *caſtorei, ſinapi, ana* ℈ ij.

Miſce

Misce & puluis naribus immittatur. Potest addi *piper album*.

Si hæc non prosunt, deueniendum est ad irrorationes, quæ fiunt ex oleo & aceto, ita vt acetum ratione penetrationis detur in magna copia, vt:

℞ *Ol. ros.* ℥ j. *aceti acerrimi*, ʒ ij.

Misce & cum spongia commissuræ coronali prius rasæ inspergatur valde calida. Fit autē hoc remedium multo valentius, si addantur *castoreum, nigella, sinapi, &c.* Post euacuationem omne studium conuertatur ad corroborandum & exsiccandum caput, id quod his tribus potiss. perficitur, lotione capitis, vsu alicuius confectionis, & odoramentis. Pro capitis lotione prodest lixiuium: ℞ *Cineris ligni ficulnei* ℔ j. *aq. communis* ℔ 20. Bulliant ad ignem & f. lixiuium, quo colato additur *salis* ℔ j. & iterum ponitur ad ignē. Hoc lixiuio caput abluitur in hebdomada vel vna duabus vicibus; si lixiuium postuletur efficacius, addantur ad bulliendum *stechas, betonica, caryophylli*. Inter confectiones est *mythridatium, theriaca antiqua*; nam recens propter opium aduersa potius est, quam vtilis: Prodest etiam conserua *betonicæ & dianthus*, vt:

℞ *Conf. dianthus, betonicæ, ana* ʒ j. *pulu. coriandri, anisi, ana* ʒ j.

Misce conferunt etiam caroticis, vbi excitati fuerint, odoramenta, non ex floribus, sed ex aromatibus. Cum enim aromata calida & sicca sint, maxi-

maxime prosunt capiti refrigerato & humectato. Ambra vero & moschus, in hoc affectu præ cæteris conferunt. Sed de his morbis soporiferis legite Institutiones Fuchsii, qui hanc rem tractauit diligentissime.

Catoche seu Catalepsis.

LAtini ad significandam hanc ægritudinem variis nominibus vsi sunt: Alii enim occupationem; alii detentionem, alii oppressionem, nonnulli ἔκστασιν, nonnulli congelationem dixerunt; Rhases stupiditatem; recentiores omnes catalepsin & catochen. Est autem hic affectus subita quædam sensus & motus priuatio, à qua quicunq; occupantur, in eodem habitu permanent, in quo reperiuntur, duri atq; rigidi, instar lignorum, aut corporis cõgelati mortui. Loquimur autem hic de catoche exquisita, non notha aut spuria. In exquisita enim patientes sensu & motu priuantur, sensu autẽ tactus potissimum; audiũt enim & vident, & quoad sensus internos, memorãtur ac discurrũt, loqui tamẽ nequeunt, & eundem corporis situm seruant, quem priusquã corriperentur, habebãt. Hoc vitium prodit à vapore frigido & sicco, ac proinde melancholico, occupante neruorum originem, hoc est, posteriorem cerebri partem vna cum medulla spinæ. Cõsistit autem in functione ablata sensus tactus & motus: Est enim ablatus motus, quia patiens dum hoc vitio corripitur, habet totum

corpus

corpus immotum,& ita rigidum & frigidum,vt omnes eius partes sint inflexibiles, vt parte vna corporis mota, totũ corpus necessario moueatur,seruetq; eundem situm, quem habebat ante accessionẽ,vt si tunc patiens erectus fuerit, erectis brachiis,apertis oculis, secundum has partes eandem dispositionem seruet, vt instar statuæ permaneat durus, rigidus,immobilis,secundum omnes partes;hinc sæpe relatum habemus à Medicis variis, repertum esse, homines sedentes & libris inhiantes,captos ab hac ægritudine, in eodem statu perseuerasse; scribit *Cardanus*, octo messores sub quercu cœnãtes fulmine percussos esse,sub ea specie, qua discubuerant, vt vnus comedere videretur, alter manũ poculo admouere, alter bibere: vt non sit dubium, eos hoc detentos morbo, exanimatos esse. Forma igitur huius morbi est, vt sit functio ablata,tum penes motũ voluntarium,tum penes sensum tactus,vt habet *Gal.4.de caus.puls.16.& 1.de sympt.caus.3.& 2.Prorhet.56.* vbi recitat historiam cuiusdam sui cõdiscipuli,qui cum assiduis studiis fatigaretur, in hoc vitium incidit, & in cubili immotus permansit, extensus & rigidus secundum totũ corpus,qui apertos habens oculos,videbat astantes, loqui tamen nõ poterat; idem ab hoc vitio liberatus, retulit Galeno, se discursum, memoriam, visum & auditũ in hoc affectu retinuisse, vt solus tantum ablatus fuerit motus & tactus. Locus autẽ affectus & sedes huius pathematis est ipsum cere-

cerebrũ, quia cum motus in toto corpore sit ablatus, necessariũ est communem neruorũ originem læsam esse. Afficitur autẽ cerebrum, non vt similare, generatur enim subito, sed vt dissimilare, nõ autẽ secundum eius ventriculos, quia cum hi sint primaria instrumenta exercẽdi facultates sensitiuas, memoriam, rationẽ, imaginationẽ & reliquas, ex Galeno autẽ in hoc vitio integra sit ratio & memoria, cerebrum secundum ventriculos affici nõ potest: Afficitur igitur secundum originẽ neruorũ, non quidem omnium, sed eorum tantũ, qui sunt instrumenta vel motus voluntarii vel sensus tactus, in reliquis igitur neruis nõ erit vitiũ, sed tantum in neruis deferentibus tactum vel motũ: vnde dicebat *Gal.* In catoche affici cerebrũ secundum partem illius posteriorem; sed quæ sunt huius læsionis causæ? Constat ex modo generationis originem neruorum lædi, quia angustatur, fit enim subito: Vitium igitur consistit in angustia neruorum motum deferentium: Fit autem hæc angustia à densitate originis neruorum, qua densata, spiritus motiui & sensitiui ob intercluſas vias impediuntur, quo minus motũ & sensum corpori impertiant. Hæc autẽ densitas prodit à materia vaporosa frigida & sicca, ac veluti gelida & rigida, proinde à melancholia, quæ sui frigiditate, rigiditate & siccitate, neruorum densans originem, toti corpori suam frigiditatem communicat, vt ita corpus immotum, rigidum & frigidum & veluti congela-

gelatum reddatur, vnde moderni Medici hoc vitium congelationem dicunt. Fit autem à materia vaporosa, non corpulenta, quia patientes per solam insensibilem euaporationem liberantur: Generatio autē huius duplex est; Vel enim oritur in cerebro labefactata eius facultate, ab intemperie frigida & sicca, cuius ratione vapor similis generatur, qui decumbens ad neruorum originem, densando & angustando eam, catochen efficit; vel aliunde prodit hæc materia; aut à causa interna, & vel vitio totius frigidioris & siccioris, vel vitio partis determinatæ, quæ pariter frigidior est & siccior: Aut prodit à causa externa, vt ab aere frigidiore & sicciore, quemadmodum contingit iis, qui per niues & frigora iter suscipiunt: *Galenus* ait, multos hoc morbo tentatos fuisse potu aquæ frigidæ, vnde & potus & cibi, niue refrigerati hunc affectum producere possunt: Refert etiam *Cœlius*, se vidisse ex esu Persicorum hanc ægritudinem ortam esse. Hic notatur *Fernelius*, qui pro vera catalepsi acceperit coma vigil, & *Hollerius*, qui scribit se obseruasse, dum secarentur cadauera catalepticorum, congelatum fuisse sanguinem in occipitio, cum tamē sanguis in cadaueribus modo sit intra vasa, nunquam videatur congelatus, sed si demus, in cadaueribus congelari hunc sanguinem, nunquam tamen in viuo corpore sanguis in venis congelabitur. Venæ enim propria facultate conseruant ipsum sanguinem, vnde *Aristoteles* dixit,

sangui-

sanguinem concrescere nō posse, nisi extra corpus, sed demus, etiam in capite congelari sanguinem, quomodo hoc congelato corpus totum rigidum redditur in catoche? Nam quod tendantur aut flectantur artus, non est in venis aut arteriis, sed in musculis. Grauis hæc est & difficilis dubitatio, sed hic dicendum est: Cum catalepsis sit priuatio sensus & motus subitanea, sciamus sensum & motum gubernari ac dirigi à phantasia & imaginatione, ita vt etiamsi habeamus res ante oculos, non tamen videamus ipsas, nisi phantasia accedat. Similiter etiam motus dirigitur à phantasia, id quod etiam clarius conspicitur in illis qui corripiuntur ecstasi: Relatum enim est de sanctis plerisque, atque etiam hominibus literarum studiosis, quod vsq; adeo phantasia extra se rapti sunt, vt etiā oculis apertis non viderent, non audirent, non sentirent. Hoc ita constituto, dicimus, huius affectus nullam aliam esse causam potiorem, quam subitam phantasiæ & imaginationis abolitionem; contra: Potest quidem hæc subita ablatio imaginationis auferre sensum & motum, sed non propterea totum corpus reddetur tensum durum & rigidum: Respondetur, fieri deinceps corpus tale, quia & frigore & humore melancholico corrupta imaginatione, calore quoque ab extrinsecis ad interna reuocato, corpus vniuersum refrigeratum riget, ac durum tensumque redditur, Sed qui fit, vt imaginatione statim amissa tam subito homines

afficiantur? Ratio nulla est alia, nisi præcipitatio materiæ in ventriculum postremũ capitis; Cur autem id non contingat in Caro, ratio est, quia Carus fit ab humore frigido & humido, & quidem cum somno, ita vt homines ipsi prius decumbant ob somnum, quam in hoc malum incidant. Cur vero in catalepsi non offendatur Memoria, id ideo fit, quia etsi offenditur pars postrema capitis, tamen magis offenditur, prout est pars organica, quam prout est similaris: Secus est de parte anteriore, quæ magis offenditur, vt est pars organica, quam vt est similaris, ideo in catalepsi magis offenditur imaginatio. Porro ex relatione causarum facile differentiæ desumuntur & signa & indicationes. Quod ad curationem, catocho actu existente, scopus est, auram frigidiorem & ficciorem, densantẽ neruorum originem, dissipare, attenuare ac dissoluere, quod fiet illis materiis, de quibus in soporiferis locuti sumus, vt si caput inungatur *oleo chamomelino, anethino, rutaceo*, in quibus decoquantur, quæ valentius extenuant, & vaporem hunc dissipant, vt sunt: *Stechas, saluia, iua, pulegium, hyssopus, calamentum.* Ex eodem oleo possunt fieri fomentationes, stillicidia, quæ tamen supponunt euacuationem totius & partis; Et quia hic vapor omnium maxime contumax est, licet ad valentius auxilium ascendere, vt etiam ad oleum de euphorbio deueniendum sit, quo tamen non vtendum est simpliciter, sed cum

Olea

Oleo *Sesamino* permiscendum, in ea dosi, vt iuuet, non vt noceat. vt:

℞ *Ol. Sesamini* ℥ j. *ol. de euphorbio* ℥ ß.

Mis. f inunctio. Idem præstat oleum destillatum ex *cinamomo, pipere, fœniculo, spica, caryophyllis, & oleum de castoreo.* Pro præseruatione oportet roborare partem generantem, sic cerebrum frigidum & siccum, calefaciendum & humectandum est, de quibus materiis alias egimus. Si causa morbi diu perseueret, possunt addi, quæ vim habent maiorem calefaciendi ac dissipandi, humorem melancholicum; vt:

℞ *Fol. serpilli, thymbræ, thymi, anethi, ana* m. j. *aq. comm.* ℔ j. ℈.

Bulliant simul stricte ad cōsumtionem quartæ partis, deinde exprimantur diligenter, & colaturæ adde: *Ol. Amygd. dulc. chamomelini ana* ℥ iij.

Huic liquori pannus lineus immergatur, & calidus posteriori & anteriori capitis parti apponatur. Porro hunc affectū solent comitari duo symptomata: Retentio vrinæ & tremor. Vrinæ retentio resoluitur hac inunctione:

℞ *Ol. scorpionum, rutacei, amygd. dulc. ana* ℥ ß.

Hæc inunctio quando est administrāda, semper pecten prius diligenter fricetur digitis, & post frictionem adhibeatur larga inunctio. Fit etiam cataplasma aliquod, quod appositum vesicæ, stimulat facultatem expultricem:

℞ *Fol. parietariæ, rutæ ana*, m. j. *cort. cæpæ* ℥ ß.

Contundantur omnia & bulliant in aq. communis ℔ j. vsque dum coquantur: Deinceps pistentur, & iterum cum *oleo scorpionum & ol. rutaceo q. s.* f. ad ignem cataplasma, superponatur pectini. Pro tremore optimum est balneum olei, in quo vulpes sit percocta: Oleum etiã dulce optimum est, toti corpori perfusum; calefacit enim & humectat corpus rigidum, & consequenter facultatem infirmam reficit. Laudant alii vsum *olei de castoreo*, sed quia castoreum impense exsiccat, etiamsi capiti & neruis conferat, tamen melius est, vt cum succo aliquo, qui facultatem illius exsiccatoriam corrigat, exhibeatur, quale est melicratum, vt:

℞ *Castorei*, ℥ j. *vel* ∋ ij. *melicrati optimi*, ℥ ß.
Misce, hæc de Catalepsi.

De vigiliis superfluis & immoderatis.

VIgiliæ quædam sunt secundum naturam; quædam præter naturam. Naturales consistunt in functionibus animalibus, quæ omnes exercentur in vigiliis, ad differentiam somni, in quo quiescunt. Sedes est eadem, quæ somni; cerebrum: Causa efficiens est, defectus vaporum humidorum, ab alimento ascendentium; propter huius defectum non fit horum vaporum ascensus, neque à frigida intemperie condensatio, cõsequenter nec animalis facultas ligari potest, ideo vigilamus. Vigiliæ vero præter naturam, cõsistunt in excessu immoderato omnium actio-

actionum animalium, ita vt ſicut in ſomno longo & profundo omnes actiones animales, diutius quam par eſt, quieſcunt; ſic in immoderatis vigiliis plus iuſto exercentur. Cauſa igitur efficiens eſt facultas animalis cerebri læſa, tum quia labefactatur, tum quia impeditur: Labefactatur autē vel à nuda intemperie ſicca tantum, & calida ac ſicca ſimul: Quod ad ſiccam, hæc per internam ſui naturam, aſſumendo vaporem humidum, qui eſt ſomni cauſa, neceſſario inducit vigilias; cum qua ſiccitate, ſi iungatur caliditas, fit eiuſdem vaporis conſumptio, quia à caliditate vapor, rarefaciendo partes, diſſoluitur & inanitur: Vel labefactatur hæc facultas cerebri, ab intemperie cum materia, & hac ipſa calida & ſicca, quæ vel talis eſt ſecundum ſui naturam propriam, cuiuſmodi eſt bilis; vel eſt talis ab extrinſeco, vt eſt pituita ſalſa. Si autem facultas cerebri concurrit ad vigilias, quia eſt impedita, tunc vel ratione materiæ, vel ratione doloris impeditur. Ratione doloris, vapor humidus abſumitur, & diſſoluitur, & ſic cōſequenter ſomni cauſa aufertur; à materia vero impeditur, quotieſcunque aliunde in caput fluit. Poteſt autem fluere, vel à toto, ſicut accidit in febre ardente, in qua vigiliæ infeſtant ob aſcenſum vaporum calidorum & ſiccorum, in ipſum caput: Vel fluit à parte, vt ab epate, humores bilioſos generante, vel ab aliis etiam partibus. Ex his cauſis differentiæ & ſigna facile ſunt obuia. Quod ad indi-

cationes. Cum vigiliæ prodeant ex intemperie modo calida, modo ſicca, & vel cum materia, vel ſine materia, hac ratione modo humectandum modo refrigerandum eſt, & ſi materia ſit vaporoſa, auxilium diſcutiens conuenict; ſi humoroſa, confert auxilium ſenſibiliter euacuans. Quod ad indicationes præſeruatorias, hæ capiũtur à cauſa nondum actu morboſa, hæc duplex eſt, alia penes humorem; alia penes contentum; ratione humoris, euacuandum eſt: ratione contenti, alterandum, pro diuerſitate intemperici. Quod ad indicationes vitales, cum affectus ſit vehemens, & vires lædens, vt quandoque ſyncopen faciat, iure habet rationem indicantis vitalis, non tamen perpetuo; ſi enim prodeat ad intemperici calida & ſicca, non habebit rationem indicantis vitalis, quia tunc idipſum auxilium indicatur, quod etiam indicatur ab intemperie: At ſi contingat vigilias augeri à cauſa, vt à materia, hæc erit euacuanda; hæc enim cauſa habebit rationem indicantis vitalis: Et ſic de reliquis.

Cura vigiliarum immoderatarum.

DIcebat *Hippocrates 7. Aph.* 18. vigilias immoderatas ex ſiccitate prouenientes, minari deſipientiam vel conuulſionem lethalem. Inter mitiora autem auxilia, quæ ſomnum inducunt, ſunt *folia vitis, ſalicis, malua, violarum, althæa, lactucæ, flor. nymphæa & nenuphar.* His accedunt *ſemina melo-*

melonum, cucurbitæ, hordei; amygdalæ etiam dulces & alia. Valentiora sunt: *Hyoscyamus, cort. rad. mandragoræ, sem. pap. albi*; validissimum est opium: Inter olea, mitiora sunt, quæ humectandi vim habent, vt *oleum amygdalarum dulcium & violarum*: Valentius est oleum nenupharinum, & adhuc valentius, vnguentum populeonis. Si moderata quærimus, hac lotione vtemur; in qua pedes & manus lauentur, vt vapor à patiente attrahatur, vt:

℞ *Fol. malvæ, vitis, violarum, lactucæ, ana* m. j.

Addamus pro penetratione, quæ sunt tenuium partium, vt habeant vehiculi rationem, vt:

℞ *Flor. chamomeli*, m. ij.

Si vigiliæ huic lotioni non cedant, addantur valentiora, vt *cort. mandragoræ*, ℥ j. *sem. pap. albi*, ℥ iij. Ex hoc decocto fiat etiam stillicidium capitis, post cuius vsum illinantur nares & tempora, *Ol. nenuph. & violar.* in vigiliis intensioribus adde opium, vt:

℞ *Ol. violar. nenuphar. ana* ℥ j. *opii gr.* ij.

Quia vero opii frigiditas plerumque aduersatur temperaturæ cerebri, ideo addimus *croci*, ℈ j. Et cum hac inunctione nares ac tempora liniantur. Præter hæc, conueniunt, quæ intus administrantur, vbi semper à moderatis incipiendum est, vt sunt emulsiones *seminum melonum, cucurbitæ, auguriæ, amygd. dulc. succus lactucæ*, vt:

℞ *Emulsionis, sem. melonum*, ℥ iij. *succi lactucæ*, ℥ iiij.

Mis. & in potu exhibeatur.

Si indigemus valentiori: ℞ *Emulsionis sem. papaueris albi* ß. & cum decoctione lactucæ detur patienti; præstabit etiam *Syr. de papauere* ℥j. & ʒ j.ß. Paulo valentius erit, si emulsionem papaueris nigri accipiamus. Si nihil proficimus, ad opiata ascendemus, quæ tamen recipiunt corrigentia, vt sunt: *Philonium Rom. pillulæ de cynoglossa*, Requies Nicolai. Horum dosis est à ϑ ß. ad ʒ ß. Post eorum vsum occurrendũ est partibus, quæ læsionem accipiunt ab opiatis, vt caput alteretur lotione ex floribus, *chamomeli, anethi, betonicæ & maluis*; Sic ventriculus frigidior indiget calefacientibus. Pro victus ratione cibus Medicinalis conueniet, qui vapores generet, cerebrum refrigeret, & qui vim habeat densandi vapores alimentales, quibus facultas animalis ligatur, vt est ptisana hordeacea, quæ generat vapores humidos, & si alteretur cum lactuca, cum emulsione *sem. melonum & pap. albi*, erit cibus Medicinalis ad somnum conciliandum. Confert etiam acetarium ex lactuca cocta, quo vtatur patiens post cœnam, vt vapores possint caput petere citra noxam. Proponam aquam stillatitiam, somniferam, præstantiss. cuius non debet esse apud vos abusus, vt ea vtamur in sanis, ne quid mali accidat.

℞ *Succi pap. albi & nigri, hyoscyami, portulacæ, lactucæ, Flor. nenuphar. violar. ana* ℥j. *Sem. pap. albi & nigri, hyoscyami, portulacæ, lactucæ, Rad. mandragoræ*

gorꝛ ana ℥ ij. Pulueriʒanda pulueriʒentur, & f. infuſio *in aq. vitæ lib.* ß. quæ permiſceatur cum ſuccis, & ſimul permancant in balneo Mariæ, vel ſub radiis ſolaribus per diem, vel deſtilletur totum hoc compoſitum, lento tamen igne, & exibit aqua, quæ admodum conferet conciliando ſomno. Eius doſis à ʒ j. ad ʒ j. aſcendat, non vltra, quia ſi vlterius ea vtamur, ſomnum prouocabimus nimis profundum. Hac vti poſſumus in ferculis & in potu. Ego in multis ἀγρυπνίαις laborantibus, feliciter vſus ſum hoc electuario:

℞ *Conſ. nymphææ, violar. ana* ℥ j. *diacodii, Req. Nicolai ana* ℥ iij. *Spec. diarhod. abb.* ʒ ij. *Sem. frig. maior. pap. albi ana* ʒ j. *Sem. lactucæ, ſcariolæ, coriandri præp. ana* ʒ ß. *croci gr.* v. *cum ſyr. de pap. q. ſ.* f. Electuarium ſoporiferum.

Coma vigil.

EX cataphora & vigiliis oritur tanquam affectus medius, Coma vigil. *Galenus* ſic deſcribit hoc vitium, in quo patientes clauſos habent oculos, ita vt putent dormire patientem, cum tamen vigilet. Quare eſt affectus mixtus inter dormitionem & vigilias, vnde dicitur Coma vigil. Fit à cauſis producentibus ſomnum & vigilias, à pituita & bile ſimul mixtis, vt ratione pituitæ fiat propenſio in ſomnum, oculi grauentur, & clauſi detineantur, ſed propter permixtionem bilis dormire nequeunt. Huius af-

fectus duæ sunt differentiæ, quia dum pituita permiscetur bili, vel fit hoc, cerebro inflammatione affecto, vel citra inflammationem; Si cum inflammatione, vocatur à *Gal. 1. prorhet. 56.* Coma vigil phreneticum; Si vero citra inflammationem cerebrum afficiat, dicitur Coma vigil sine delirio. Huius affectus curationem consulto prætermitto, quia ex cognitione cataphoræ & phrenitidis facile est hunc morbum curare. Ex *Mercuriali: Omne comatis genus periculosum est*; Somnolentum enim facile in Lethargum vel apoplexiam desinit : Vigil in phrenitidem vel lethargum conuertitur. Lethale est autem coma, quod fit ex infirmitate virium, & quod fit in febribus ardentibus. *Hipp. in Coacis:* Deliria in comate, necessario conuulsionem indicant: Quia cum succedunt deliria & perseuerant, indicium est, calorem humore superiorem esse, & successu temporis totam humiditatem depasci & absumere, hinc siccitatem inducendo conuulsionem simul indicat. Ex curatione Cari & Phrenitidis dependet cura comatis. Scripsit *Auenzoar. 1. tract. 9. cap. 1.* Remedia quæ in his affectibus apponuntur commissuræ coronali, neque debere esse grauia, neque multum frigida, neque multum acria. Huius duas rationes ipse adfert: Vnam quod subtus commissuram coronalem est medius cerebri ventriculus, qui cum ab omni iniuria diligentissime sit custodiendus, cauendum est, ne adhibeantur ea, quæ sui gra-

uitate

uitate ſedem illam poſſint lædere: Secundam, quia in ea parte ſunt ſciſſuræ, per quas facile penetrant vires medicamẽtorum: Quare cũ cerebri ſubſtantia ſit tenerrima, & vt dicebat *Hipp. 4. de Morbis*, pars omnium maxime iniuriis expoſita, propterea medicamenta grauia & acria facile poſſunt magnum detrimẽtum inferre cerebro.

Cura ἀγρυπνίας, vigiliarum, experimentalis.

SAcculus pro lotione pedum; ſomnum conF.H.D.
cilians, vt feſſos ſopor irriget artus, ſæpe repetendus:

℞ *Herb. violar. lactucæ ana* m iij. *cap. pap. albi, numero* x. *Herb. ſolani, nenuphar. Flor. chamomeli, meliloti, verbaſci, roſar. ana* m. ij. *ſtech. Arab.* ℥ j. *tamariſci* m. ß. *Rad. hyoſciami albi* ʒ j. Inciſa & contuſa dentur in ſacculo lineo, &c.

Electuarium ſomniferum, probatum: F.H.D.

℞ *Conſ. nymphæ, violar. ana* ℥ j. *diacodii, Req. Nicolai ana* ʒ iij. *ſpec. diarhod. abd.* ϑ ij. *ſem.* iiij. *frig. maior. papaueris albi ana* ϑ j. *ſem. lactucæ, ſcariolæ, coriandri præp. ana* ϑ ß. *croci gr.* v. *cum ſyr. de pap. q. ſ. f.* Electuarium ſoporiferum.

Ego in Agrypina, pillulis de cynogloſſa feliF.H.
citer vſus ſum, conciliant enim ſomnum, & ſiſtunt catharrum ſalſum:

℞ *Rad. cynogloſſi aridi, ſem. hyoſcyami albi, opii ana* ϑ j. *myrrhæ* ʒ ß. *thuris* ϑ j. *gr.* v. *caryophyll. cinamomi, ſtyracis cal. ana* ϑ ß. Cum *aq. roſar.* formetur maſſa, ex cuius ʒ j. parentur pillulæ xxi. Ex his ʒ. ſumantur 1. die ante ſomnũ, altero tantum tres.

Lini-

F.H.D. Linimentum:

℞ *Cassiæ lignææ*, ℥ j. *opii Thebaici*, ℈ j. *croci*, ℈ ß.

f. Puluis, quem misce cum *aq. rosar. & aceto, ana q. s. & cum cera q. s.* f. linimentum, quo liniantur nares, pulsus ac tempora.

Puluis:

℞ *Pulu. cinamomi, myrrhæ, ana gr.* ij. *opii, croci, ana gr.* j.

Misce pro tragœa. Detur pro vna dosi in calefacta cercuisia.

Lotio pedum:

℞ *Fol. lactucæ, salicis, vitis, violariæ, nymphææ, maluæ, anethi, solani hortensis, rosar. alb. ana* m. j. *cap. pap. albi, numero* IX. *hyoscyami semine prægnante si haberi poterit,* m. j.

Contusa & incisa dentur pro lotione pedum.

F.H.D. Nodulus ad somnum:

℞ *Flor. violar. nymphææ, boraginis, ana p.* j. *ros. rub. p.* ß. *sem. anethi, lactucæ, ana* ℥ j. *pap. albi,* ℥ j. ß. *cort. pap. albi. mandragoræ, santali citr. ana* ℥ ß. *opii, gr.* iij. *croci,* ℈ j.

Ex his incisis & contusis f. nodulus in syndone rubeo.

F.H.D. Aqua somnifera, fronti ac temporibus applicanda.

℞ *Lactis suilli,* ℥ iij. *aq. solani hortensis, rosar. fragrantiß. anethi, Persicor. ana* ℥ j. *camphoræ gr.* iij. *croci orient.* ℈ j. *semp. pap. albi contus.* ℥ j. ß. *nucl. Persicorum,* ℥ j. *nucl. iuglandium,* ℥ ij. *an. probe contusorum. aceti ros.* ℥ j.

Misce

Misce exacte, imponatur cum linteis.

Diacodion quoque ad somnum efficax est; ego hac descriptione vtor:

℞ *Cap.pap.albi*, viij. *siliquar.dulc.* ℥ iij. *liquiritiæ rasæ*, ℥ ij.

Eximantur à siliquis grana & decoq. postea aq.purissimæ ℔.vj.ad remanentiam ℔.j.ß. postea:

℞ *Penidiar.sacch.candi, conf.rosar.ana* ℥ iij.

Decoq. omnia simul ad cõsistentiam mellis.

Empyrica aliorum somno prouocando seu conciliando.

℞ *Flor.nymphææ,rosar.rub.boraginis,ana p.j.sem. pap. albi, lactucæ, anethi, ana* ℥ ß. *coriandri præp.* ∂ j. *cort.pap. albi,mandragoræ,ana* ℥ ß.

Ex conquassatis f. cum syndone nodus.

Octauius Horatianus, pag. 98. sic habet:

℞ *Opii gr.* iij. *myrrhæ, rutæ, thuris ana q.s.* Fiat cum cera pastillos scrupulares, & imponas vmbilico, tam somnũ præstat, quã aluũ mouet.

℞ *Fol. lactucæ*, m.j. ∂. *maluæ, violariæ,nymphææ, anethi,solani,salicis,vitis,ana* m.j. *cap.pap. cum seminibus, numero* vj. Dentur pro lotione pedum.

Vnguentum:

℞ *Sem.pap. albi,* ℥ ß. *lactucæ, portulacæ, violar. ana* ℥ ij. *croci,* ∂ j. *ol. nymphææ. sẽm. lactucæ, flor. cucurbitæ, ana* ℥ j. *cerææ q.s.* pro vnguento.

Inungantur plantæ pedum, volæ manuum, tempora, pulsus.

Pillulæ soporiferæ.

℞ Zimz.

℔ Zinz. gr. j. croci gr. j. pip. longi gr. j. opii thebaicæ gr. iiij.

Additis tribus gutt. mellis, f. pill. ij. quarum vna deglutita somnum conciliat.

℔ Opii gr. vj. galbani, myrrhæ castorei, piperis, ana gr. 12. f. Pill. ad ciceris magnitudinem, quarum vna deglutiatur.

℔ Sem. pap. al i, ℥ j. opii gr. iiij. croci or. gr. vj. nucl. Pers. numero 20.

Misce contusa cum aq. anethi redigantur in formam linimenti crassioris, aut cataplasmatis, extendatur super pannum lineum, applicetur fronti ac temporibus.

Emulsio:

℔ Nucleor. persic. ℥ ß. pap. albi, ℥ iij. aq. anethi, sambuci, rosar. ana ℥ ij. betonicæ, ℥ j. Misce.

Vnguenta:

℔ Ol. violar. vnguenti pop. ana ℥ iij. opii gr. vj. ceræ, q. s. f. Linimentum, quod abluatur aq. lactucæ, vngantur tempora & nares.

℔ Vnguenti popul. ℥ ij. ol. violar. ℥ ß. sem. hyoscyami, cort. rad. mandragoræ, ana ℈ ij. opii gr. vj. ceræ, q. s. f. Vnguentum molle.

℔ Ol. Hyoscyami, mandragoræ, ana ℥ ij. ℈ ij. vnguenti popul. ℥ j. ℥ iij. opii, ℥ ß. aceti vini, ℥ iij. ceræ, q. s. Detur pro vnguento.

Medulla cerui, si ea inungantur plantæ pedum, & genua, somnum conciliat. *Aqua etiam anethi cum zedoaria*, temporibus applicata, somnum inducit.

Fotus

Fotus:

℞ *Lactucæ, ſpinachiæ, violariæ, fol. ſalicum rub. chamomeli, meliloti, anethi, ana* m j.

Inciſa & contuſa coq. & hac aqua pedes, crura, & brachia fomententur.

Potiones ſomniferæ, quæ capiuntur hora ſomni.

℞ *Syr. violar.* ℥ j. *nymphæa, roſar. ana* ℥ ß.

℞ *Aq. nymphæa alb. lactucæ, ana* ℥ iij. *ſyr. de papau.* ℥ j. ß. Miſce f. Potio.

℞ *Sem. pap. albi,* ℥ i. *aq. lactucæ,* ℔ j. f. Emulſio, adde *ſyr. de pap.* ℥ j. . Miſce.

℞ *Rad. cichorii, endiuiæ, buglоſſæ, ana* ℥ ß. *herb. endiuiæ, lactucæ, boraginis, ana* m. ß. *flor. geniſtæ, cichorii, cyani, ſambuci, ana p. j. paſſul. maior. enucl. minor. ana* ℥ j. *cubebar.* ℥ ß.

Decoq ad tertias: Colaturæ ℞. ℔ j. *ſyr. de pomis, de ſucco boraginis, ana* ℥ j. *extr. meliſſæ, veronicæ, ana* ℈ ß. Miſce parum ebulliendo f. Potio.

℞ *Lactucæ, p.* ß. *ſem. pap.* ℥ j. *flor.* iij. *cord. rec. ana p.* j. f. Decoctio ad ℔ ß. in qua diſſolue: *Syr. violati, nymphæa, ana* ℥ j. Miſce.

℞ *Fol. lactucæ,* m. j. *endiuiæ, ceterach, meliſſæ, ana* m. ß. *flor. violar. nymphæa, boraginis, buglоſſæ, ana* m. ß. *paſſul. mundat.* ℥ j. f. Decoctio ad caſum partis tertiæ: Colaturæ ℞ ℔ j. adde: *Syr. de papauere, de nymphæa, ana* ℥ j. *acetos, citri, de boragine, ana* ℥ vj. Miſce pro potione, melancholico.

Lac papaueris:

℞ *Herb. endiuiæ, lactucæ, maluæ, flor. nenuph. violar.*

lar. ana m. ß. *sem. lactucæ, portulacæ, melonum, citrulli, fœniculi, anethi, ana* ʒ ij.

Coq. in ℔.iiij. aq. puræ ad consumptionem medietatis, colentur sine expressione. Colaturæ ℥. ʒ x. adde: *Sem. pap. albi,* ʒ ij. *amygd. dulc.* ʒ j.

Terantur bene cum decoctione, & f.l.a. Lac soporiferum.

Vnguentum;

℞ *Nucle. Pers. sem. anethi, ana* ʒ j. Contundantur: Postea ℞. *Aceti vini opt.* ʒ iij. vt inde lac elui possit, in isto lacte dissoluantur; *Opii gr.* v. adde: *Ol. nenuph.* ʒ ij. *vnguenti popul.* ℥ ß. *Ceræ q. s.* f. l. a. Vnguentum, quo nares & tempora inungantur.

℞ *Ol. de papauere,* ʒ v j. *lactis mulieris lactantis puellam,* ʒ j. *opii gr.* viij. *croci,* ϑ ß. *cum cera alba,* f. Vnguentum.

Puluis somnifer;

℞ *Pulu. cort. mandragoræ, sem. pap. albi ana* ʒ ß. *cinamomi inter. el.* ʒ j.

f. Puluis subtilis, detur cum lacte mulieris.

Tragœa somnifera:

℞ *Sem. lactucæ, pap. albi, ana* ʒ j. *endiuiæ, portulacæ, ana* ʒ j. *hyoscyami,* ʒ j. ß. *cubebar.* ϑ ij. *sacch.* ℥ iiij. Misce.

Melancholico:

℞ *Diapap. lætitiæ almansor. ana* ʒ iij. *sacch. albiß.* ℥ viij. *dissol. aq. buglossæ, q. s.* f. Rotulæ.

Lixiuia:

℞ *Flor. ros. rub. nenuphar. chamomeli, meliloti, maioranæ, ana* m. j. *stechadis Arab. p. j. spicæ Ind.* ϑ j. *fol. sennæ,*

fol. senæ, ℥ v. *agar.* ℥ ij. Misce pro lixiuio ad lotionem capitis.

℞ *Herb. lactucæ, violar. nenuph. solatri, ana* m. j. *flor. chamomeli, meliloti, stechadis*, ℥ ß. *ireos albi*, ℥ v. *cort. pap.* ℥ j.

Incisa & conquassata dentur in sacculo, ad capitis lotionem.

℞ *Herb. violar. lactucæ, endiuiæ, nenuphar. ana* m. j. *flor. chamomeli, meliloti, ana* m. ß. *ireos albi*, ℥ ij. *cap. pap. numero* iiij. *stechadis Arab. maioranæ, ana* ℥ ß.

Incisa & contusa dentur in sacculo ad eundem vsum.

℞ *Flor. chamomeli, meliloti, anethi, ana* m. ij. *cort. rad. mandragoræ*, ℥ vj. *papau.* ℥ j. *sambuci*, m. j.

Incisa & conquassata dentur in sacculo.

℞ *Flor. violar. nenuphar. fol. salicum, gran. alkakengi, ana viridium*, m. j. *cap. pap. albi, numero* vij. *flor. chamomeli, meliloti, ana* m. j. ß. *fol. senæ*, ℥ iij. *hordei mundi*, p. ij.

Incisa dentur in sacculo, &c.

℞ *Flor. chamomeli*, m. j. *nymphææ, violar. meliloti, ros. rub. summit. anethi, anagallidis, vngulæ caball. ana* m. ß. *sem. pap. albi*, ℥ iij. *hyoscyami albi*, ℥ j. ß.

Incisa & contusa dentur, &c.

Lotiones pedum:

℞ *Ros. rub. & alb. nenuphar. violar. ana* m. j. ß. *meliloti, chamomeli, anethi, maluæ, ana* m. ij. ß. *farfaræ, lactucæ, betonicæ, ana* m. j. *cort. rad. mandragoræ*, ℥ vj. *cap. pap. albi, numero* x.

Incisa dentur in carta, &c.

℞ Fol. *Alkakengi, violar. nenuphar. pap. albi, hyoscyami. Flor. chamomeli, rosar. anethi, ana* m.j. *Sem. pap. albi, lactucæ, portulacæ. ana* ℥j. *Cort. cap. pap. albi. Rad. mandragoræ, ana* ℥ij.

Incisa dentur ad lotionem pedum.

Melancolico vigili:

℞ Fol. *Lactucæ* m.j.ß. *salicis, maluæ, vitis, violariæ, nymphææ, solani, anethi, ana* m.j. *Rad. hyoscyami,* ϑ vj. *cap. pap. cum semin. numero* vij.

Contusa dentur in carta ad lotionem crurum & brachiorum.

℞ *Herb. violar. lactucæ, ana* m.iij. *Fol. vitis, solani, nenuphar. melilоti, chamomeli, rosar. ana* m.ij. *Rad. hyoscyami alb.* ℥j.

Ex his incisis f. lotio pedum.

℞ Fol. *& flor. chamomeli, violariæ, nenuphar. betonicæ, rosar. verbasci, ana* m. ß. *Cap. pap. albi numero* iiij.

Incisa dentur.

℞ *Cap. pap. albi numero* x. *Flor. chamomeli, anethi, rosar. nymphææ, Fol. vitis, salicum, ana* m.j.ß.

Incisa dentur ad lotionē pedum pro somno.

℞ *Maluæ, althææ, lactucæ, bliti, violariæ, vitis, chamomeli, ana* m.iij. *cap. pap. albi* x. *Rad. hyoscyami* ℥iij.

Incidantur & dentur ad balneum.

Vnguenta:

℞ Ol. *de pap.* ℥ vj. *lactis mulieris lactantis puellam* ℥j. *opii gr.* viij. *croci,* ϑ ß.

Mis.

Mis.f.cum cera alba vnguentum subtile.

℞ *Ol.violar. nenuphar. ana* ℥ ß. *vnguenti popul.* ℥ j. *opii* ℥. ß. *spodii* ℈ j. *camph. gr.* iij.

F.cum modico ceræ vnguentum.

℞ *Ol. rosar. violar. nenuphar. ana* ℥ j. *vnguenti popul.* ℥ vj. *opii* ℥ ß. *spodii* ℈ j. *camphoræ gr.* iij. *croci* ℈ ß.

Cum modica cera incorporetur, f. vnguentum.

℞ *Ol. de hyoscyamo, de papap. succi semper viui, ana* ℥ ß. *sem. pap. albi, nigri, hyoscyami, ana* ℥ ß.

Puluerizentur subtilissime, bulliant ad succi consumtionem, excolentur species crassiores, adde

Lactis mulieris lactantis puellam ℥ j. *ceræ albæ q.s.* bene incorporentur in mortario, f. vnguentum.

℞ *Nucl. Pers. sem. anethi ana* ℥ j. contundantur, deinde ℞ *aceti vini* ℥ iij. vt lac elui possit. In hoc lacte resoluantur:

Opii gr. v. *adde: ol. nenuphar.* ℥ ij. *vnguenti popul.* ℥ iiij. *ceræ q.s.* f. vnguentum.

℞ *Vnguenti popul.* ℥ ij. *sem. hyoscyami, cort. mandragoræ, ana* ℈ j. *ol. nucis mosch.* ℥ ß. *opii gr.* vij. *camphoræ gr.* ij. *cum ol. nymphææ q.s.* f. vnguentum.

℞ *Ol. rosar. nenuphar. papaueris, hyoscyami, ana* ℥ ij. *vnguenti popul.* ℥ iij. *opii, croci, ana gr.* iij.

Mis. & addita *exigua cera & aceti rosacei guttis aliquot*, f. linimentum.

Lac somniferum: ℞ *Nuc. Pers.* ℥ ij. *sem. pap. albi* ℥ j. *aq. rosar. solani, ana* ℥ iiij.

Exprimatur ex iis lac fortiter: Integatur interior pars ſemellæ, & parum exprimatur, applicetur.

Aqua contra inſomniam.

℞ *Aq. pap. rub. roſar. betonicæ, lactucæ, nenuphar. ana* ℥ j. ß. *chamomeli, ſambuci, ana* ℥ j. *violar. meliloti albi, ana* ℥ ß. *aceti vini,* ʒ ij. Miſce f. Aqua.

℞ *Flor. nenuphar. violar. meliloti, ana* m. j. *cort. rad. mandragoræ,* ℥ ß. *flor. chamomeli,* ℥ vj. *ſantali citr. ligni aloes,* ʒ j. *opii,* ϑ ij.

Inciſa coq. in ℔. ij. ß. *aq. roſ.* ad conſumpt. quartæ partis, detur in amphora pro aqua.

Linimentum:

℞ *Aq. roſar.* ℥ j. *ſolani, ſemperuiui, ana* ℥ j. ß. *albuminis ouor. numero* ij. *opii,* ϑ ß.

Conquaſſata probe miſceantur ℞ linimento.

℞ *Aq. roſar.* ℥ j. *ſolani, nenuph. ſemperuiui, ana* ℥ j. *album. ouor. numero* ij. *opii,* ℥ ß. *camphoræ gr.* ij. *aceti opt.* ʒ ij.

Contritis omnibus f. linimentum.

Oxyrhodina, epithemata, & emulſiones ſomniferæ.

℞ *Sem. pap. albi,* ℥ ß. *melonum,* ʒ ij. *lactucæ,* ʒ j. *aq. lactucæ, pap. albi, meliſſæ, ana* ℥ ij. f. ſ. a. Emulſio.

℞ *Sem. lactucæ,* ϑ iiij. *pap. albi,* ʒ v. *nucl. Perſ.* ʒ ij. ß. *req. Nicol.* ϑ v. *aq. lactucæ, pap. albi, anethi, ana* ℥ ij. f. Emulſio.

℞ *Amygd. dulc.* ʒ vj. *ſem. pap.* ʒ iij. *lactucæ,* ʒ ij. *req. Nic.* ϑ j. *ſy. de pap.* ℥ j.

f. Primorum trium emulſio cum *aq. violarum.*

pap.

pap.albi. acetosæ, anethi, ana ℥ j. ß. Adde reliqua f. Emulsio.

Emplastrum somniferum:

℞ *Cap. pap. alb. cum sem.* ℥ ij, *cort. mandragoræ, hyoscyami, ana* ℥ vj. *fol. salicis, flor. ros. nenuphar. ana* m. j. *ol.* ℔. j. ℥. *vini* ℔. ß. *Coq. s. a.* & colentur. Colaturæ: ℞ ℔. ß. *sem. frig. maior. ana* ℥ ij. *camphoræ,* ℥ j. *opii,* ℥ j. ß. *croci,* ℈ ij. *Ceræ q. s.* f. Emplastrum, applicetur fronti.

Noduli in insomnia pro delirantibus.

℞ *Pap. albi cap.* ij. *ros. alb. & rub. nymphææ, sem. lactucæ, coriandri non præp. ana* ℥ j. ß. *sant. rub.* ℥ j. *camphoræ,* ℈ j.

Ex conquassatis f. nodulus, irrotetur *aq. rosar. & aceto rosato.*

℞ *Cort. mandragoræ, papaueris, ana* ℥ ß. *sem. pap. albi, anethi, lactucæ, ana* ℈ ij. *flor. viol. nymph. pap. albi ana* ℥ j. *chamomeli, stech. Arab. ana* ℥ ß.

Puluerizentur crasse, aspersa *aq. ros. & aceto,* dentur in syndone pro pomo.

℞ *Flor. nymphææ, violar. ana* p. j. *ocul. populi* ℥ j. *cort. mandragoræ,* ℥ ß. *sem. anethi,* ℥ j. *ros. rub. p.* ß. *opii,* ℈ j. f. Nodus ex syndone rub.

℞ *Flor. borag. violar. nymphææ, ana* m. ß. *cort. pap. albi,* ℥ iij. *mandragoræ,* ℥ ij. *sem. pap. albi,* ℥ j. *opii theb. croci, ana gr.* iij.

Ex conquassatis f. pomum, detur in syndone rub.

℞ *Summit. anethi, ros. alb. nymphææ. ana* p. j. *cort. mandragoræ,* ℈ j. *opii gr.* iiij.

Misce, detur in syndone pomum.

℥ Absinthium, coque in dino & aqua, sorbeat calide quantum poterit, ac dormiet leniter.

℥ *Cinamomi, myrrhæ, ana gr.* vj. *opii, croci, ana gr.* iiij.

Mixta diuidantur in tres partes, æquales, detur pars vna pro dosi in cereuisia calefacta. Dosis: *gr.* vj. ß.

℥ *Pulu. cinamomi, myrrhæ, ana gr.* vj. *opii theb. croci, ana gr.* iiij.

Mixta diuidantur in tres partes æquales, detur pars vna cum cereuisia calefacta.

In Catalepsi seu Catoche, Cura.

P.H.D. QVidam vir nobilis, multis iam annis hypochondriacus in istum affectũ incidit, qui tamen in his regionibus esse solet rarior. Ego vero ex signis manifeste deprehendebam, infestari illum catalepsi non quidem exquisita, sed notha & spuria; Vapores enim frigidi & sicci, ac proinde melãcolici à liene in caput eleuati, neruorum originem, hoc est, posteriorem cerebri partem vna cũ medulla spinæ occupabant, vnde functio illa sensus & motus labefactabatur. Quare ad ipsam curationem me conferens, primo digestiuum humoris melancolici præscripsi, vt sequitur:

℥ *Herb. stechadis Arab. fumiterræ, ceterach, ana* m.j. *thymi, epithymi, ana* ℥ ß. *Rad. polypodii, liquiritiæ*

ritiæ raſæ, ana ℥ vj. *cort. rad. capp. fœniculi, tamariſci, ana* ℥ j. *Sem. fœniculi, aniſi, anethi, cort. citri, ana* ℥ ß. *prun. Vngar. numero* xv. *paſſular. mundat.* ℥ j.

Incidantur & conquaſſentur: coquantur ordine in *lib. v. aq. fontis* ad caſum partis tertiæ, & cum tepidum fuerit, bene fricetur manibus, coletur mediocri expreſſione; Colaturæ adde:

Syr. de ſtechade, de epithymo, ana ℥ iiij. *ſacch. albiſſ. lib.* ß.

Iterum bulliant bene clarificando & aromatizando cum *caryophyllis & cubebis.* f. *ſyr. longus*, cuius medietatem ſumpſit aliquot horis matutinis, ℥ iiij. pro vna doſi.

Poſtea hunc bolum deglutiuit:

℞ *El. de hiera, ſ.* ℥ iij. ℈ j. Conf. *hamech* ℥ ij. F. cum ſaccharo bolus vna doſi.

Hic bolus purgauit humores aduſtos, melancholicos, & colericos. Inde reliquam medietatem ſyrupi longi ſumpſit; Quo exhauſto, pillulis vſus eſt ſequentibus.

℞ *M. pill. maſticinar. de hiera comp. ana* ℥ j. *agar. albi leuis & friabilis* ℈ ij. *turbith. opt. raſi, hermodactylor. rhabarb. el. cort. mirobal. citri, diagridii, ana* ℈ j. *ſtechadis, ſpicæ, Rad. pæoniæ, ana* ℈ ß.

Agaricus craſſo modo teratur, infundatur per diem & noctem in oxymelite ſ. deinde pulueriz entur laxatiua ſeorſim, commiſceantur omnia, f. cum *ſyr. de ſtechade maſſa*, de qua ℞ ℥ j. f. inde *pillulæ*: Reliquum ſeruetur vſui.

Hæ pillulæ præcipue purgabant humores aduſtos in capite, ideoque eas interuallo 8. aut 10. dierum repetebat. Sequenti mane poſt vſum priorum pillularum incipiebat vti morſulis, ſingulis diebus ſequentibus, ſemper in aurora & ante ingreſſum lecti, vnum ſumendo.

℞ *Sem.* iiij. *frig. maior. excort. ana* ʒj. *pinear. infuſarum in aq. cal. vuarum paſſular. ſine arill. ana* ʒß. *Piſtacior.* ʒij. *cinamomi inter. el. liquiritiæ, ana* ʒß. *ſacch. candi. de ſyr. roſ.* ʒß. *nucis moſch. caryophyll. ligni aloes, blaccæ Byzant. ſem. pæoniæ, viſci querc. ſerici crudi, rhab. el. ana* ℈ ij. *ſem. ocymi caryophyllati, zedoariæ, doronici, cardamomi, cubebar. ana* ʒß. *ſpicæ, croci, macis, ana* ℈j. *ſem. aniſi, fœniculi, cort. citri, ana* ℈ ij. *oßis de corde cerui, margar. oriental. fragment. ſapphyri. limaturæ auri, argenti finiß. ana* ʒß. *corall. rub.* ℈j. *ſantali rub. citrini, ana gr.* xv. *ſacch. albiß.* ℔ß. ij.

Diſſoluatur ſacchar. cum *aq. roſ. fragrantiß.* ſ. conf. in morſulis magnis, puluerizatis ſpeciebus & exactiſſime cribratis, dentur ad ſcatulam ſuperioribus deauratis.

Hoc remedium contra melancholiam vtiliſſimum eſt, inducit enim lætitiam, excitat & clarificat ſpiritus, corrigit cordis intemperiem, & vitalia viſcera corroborat, ac tremori ſiue palpitationi cordis opitulatur. Interim etiam ſtatim poſt vſum priorum pillularum vena media in brachio dextro vulnerata eſt, & elapſo octiduo, vena lienaria in ſiniſtro: Præmiſſo prius aq. dulcis bal-

cis balneo, ea ipsa die ad euocandum promptius crassum ac melancholicum sanguinem. Diebus vtriq; venæ sectioni intermediis adhibitæ sunt frictiones satis asperæ partium extremarũ, crurum & brachiorum, nonnunquam etiam ligaturæ satis validæ. His frictionibus & ligaturis per triduum vel quatriduum præmissis, in suris infra genua applicatæ sunt cucurbitulę semel tãtum scarificatæ, ad proliciendum sanguinẽ, idq; intra octidui illius spatium, non nisi semel fiebat, tertio autem & quarto die post venam sectam, vnguentum rubificatiuum seu vesicatorium sequens manibus & pedibus applicatũ est, vno die, vni tantum loco, altero vel tertio, alteri ne dolores inde excitati, intolerabiles redderentur, illud autem vnguentum in loco tamdiu detinebatur, quousque cutis rubedinem contraheret, & vesiculas excitaret, quo tempore, vnguentum illud remouebatur, & locus linteolo detergebatur, & folium brassicæ superimponebatur; vesiculæ autem illæ, aut ficu recente dissecto imposito, aut etiam forcipe aperiebantur & locus sic apertus relinquebatur. Hæc vesicatoria, loco cauterii, vapores illos malignos ad se trahebant, ne in tanta copia caput inuaderent.

℞ *Cantharidum, abiectis capite, alis, & pedibus, ne noxam inferant,* ʒj. *fermenti acus, mellis anacardini, ana* ʒij.

Misce f. pasta rotunda, addito modico aceto squillitico, pro vesicatorio.

Postea quidam pullo gallinæ vel columbino, rostrum obligant, ne respiret, & illius posteriora vesiculis apertis admouent, hoc enim pacto fit vaporum peccantium, ad partes illas ignobiliores attractio: Alii pullum discerpunt viuum, & frusta adhuc calentia loco vulnerato imponunt. Hoc pacto causa morbifica aliquantulum sublata, primo partes dolorosæ, vbi sponte consenuerant emplastro vigonis de minio molliebatur postea corroborabantur vnguento tali:

℞ *Ol. nardini, mastichini, ana* ℥ j. ß. *vini rub. styptici, succi saluiæ, aceti ros. rec. ana* ℥ ß. *nucum cypressi, cort. thuris, flor. rorismar. stechadis Arab. ros. rub. ana* ℥ j.

Puluerizentur species, deinde bulliant lento igne: *ad vini, succi & aceti* consumptionem, excolentur pulueres crassiores. Colaturæ adde: *Ol. nucis mosch. pingued. castorei, ana* ℥ iij. *sandaracæ, thuris masc. ana* ℥ j. *spodii,* ℥ ß.

Misce f. cum cera alba q.s. vnguentum subtile: Caput autem, membrum recipiens, ne malignas fuligines amplius reciperet, sequenti vnguento corroboratum fuit.

℞ *Ol. nucis mosch. mastichini, ana* ℥ ß. *myrrhæ, sandaracæ, macis, styracis cal. ligni aloes ana gr.* vj.

Puluerizentur species exacte.

Misce f. cum *cera alba & aceto ros.* vnguentum subtile, quo frons, tempora, & partes, post ac retro aures, interdum etiam nares horis matutinis & paulo ante ingressum lecti.

Lieni

Lieni autem hoc emplastrum imponebat:

℞ *Spec. dialaccæ, diacurcumæ, diacymini, ana* ℥ j. *troch. de rhabarb. de absinthio, de cappar. de eupatorio, ana* ℈ ij. *rad. filicis, cort. rad. de capp. ceterach, fraxini, tamarisci, ana* ℥ j. *bdellii, ammoniaci, opopanacis, sagapeni, ana* ℥ j. *pulu. thymi, epithymi, ceterach, ana* ℥ ß. *boraginis, buglossæ, ana* ℈ j. *sem. anisi, agni casti, ana* ℈ iiij. *lini, fœnugraci, ana* ℥ j. *anethi, maluæ, ana* ℥ ß. *ol. de cappar. de absinthio, chamomel. amygd. dulc. ana* ℥ j. *anethini,* ℥ ß. *rutacei,* ℥ ij. *nardini,* ℥ ß.

Emplastri de meliloto in *aq. sumariæ & scolopendriæ, ana q. s. remolliti,* ℥ j. *vnguenti de artanita min.* ℥ ß. *aceti vini q. s.* ad dissoluenda gummata. Tritis & mixtis singulis f. cum *cera, resina, & terebinthina, ana q. s. massa ceroti solidior*, addendo, si opus fuerit plusculum *Ol. de cappar.* reponatur in Magdalcone ad vsum.

Ad mitigandum autem & cõtemperandum succum melancholicum, & reficiendos spiritus hoc condito vsus est.

℞ *Conf. boraginis, bugloßi, ana* ℥ j. *rosar. violar. cichorii, ana* ℥ ß. *pœoniæ, anthus, ana* ℥ ij. *spec. diamarg. frig.* ℈ ij. *diamosc. dulc. el. è gemmis, lætitiæ almans. diarhod. abb. el. resumpt. ana* ℥ ß. *amygd. dulc. pistaciorum, passul. enucl. ana* ℥ ij. *spec. dialaccæ, de eupat. ana* ℈ ij. *cort. rad. capp. tamarisci, ceterach. sem. agni casti, ana* ℈ j. *flor. boraginis, stechadis, pœoniæ, ana* ℈ ß. *fol. auri, numero* iij. *cum syr. è succo buglossæ, de epithymo, de pomis, ana q. s.* f. Conditum, &c.

Scriptum Custini in patria, Anno 1584.

In Ca-

In catalepsi remedia empyrica.

QVidam suadent, vt patiens statim in solium demittatur, quod tepidum habeat *oleum chamomeli, liliorum, lini, sambuci, lumbricorum*: In quo balneo diu persistant, aut in calente *sanguine vituli, agni, hœdi, capellæ*, perluantur; aut sedeant in decocto *capitis ac pedum vituli, verbenacæ, primulæ veris, artemisiæ, pulegii, ebuli, rad. althææ, liliorum. sem. lini, fœnugraci, &c.* Deinde vniuersum corpus, & præsertim occiput ac ceruix, cum medulla spinæ, perungantur *oleo, costino, nardino, laurino*; aut conficiatur vnguentum.

℞ *Ol. lumbricorum, lilior. alb. ana* ℥ j. *axungiæ vituli, medullæ anseris, crurum cerui, ana* ℥ ß. *vnguenti arregon. martiati, ol. è lateribus, ana* ℥ iij. *cum cera & terebinthina*, f. Vnguentum.

Ab vnctione, inuoluatur lana succida, aut in vellere recens ab animante detracto. Oriindatur conf. *anacardina, aut theriaca, aut mythridatium*: Naribus admoueatur *ruta, maiorana, pœonia, pulegium, serpillum*: Auribus instilletur castoreum. Alii *gallinaceum viuum* conscindunt, & inspersо puluere *nucis moschatæ, cubebarum, caryophyllorum*, derasо prius capillitio, capiti aut potius occipiti imponunt; confert etiam emplastrum eiusmodi:

℞ *Radicis althææ coctæ in vino*, ℥ ij. Coletur per setaceum, adde: *Vnguenti Agrippæ*, ℥ j *fœcis ol. liliorum, emplastri de meliloto, ana* ℥ vj. *axungiæ anseris, gallinæ, ana* ℥ vj. *zinzib. virid.* ℥ iij. *calami aromat.*

mat. ℥ ij. *galliæ mosch.* ℥ j. *ceræ & terebinthinæ, ana q. s.* Rediganturin formam emplastri.

Et hæc remedia conuenient, si morbus causetur à nuda intemperie, primo clyster talis infundatur.

℞ *Centaurii, hyssopi, stechadis, ana* m j. *sem. lini, fœniculi, carthami, ana* ℥ ij. *polypodii,* ℥ j. *fol. sennæ,* ℥ ß. *colocynth.* ϑ iiij. *rad. enulæ, althææ, buglossæ, ana* ℥ ß. f. Decoctio; colaturæ adde: *Ol. lilior. alb. costini, ana* ℥ j. ß. *mellis anthosati,* ℥ j. *hieræ logodii,* ℥ ß. *salis,* ℥ j.

Vel: ℞ *Thymi, pulegii, ana* m. ij. *boraginis, buglossæ, fumiterræ, ana* m. j. *sem. anisi, fœniculi, vrticæ, ana* ℥ j. ß. *ellebori,* ϑ j. *passul. mundat.* ℥ j. *epithymi,* ℥ iij:

Coq. cum gallo veteri; colaturæ adde: *Ol. rutæ, absinthii, ana* ℥ j. ß. *diasennæ,* ℥ j. *salis,* ℥ ij.

Misce pro clystere.

Hinc deraso capite, postremæ futuræ & occipiti potissimum, infundatur decoctum *absinthii, callitrichi, calamenti, betonicæ, verbenæ, saluiæ, lauri, lauendulæ*, & capite deinceps absterso, epithema tale applicetur.

℞ *Ol. lilior.* ℔ ß. *aq. vitæ,* ℥ iiij. *castorei,* ℥ ij. *euphorbii,* ℥ j. *sulphuris,* ℥ ß. *fimi columbini,* ℥ j.

Conquassata stupis canabinis epithema applicetur calide.

Concoctioni vero & euacuationi locus erit, vbi euigilauerint, & occasio aliqua medicamenti applicandi apparuerit.

In co-

In Comate Empyrica remedia.

COmatosis post sanguinis missionem confert ante omnia vomitus. Quare tale illis vomitiuum exhibeatur:

℞ *Aq. pluuiæ,* ℥ vj. *aceti squillit.* ℥ j. *sem. genistæ, raphani, ana* ʒ ß.

Detur hausstus tepide.

Vel: ℞ *Raphani maior. viridis,* ℥ j. *sem. raphani, atriplicis, ana* ʒ ij. *rad. asari.* ʒ ß.

Coq. in aq. communi ad medietatis consumptionem. Colaturæ, ℞ ℔. ß. cui adde: *Oxymellis s.* ℥ ij. *ol. communis,* ʒ ß. Misce pro vomitiuo.

Capiti infundatur oxyrhodinon: Coxendices, crura, pedes linteis asperioribus oleo ac sale imbutis perfricentur, musculi ligaturis arctioribus excipiantur. Si clysteres patiens non admittat, ad suppositoria acria confugiendum, hunc in modum:

℞ *Sagapeni, opoponacis, ana* ʒ ij. *colocynthidis,* ʒ j. *scammoneæ, salis,* ϑ ij. *salis gemmæ, nitri ana* ϑ ß. *mellis, q. s.* f. Glandes siue balani.

Vel: ℞ *Hieræ archigenis,* ʒ iij. *spec. el. è succo ros.* ʒ j. *diagridii,* ϑ j. *ellebori,* ϑ ß. *salis,* ʒ j. *mellis cocti, q. s.* f. Suppositoria.

In Comate vigili. Deinde humores peccantes pręparentur hoc modo:

℞ *Aq. betonicæ, melissæ, farfaræ, cichorii, ana* ʒ iij. *syr. cichorii, ex rhabar.* ʒ iij. *hyssopi,* ʒ ij.

Misce pro Digestiuis.

Aut fiat decoctum.

℞ Endi-

℔ *Endiuiæ, cichorii, betonicæ, ſcabioſæ, mentæ, ana* m.ß. *rad. ruſci, aſparagi, filipendulæ, liquiritiæ, ana* ℥ ß. *flor. boraginis, bugloſſæ, violar. nenuphar. ana* p.j. *flor. anthus, ſtechadis, ana* p.ß. *paſſular. mund.* ℥ j. *Coq. in aq. pluuiæ,* adde: *aceti,* ℥ j. Excolatum dulcoretur ſaccharo, aut adde: *Syr. fumiterræ,* ℥ iij.

Catharticum ſit eiuſmodi, quod partim bilem, partim pituitam educat:

℔ *Diaphœnic. el. è ſucco roſ. ana* ℥ iij. *cum aq. fumariæ.* f. Hauſtus.

Vel: ℔. Decocti præſcripti, ℥ v. Infunde per noctem: *Rhab.* ℥ j. *ſpicæ gr.* v. *agarici,* ℈ iiij. *zinzib. gr.* v j. *ſalis gemmæ, gr.* ij. Mane expreſſioni adde: *Oxymellis,* ℥ ß.

Vel: ℔ *Pulu. hieræ ſ.* ℥ j. *agar. rec. trochiſc. rhabarb. ana* ℥ ß. *pulu. polypodii, bened. lax. ana* ℈ j. *elaterii gr.* ij. *cum melle roſ.* Incorporentur, & formentur pillulæ ex drachma XXI.

Poſt euacuationem capiti ſuccurratur diſcutientibus & corroborantibus, inprimis madefactionibus ex *oleo violaceo, nenuphar. irino, coſtino*: Aceto etiam incoquantur pulegium & thymus. Naribus admoueantur odores fœdi: Auribus indatur *caſtoreum & oleum maioranæ*: Sternutamenta cõferent, quemadmodum etiam apophlegmatiſmi, & gargariſmi, & omnia quæ ſaliuam mouent.

In Caro: Remedia varia.

SI Carus ſit à nuda intemperie eaque frigida, ſtatim caput foueatur *decocto rutæ, ſaluiæ, roriſmarini,*

marini, lauendulæ, lauri, & fricetur oleo costino, de castoreo, irino, aut fiat cataplasma hoc modo:

℞ *Vnguenti aregon. martiati, ana* ℥ j. *ol. è lateribus,* ℥ ß. *pyrethri,* ʒ ij. *castorei,* ʒ j. *cal. aromat. galangæ, cinamomi, ana* ϑ j. *pilorum hominis vst.* ʒ j. *cum cera & terebinthina,* f. Cataplasma.

Vel paretur sacculus:

℞ *Anthus fl. flor. stœch. chamomeli, meliloti, ana p. j. pulegii, thymi, maiorānæ, ana p. ß. caryophyll. nucis mosch. cubebar. macis, xyloaloes, ana* ℥ ß. *alypt. mosch.* ϑ ij. *spicæ,* ϑ j.

Misce f. sacculus, interpassetur.

Naribus admoueantur *ambra, nigella, moschus.* Palato affricetur *mythridatum, theriaca,* aurea Alexandrina. Sumat *diagalangam, diatrium pip. diambram, aromaticum, caryophyllatum, zinziber conditum; aquam saluiæ, lauendulæ, vitis.* Aut fiat electuarium tale:

℞ *Conf. anthus, stœchadis, ana* ℥ j. *pyrethri cond. rad. enulæ cond. ana* ℥ ß. *spec. diatrion pip.* ʒ j. *diambræ, diacubebar. ana* ʒ ß. *gallīæ mosch.* ϑ j. Cum modico aq. vitæ seu vini incorporentur.

Si carum efficiat sola humiditas: proderit sacculus sequens.

℞ *Cinæris querc.* m. j. *milii torrefacti, salis tosti, fimi columbini, ana* m. ß. *absinthii, sisimbrii, verbenacæ, ana p. j. scoriæ ferri præp.* ʒ j. *cinamomi,* ℥ ß. *macis,* ʒ j. *xyloaloes,* ℥ ij.

Misce incisa & contusa dentur in sacculo, qui obducatur serico rub.

Quidam

Quidam sartaginem ignitam capiti eminus admouent, sic tamen; ne cutem & carnem tangat, sed tantum, vt præsens calor humiditatem attrahat & absumat. Si fiat carus à copia phlegmatis, aluus clystere sollicitetur:

℞ *Centaurii, absinthii, verbenæ, ana* m.j. *sem. seseli, carui, ameos, ana* ℥j. *rad. acori, enulæ, pœoniæ, ana* ℥ ß. *colocynthidis,* ℥ ij. *carthami,* ℥ iij. *polypodii,* ℥j. *passul. mundat.* m.j. f. Decoctio, colaturæ adde: *Ol. rutæ, chamomel. ana* ℥j. ℈. *mellis ros.* ℥j. *salis,* ℥j.

Misce pro clystere.

Vomitus etiam concitetur, extremitates partium, brachia & pedes dolorificis frictionibus sollicitentur, ligaturæ quoque adhibeantur; cucurbitulæ scarificatæ coxis & cruribus affigantur: Caput derasum irroretur *decocto abrotani, thymi, rutæ, pœoniæ, lauendulæ, saluiæ, roris marini,* non sine aceto acerrimo aut lixiuio, cui incoctū sit *serpillum, origanum, sulphur:* Synciput cœpa aut scylla, aut tapsia, aut nasturtio fricetur, idque post vnum atque alterum diem. Conducit etiam *oleum laurinum, costinum, irinum.* Si humor sit crassior, serpillum, aut pulegium, aut calaminta aut menta oleo incoquantur, & caput foueatur; hæc enim simul firmitatem parti addunt. Naribus instilletur *succus betæ aut hederæ aut anagallidis, pimpinellæ, cyclaminis cum elaterio:* Odores fœdi narib. obtrudātur, *ex galbano, asa, sagapeno.* Acetum etiam odoretur, in quo coctum sit *abrotanum, saluia agrestis, ruta;* sternutatio cō-

citetur *pipere, veratro, euphorbio:* Fauces infricentur *mythridato, theriaca, melle anacardino, caſtoreo,* quod maxime *Gal. probat lib. ſimplic. med.* 11. Coxendicibus & plantis pedum, pulpoſiſque partibus ſinapiſmi apponantur. Caroſis, ſi ira prouocetur, ſalutare eſt remedium.

Incubus.

CVm hoc malum non niſi in ſomno contingat, ideo morbis ſomniferis affectum iſtum annumerauimus. Græcis ephialtes eſt ab inſultu; ἐφιάλτων πνίγμον *Dioſcoridi, Auicennæ* ſua lingua ſtrangulatorem dixit. *Plinio* Faunorum in quiete ludibrium; & ſuppreſſio nocturna, ὑπίαλον Didymo, qui dæmonem eſſe putat, vocarique alias ἐπιάλτην & ἐνόταν. Eſt corporis nocturna oppreſſio & ſuffocatio quædam voci ſpirituique liberum meatum intercipiens. *Galenus* de hoc malo non eſt locutus, niſi forte incluſerit hunc morbum ſermoni de epilepſia. Ego autē vt ingenue fatear, quantum ad theoricam, mallem de hoc affectu audire alios. Intelligitur autem per incubum, illud vitium, in quo homines ſomni tantum tempore, imaginantur ſe opprimi ac velut ſuffocari ab obiecto quodam graui comprimente præcordia, quod ſane obiectum offertur modo vnius modo alterius coloris ſpecie, vnde patientes expergiſci nituntur, ſed maxima cum difficultate, quamuis velint, vix aſſurgūt, & quamuis tempore acceſſionis lo-

Capuacciana.

Qui ſcire cupit quid ſit incubus, is arte ſomnum comedat caſtaneas, & ſuperbibat vinum feculentum.

nis loqui nituntur, tamen id præstare nequeunt. Quod malum hunc in modum generatur, quãtum licet colligere ex *Aetio*, *Paulo*, *Aretæo* & aliis. Necesse est vt in generatione huius mali, reperiatur vapor in capite, qui necessario est frigidus & crassus, qui, vt ego puto, ex necessitate detinet & occupat originem neruorũ pertinentium ad sensum tactus & motus: Præterea hic vapor, vt inquit *Paulus*, detinet cerebrũ, secundum ventriculum potissimum anteriorem, licet & medius aliqua parte, licet minori repleatur, vt dum cerebrum hoc vapore ita afficitur, necessario consequatur imaginatio corrupta alicuius obiecti, ita prementis, vt homines imaginentur, se à quadam materia suffocari. Hinc colligimus huius mali definitionem talem: *Incubus est imaginatio corrupta obiecti grauis præcordia prementis, dependens ab obstructione ferme integra ventriculorum cerebri anteriorum in somno occurrente* Declaro, & simul explico causam omnium symptomatum. Est ergo functio deprauata imaginatricis, obiecti grauis prementis præcordia, quia illi imaginantur aliquod obiectum graue, ita comprimens præcordia, vt veluti suffocari videantur. Hæc est imaginatio, corrupta tantum secundum receptionem, nõ secundum iudicium, quia cognoscunt se decipi, vt dictum est de vertiginosis. Sed maior est difficultas in eo, qua ratione fit imaginatio obiecti grauis prementis præcordia; est error in imaginatione & in rece-

ptione: Imaginatrix facultas recipit obiecta secundum species obiectorum pertinentium ad omnes sensus exteriores. Quæro autē hic, quodnam sit obiectum illud, & ad quodnam sensorium hæc species pertineat? Puto ego pertinere ad sensum tactus, est enim obiectum graue, & cum hic vapor non modo occupet anteriores cerebri ventriculos, sed etiam medium ventriculum, vnde origo neruorum pertinentium ad sensum tactus & motum voluntarium, fit, vt motus voluntarius necessario labefactetur & ferme auferatur, quia spiritus animalis destinatus ad sensum & motum, potissimum viget in medio cerebri ventriculo, vnde spiritus non ita possunt animalem facultatem deferre, vt opus est, cum autem hic non fiat integra angustia, vt in catocho, magis læditur motus quam tactus, & cum motus consistat in actione, tactus vero in passione, vt monet Philosophus, motus validiore indiget virtute, & spiritu copiosiore, quā tactus: Hinc ergo fit, vt cum motus voluntarius hic admodum imminuatur, vt etiam difficilis reddatur respiratio, & sic ob imbecillem motum partes ad thoracem pertinentes redduntur facultati motrici plus iusto pōderosiores, quod pondus, quod obiectum præsentiens sensus tactus, hoc affert imaginationi; hinc merito fit, vt ob hunc errorem externum, ob vitium huius obiecti, imaginatio corrumpatur, & lædatur secundum receptionē, vt hæc imaginatio corrupta non

pta non sit cuiuslibet obiecti, sed obiecti pertinentis ad tactū, & proinde obiecti grauis comprimentis præcordia, quod obiectum de more obiecti producit species, quæ sunt spirituales nō corporeæ, & vt recipiantur, requirunt debitam sedem, debitam visceris subsistentiam, siue ingrediantur per partem anteriorem, siue ad latus, siue per posteriorem, & nisi aliquod sit impedimentum, deducentur in sedem propriam, vnde memoria nō est apta ad recipiendas species, nisi prius recipiantur ab imaginatrice, & ideo quāuis species tactilis deferatur per neruos, & per neruos etiam posterioris partis capitis, non est tamen vt somniemus ac decipiamur dicentes imaginatricem non residere in anteriore parte capitis. Hactenus diximus, incubum dependere ab obstructione ferme integra ventriculorum anteriorum cerebri, tempore somni occurrente; hinc colligitur in cerebro functionem deprauatam imaginatricis lædi, impedita potius quam labefactata facultate, quo fit, vt incubus & cito fiat, & cito desinat, quod si fieret ab intemperie, hoc nō contingeret: Ob id dixit Paulus & Auicennas, in incub. repleri ventriculos cerebri. Pro recta autem intellectione huius obstructionis, hæc quatuor breuiter explicanda sunt.

1. *Quænam sit causa obstructionis huius.*
2. *Quomodo hæc obstructio sit ferme integra.*
3. *Quomodo ventriculos anteriores occupet?*

4. *Cur tempore somni non autem vigiliarum occurrat?*

Quod ad primum, Huius obstructionis causa est, vapor & non minera vaporis, vnde incubus differt à caro, qui non tantum producitur à vapore, sed etiam ab humore, qui est vaporis minera: Præterea vapor in incubo est crassus & frigidus, ob id differt à vertigine, quæ fit à vapore non crasso sed tenui, & quidem à vapore, qui quandoque est frigidus, quandoque calidus: In incubo vapor semper est crassus & frigidus; hinc sequitur vaporem in incubo generari à materia crassa & frigida, quæ est pituitosa & melancholica, ex sanguine crassiore, non feruente, atque ex semine pariter crasso & frigido. Generatur autem hic vapor tanquam ab agente, vel ob errorem externum, vtpote ob victum crassiorem, vel læsa facultate, præcipue vero ob intemperiem frigidam vel capitis vel ventriculi: Gignitur autem hic vapor quandoq; in capite, quandoque extra caput.

Quantum ad secundum: Sciendum, ventriculos cerebri posse affici obstructione nunc integra, nunc non integra. Integra, velut in apoplexia & caro; non integra, vel plurimum recedit ab integra & perfecta, vt fit in incubo, vbi quasi imperfecta est obstructio.

Quod ad tertium: Ventriculos cerebri anteriores affici, ex eo probari potest, quia patientes, dum ab accessione liberantur, casus illius afflicti recor-

recordantur: Imaginatio autem læditur, rationabiliter ergo obstructio occupat anteriores cerebri ventriculos.

Quantum ad postremum: Dicebat *Auicennas*, incubum occurrere in quiete, in somno, & quidem in principio somni, quo tempore copiosi redundant vapores, qui sicut tempore vigiliarum resoluuntur; Ita tempore somni & maxime in principio resolui nequeunt, & præsertim id contingit, dum homo supinus decumbit, siquidem per illum decubitum promta fit in caput euaporatio, vt rationabiliter decubitus talis in destillationibus sit fugiendus: Ast tempore vigiliarum vapores resoluuntur, qui si vsq; adeo copiosi fuerint, vt resolui nequeant, vigiliarum tempore nõ fit incubus, sed integra obstructio, & vel apoplexia vel carus. Ex his facillimum est differentias colligere & à forma & à causa effectrice. A forma, prout varia est imaginatio; Alii enim imaginantur illud graue vno modo, alii aliter, alii vnius coloris, alii alterius, quinimo aliqui etiam imaginantur, obiectum illud Venerem exigere; Quæ differentiæ maxime conducunt ad cognoscendam causam efficientem. A causa ergo efficiente desumuntur differentiæ, prout vapor ille crassus & frigidus fit, vel ex pituita, vel ex Melancholia, vel ex sanguine, vel ex semine, ad hæc prout generatur vel in capite vel extra caput. Quod ad signa, quæ à forma sumuntur, ea patefacient nobis patientes: Testa-

buntur enim obiectũ illud graue esse rubicundum, vel nigricans vel alterius coloris: vnde hoc loco inquirendum, cum homines in somno oculos habeant clausos, quanam ratione imaginari possint obiectum aliquod rubicundum? Siquidem hoc obiectum non est præteritum, sed præsens, & producitur ratione vaporum, qui hoc tempore occupant cerebrum; Quare necesse est, vt prius offeratur species sensui externo, deinde sensui interiori. Supponatis paucis, quia fusius de hac materia loquemur in doctrina de oculis: Colorem qui est obiectum visus, duplicem produci posse; Altero modo ex mixtione Elemẽtorum, in qua mixtione terra occurrit vt opacum, aer & aqua vt diaphana, ignis autem vt luminosum, atque hic color ab oculis nequaquam conspici potest, nisi obiectum sit extra oculum, vt mirum nõ sit, si homines corneam suam, si forte citrina sit, citrinam esse non agnoscant: Altero modo, Color potest produci ex permixtione lucis ac tenebrarum, & hic color, hoc obiectum satis est vt resideat inter corneam & cristallinum, & clausis etiam oculis cõspici potest, & hoc contingit in incubo, siquidem si ad oculos cum spiritibus animalibus perferatur vapor sanguineus, (*exempli gratia*) qui est portio tenuior vaporis sanguinei crassioris, rationabile enim est, dum vapor crassus in capite redundat, portionem tenuiorem cum spiritibus transmitti ad oculos, quo fit vt color ex luce & tene-

tenebris fiat; ex luce, id est, ex spiritu, ex tenebris, id est, ex vapore. Hæc igitur est causa, ob quam in falsa hac imaginatione patientes imaginentur phantasmata, modo vnius, modo alterius coloris. Quantum ad differentias à causa efficiente, hæ cognoscuntur ex varia imaginatione, nam si patiens imaginetur phantasma rubicundum, significatur vapor sanguineus; si imaginetur phantasma libidinem præ se ferens, indicatur vapor seminalis. Quantum ad præsidia, quæ sunt ex vsu, hæc desumuntur à vapore & causa vaporis. Vapor indicat discutiẽs, & quidem vehemens; Est enim vapor crassus & frigidus: Respectu causæ, si fuerit sanguis, euacuandus est; Similiter quo ad agens, si fuerit intemperies frigida, capitis vel ventriculi, indicat remedium calefaciẽs caput aut ventriculũ. Quod ad Prognosticon; Ex sententia Græcorum & Arabum, hoc malum non est negligendũ, quia minatur vel epilepsiam vel apoplexiam, vel delirium: Minatur epilesiam, quia accidere potest, vt crassi vapores condensentur, adhæreant substantiæ ventriculorũ cerebri, vnde fit epilepsia. Quod si ab his vaporibus occupetur non modo substantia ventriculorum, sed etiam substantia secundum poros cerebri, si vapores illi fuerint pituitosi, euadunt fatui & amentes. Quod ad curationem. Si redundet sanguis, vena erit secanda; Idem statuendum erit de materia medicinali ac dicætetica. Vnum saltem hic moneo,

quod fuit propositum ab Auicenna; in hoc malo maxime conferre, si patientes accipiant xv. grana seu semina pæoniæ nigræ, cum aqua; Addit *Auicennas*, hoc medicamentum prodesse, si eo continue vtamur, id est, non vnica die nec dosi, sed pluribus, vt patientes hoc malo non modo liberemus, sed præseruemus etiam ab epilepsia & apoplexia; Est enim hoc medicamentum remedii non modo curatorii, sed & præseruatorii & vitalis. Habent autem semina pæoniæ sua caliditate ac tenuitate, vim discutiendi flatus, & hoc modo sunt materia remedii præseruatorii, id est, remedii indicati à vapore, à causa morbifica: Deinde habent vim calefaciendi, & proinde possunt intemperiem frigidam remouere, siue hæc intemperies sit morbus capitis siue ventriculi: Et sic semina pæoniæ sunt materia remedii curatorii, indicati ab intemperie frigida: Tertio habent hoc eadem semina pæoniæ, vt proprietate sua respiciant proprietatem cerebri, quæ vsque adeo delectatur proprietate pæoniæ, vt huius ratione euadat tam valida, vt noxios vapores à se arceat, & hoc pacto hæc semina sunt materia remedii vitalis, requisiti à proprietate ipsius cerebri. Exhibebat autem *Auicennas* hæc semina ad grana xv. quæ satis insignis est dosis, quoniam summa est actio indicantis, id est, vaporis, quia vapor hic & crassus est & frigidus, & sic satis rebellis. Exhibebat autem cum aqua, non alia de causa, nisi vt aqua esset vehiculum

lum horum seminum, sed potuisset exhibere cũ vino, quod fuisset vehiculum efficacius aqua, sed quia vinum non modo defert, & potest deferre hæc semina, verum etiam materias noxias, ideo optima ratione exhibet cum aqua, & quidem per plures dies, nam id quod indicat, quod requirit, non est tantum præsens per vnũ diem, sed multo temporis spatio; Nam etsi vapor, licet frigidus & humidus, pauco tempore expugnari potest; non enim diu perdurat vaporis præsentia; tamen intemperies partium frigida diu persistit, & quod maius est, indicatio, vt ad præseruandos homines ab epilepsia & apoplexia, optimum sit per plures dies, puta per triginta & quadraginta, huiusmodi medicinam exhibere, quæ ideo sane exhibetur potissimum, vt cũ id quod indicat, habeat subsistentiam in capite, & potius in parte interna quam externa, ideo medicina illa per os exhibeatur, vt possit commodius præstare auxilium, præsertim quia additur pro vehiculo, aqua quæ est materia vehiculi indicati à cerebro, vt à parte remota.

Incubo curando remedia.

INcubi curandi ratio potissimũ in eo sita est, vt prohibeatur, ne in ventriculo humores crassi generentur, & vt caput ita firmetur, ne vapores transmissos recipiat: In ipso paroxysmo excitandi sunt ægri, liganda sunt crura eorum & brachia, & frictionibus asperioribus diuexanda, cibi

cibi crassos succos producentes & somnus supra dorsum & vina crassa fugienda sunt. Ad caput roborandum & ventriculum exsiccandum, vehementer conferunt *lotiones ac stillicidia aquarum thermalium*: *Decoctum ligni*: *vsus mythridatii & castorei*. Pro ventriculo frigido & humido confert puluis à cibo sumptus.

℞ *Coriandri præp. anisi, ana* ℥ ij. *caryophyll. cinamomi, ana* ℥ j. *sacch. fini.* ℥ j. ℈. Misce f. Alcohol.

Laudant Arabes & Paulus *grana seminis pæoniæ*, quam herbam ob id ἐφιάλτου vocatam fuisse accepimus. Alii pelles vulpinas commendant, super quas si ægri dormiunt, ab hoc affectu tuti redduntur. *Virgilius* hunc affectum descripsisse videtur *AEneid. 12. vbi de Turno*, sic loquitur:

Ac veluti in somnis oculos vbi languida pressit
Nocte quies, ad quicquam auidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus, nec lingua valet, nec corpore notæ
Sufficiunt vires, haud vox haud verba sequuntur.

Aluus primo clystere mollienda est, & sanguis si abundat mittendus.

℞ *Mercurialis, betæ, malvæ, althææ, ana* m. j. *flor. chamomeli, meliloti, ana* m. ß. *sem. anisi, fœniculi, pæoniæ, ana* p. j. *passular. mund.* ℥ ij. *fol. sennæ,* ℥ j. *caricarum, numero* vij. *furfuris*, m. j. Coq. colaturæ adde: *Diacath.* ℥ j. *ol. violar. anethi, ana* ℥ j. ℈. *salis, q. s.* Infundatur.

Deinde humores præparentur per aliquot dies, syrupo tali:

℞ *Flor.*

℞ Flor. *boraginis*, m. j. ß. *rad. asparagi, pœoniæ*, *ana* ʒ ß. *sem. pœoniæ, melonum, ana* ʒ iij. Decoq. colaturæ adde: *Syr. de cichor. byzantini, ana* ʒ iij.

Misce pro aliquot hauſtibus.

Poſtea purgetur:

℞ *Caſsiæ rec. extr.* ʒ vj. *el. è ſucco roſ.* ʒ iij. *diagridii gr.* iij. *cum aq. bugloſſæ q. ſ.* f. Hauſtus.

Aut: ℞ *Rhabarb.* ℈ iiij. *maceretur aq. fumariæ* & expreſſo adde: *Diaprun. ſ.* ʒ j.

Misce pro hauſtu ſol.

Cubitum ituris hoc electuarium conferet:

℞ *Conſ. boraginis, bugloſſi, calendulæ, meliſſæ, roſar. ana* ℥ ß. *cort. citri cond. mirobal. citr. cond. ana* ℥ j. *diacydonii,* ℥ j: *ſpec. diarhod. abb. diamarg. frig. ana* ʒ j. *coriandri præp. Galliæ moſch.* ℈ ß. *ſem. pœoniæ mund. ana* ℈ j. *fol. auri finiſs. numero* v. Incorporentur cum *ſyr. de menta*, f. l. a. Electuarium mediocris conſiſtentiæ.

Si phlegmate craſſo caput & ventriculus redundauerit, id quod cognoſcetur ex vultu albido plumbeoque, poſt clyſterem & vomitum, extenuantia & incidentia conuenient: vt:

℞ *Syr. acetoſ. citri, oxymellis ſ. mellis anthoſati, roſati, ana de duab. rad. ana* ʒ j. *Decocti hyſſopi, q. ſ. vel* ℔ j.

Misce dentur per dies aliquot.

Aut: ℞ *Chamædryos, chamæpithios, pulegii, meliſſæ, ana p.* j. *ſem. aniſi, fœniculi, ſeſeleos, pœoniæ, ana* ʒ ß. *rad. enulæ, liquiritiæ, iridis, cort. citri ana* ʒ iij. *macis, caryophyll. nucis moſch. cardamomi, ana* ℈ j.

Coq.

Coq. ſ.a. colaturæ adde: *Syr. ſtechadis* ℥ ij. *hyſſopi, marrubii, ana* ℥ j.

Miſ pro ſyrupo attenuante & incidente.

Inde apparente cõcoctione in vrinis, catharticon tale ægro propinetur:

℞ *M. pill. cochiar.* ℈ ij. *de hiera ſ.* ℈ j. *elaterii gr.* j. *f. pill.*

Vel: ℞ *M. pill. alephang. aggregat. ana* ℥ ß. *diagridii gr* iij. *f. pill.*

Vel: ℞ *M. pill. aſſaireth* ℈ ij. *de helleboro* ℈ j. *ſalis Indi. gr.* iij. *f. pill.* dentur à modica cœna.

Vel: ℞ *Diaphœnic.* ℥ vj. cum decocto, f. hauſtus, aut bolus cum ſaccharo.

Vel: ℞ *Diacnici, diaturbith cum rhab. ana* ℥ iij. *cum aq. abſinthii, f. hauſtus.*

Cubitum concedentes, ſumant *Conſ. anthus, ſtechadis, mentæ, meliſſæ, ana* ℥ j. *nucis moſch. cond. enulæ cond. ana* ℥ vj. Miſ pro condito.

Vel hanc Tragæam:

℞ *Sem. aniſi, fœnic. ana confect.* ℥ j. *aromat. roſ. ſpec. el. è gemmis, diamoſchi dulc. ana* ℥ ß. *conſer. roſar.* ℥ v. *coriandri præp.* ℥ ß. Miſce pro Tragæa.

Per interualla, ſub auroram æger capiat *mythridatium, theriacam, auream Alexandrinam.* Fiat etiam ſacculus in hac forma.

℞ *Roriſmarini, ſambuci, pulegii, calaminthæ, ana p. j. flor. anthus, ſtechadis, chamom. meliloti, ana p.* ß. *caryophyll. macis, xyloaloes, ſtyracis, benzoi, ana* ℈ j.

Miſce f. ſacculus maſticatorius.

Si ex atra bile fiat vaporum in caput eleuatio

præpa-

præparetur humor syrupis de *fumaria, byzantino, de epithymo, de scolopendria; floribus cordialibus, aquis scabiosæ, buglossæ, fumariæ boraginis, radicibus fœniculi, petroselini, asparagi, cort. rad. de capp. cort. tamarisci, rad. pæoniæ, enulæ, liquiritiæ, passulis mund. Purgentur helleboro nigro, sena, helleboro, lapide armeno, pillulis de helleboro, confect. hamech, pill. Indi. anisum puluinis culcitrisque* insperſum, pauorem omnem in somno depellere creditur.

SPICILEGIVM V.

DE VERTIGINE ET SCOtomia.

Vertiginis Catholica.

HÆc Barbaris Scotomia est; Græcis σκότος & ἴλιγξ & σκότωμα, nonnulli obtenebrationem dixerunt. Σκοτοδίνος Hippocrati, Σκοτοδινία Platoni, Σκοτωματικὸν πάθος Æginetæ. Inter vitia capitis est, quæ cerebrum secundum ventriculos occupant, pro cuius cognitione præsupponendum, duplicem esse vertiginem, alteram morbosam, alteram non morbosam. Non morbosa ea est, quæ in sanis fieri cõsueuit ob externam aliquam causam, vt si quis diu inspiciat rotam aliquam, quæ in gyrum vertitur, vel seipsum etiam diu voluat, huic profecto vertigo cõtinget, sed hæc inter morbos non

nume-

ratur, vt quæ occasionem habet ab externa causa: Morbosa vero est, quæ fit cum læsione facultatum principum cerebri, ac proinde à causa interna & morbosa dependet, fit autem, quoties vapor obstruit ventriculos cerebri, ita vt motu inordinato commotus sit in causa, vt quis vertigine corripiatur. De hac agentes, prius formam illius inquiramus, quæ nulla est alia quam quæ in actione deprauata facultatis animalis cõsistit, quæ cum duplex sit, altera ad sensum, altera ad motum pertinens. Quod ad facultatẽ motricem, hæc procul dubio læsa est in vertigine, ita vt totũ corpus vel sit propensum ad casum, vel si vertigo sit insignior, in terram etiam cadat: Quare quantum ex parte motus, vertigo cõsistet in motu vel deprauato vel ablato. Quãtum ad facultatem sentientem, hæc non omnis læditur in vertigine, Nam cum facultas interna sit triplex: Imaginatrix, ratiocinatrix & memoria; ex istis sola imaginatio læditur, integris manentibus facultatibus reliquis: Læditur quidem imaginatio, quia qui vertigine corripiuntur, referunt sibi omnia in gyrum verti; ratio tamen manet integra, quia sciunt se in tali imaginatione decipi; memoria quoque non est læsa, quia omnium recordantur. Quantum ad sensus externos, ex his sola visio læditur, reliqui sensus manent integri: Læsio autem, quæ visioni contingit, triplex est, quia vel debilitatur, vt in iis, qui referunt se videre obiecta sensibilia, vel potius vi-

tius visibilia veluti per telam quandam araneæ: vel deprauatur, quando patiens existimat sibi obiecta in gyrum volui; cum enim respicit obiecta aliter quam sunt, modo deprauato respicit: vel aufertur, vt quibus visio ex toto tollitur, vt vertigine aduenient nihil prorsus videant; & hæc vertigo dicitur proprie tenebricosa & scotomia. Hæc habet *Gal.* 3. *Aph.* 17. & 4. *de ratione victus* 42. & *ex Auicenna l. c.* Obiectum autẽ vertiginis & pars læsa est cerebrum, quod læditur vt est dissimilare, & consequenter secundum ventriculos; vertigo enim cito fit, ac cito desinit, qualis generatio ab intemperie prodire non potest: Fit autem vertigo hæc ex angustia ventriculorum cerebri, quæ non consistit in obstructione integra ac totali, ita enim fieret ablatio omnium actionum cerebri, vt cõtingit in apoplexia & in Caro, in quibus sensus & motus aufertur; in vertigine autem motus raro tollitur, sæpissime autem deprauatur; quare in vertigine ventriculi cerebri non omnino obstruuntur, sed sunt potius semiobstructi *teste Galeno* 3. *de loc. aff.* 8. & alibi, quæ semiobstructio tantum fit à vapore, quia cito fit, & cito dissoluitur, debet igitur prodire à causa, quę facile resolubilis est, qualis est vapor, qui ob sui tenuitatem facile diffla-tur, cedit ac dissipatur. Materia ergo vaporosa, dum occupat internas cauitates ventriculorum cerebri, sui præsentia impedit motũ spirituum, & inordinate mouetur, quia est flatulenta & fa-

cile mobilis; Motus igitur non solum depraua-
tur, sed ita, vt obiecta veluti in gyrum moueri
videantur, quia hic flatus inordinate mouetur,
ad cuius motum inordinatum etiam species ob-
iectorum visibilium inordinate mouentur. Hęc
autem materia vaporosa peccat multipliciter,
primo in quantitate; nam si vertiginem inferre
debet, necesse est, vt sit copiosa, & prout magis
vel minus peccat copia, ita facit vertiginem mo-
do vehementiorem, modo remissiorem; dein-
de peccat etiã qualitate, & quidem prima, cum
vapor hic possit esse calidus vel frigidus, si cali-
dus, minera huius duplex esse potest, sanguis &
bilis, si frigidus, minera erit pituita & melan-
cholia: De materia vaporosa calida loquitur
Gal. 3. de loc. aff. 8. vbi proponit eam speciem ver-
tiginis, quæ fit à spiritu flatuoso, vigente in ar-
teriis eiusdem capitis; de frigida loquitur 3. *Apho.*
17. *& 23. & vlt.* Quod ad qualitates secundas, etsi
hæc materia vaporosa in respectu ad humorem,
tenuis est, tamen si cum alio vapore conferatur,
modo tenuis dicetur, modo crassa, nam vertigo
fit modo à vapore tenui, modo à crasso; à tenui,
si vapor vel sit sanguineus vel bilioſus; à crasso, si
vel sit pituitosus vel melancholicus. Hæc autem
materia, qualiscunque sit, vel generabitur in ca-
pite, quia facultas eius labefactata erit propter
intemperiem frigidam & humidam, cuius ra-
tione vapor pituitosus oritur, vel propter in-
temperiem frigidam & siccam, cuius ratione fit
vapor

vapor melancholicus, vel propter intemperiem calidiorem & æstuantem, cuius ratione oritur vapor bilioſus & ſanguineus: Vel generabitur ex materia extra caput, & vel à cauſa interna vel externa; ab interna, vel vitio totius, ſi totus corporis habitus fuerit vel pituitoſus, vel melancholicus, vel ſanguineus, vel bilioſus, & ſic etiam febre corripiatur, tanquam vitio totius: Vel gignitur vitio partis determinatæ, & ſic modo fiet vitio ventriculi frigidioris & humidioris, modo vitio epatis calidioris & ſiccioris, modo ob ſuppreſſos menſes, vel obſtructas hæmorrhoides, vel ob aliam conſuetam euacuationem, vt habet *Gal.* 3. *Aph.* 31. & 4. *Aph.* 17. Cauſa vero externa vel neceſſario concurret, potiſſimum dependens à victu, ſic ratione vini meracioris, & ex nimio vſu ciborum facile in caput euaporantium; vel concurret non neceſſario, vt ſi quis odoret aliqua opiata, vel ſi quis inſpexerit rotas molendinarum vel ſeipſum in gyrum voluat. Et hæc de obſtructione ventriculorum cerebri in vertigine. Quantum ad ſubſidentiam, hæc fit ab inanitione & reſolutione ſpirituum animalium, vt ex Auicenna colligitur; fit autem hæc reſolutio ob immoderatum ieiunium & inediam, cuius ratione ſpiritus inuniuntur, vt ventriculi inaniti hoc pacto ſubſideant. Quantũ vero ad compreſſionem, hæc non fit niſi à cauſa externa, ab ictu capitis, vel perforatione cranei, quorum curatio à chirurgis petenda eſt. Ex his propoſitis

facillime differentiæ & signa & indicationes sumuntur: Quod ad Prognosticon; cum vertigo sit via ad epilepsiam vel apoplexiam, secundum *Gal.* 4. *aph.* 17. & 23. Vitium non est contemnendum: maioris autem momenti est, quæ ab internis potius quam externis causis ortum habuerit, & periculosior, quæ fit capite primario affecto, quam quæ per consensum: Quare curationem ipsam aggrediamur. Quantum ad Chirurgiam; Si vertigo fiat à flatu sanguineo, cum sanguis redundet, euacuandus erit, nisi sit quod prohibeat. Locus mittendi sanguinis indicatur à subsistẽtia sanguinis, qui si in toto subsistat & peccet, Basilica dextri lateris secanda est, nisi totius repletio fiat propter partis denominatæ repletionem, sic in suppressis mensibus saphena secetur, in retentis hæmorrhoidibus sanguisugæ apponantur. Si autem sanguis potissimum peccat in capite, Rhazes monet, vt aperiantur venæ post aures & illæ quæ continent spiritum flatuosum qui continẽt in venis pulsatilibus: Quæ remedio omnes sanari consueuerunt, dummodo hic spiritus flatuosus ascendat per has venas pulsatiles externas, quæ incidi possint, quod si per internas, cum secari nequeant, tunc vanum est secare externas, ideo *Gal.* 13. *meth. vlt.* dixit, non omnes vertiginosos sanari sectione venarũ pulsatilium; Quo in casu Rhazes iubet applicari cucurbitulas in spatulis, quæ sunt quasi vicariæ sectiones internarum venarum latẽtium. Quo

ad quan

ad quantitatem mittendi sanguinis, illud animaduertendum est, dum in vertigine vena aperienda est, & magna simul copia sanguinis detrahenda, non debemus id agere vnica vice, sed duabus, quia ratione motus sanguinis imminet periculum, ne patiens tempore sectionis in vertiginem prolabatur; quare hæc sanguinis euacuatio partienda est, ac duabus potius vicibus supplenda. Si vero hoc vitium tam pertinax fuerit, vt non cedat pharmacis, tunc cogemur deuenire ad cauteria, quorum vi materia expurgetur: Si igitur vertigo fiat per essentiam in cerebro, cauterium occipitio affigatur, vt hoc pacto materia deriuando euacuetur. Quod si materia alibi gignatur, si peccet in toto, quia sint suppressa menstrua, cauteria tibiis applicentur: Si vitio ventriculi frigidioris vel epatis calidioris flatus multiplicetur, cauteria brachiis affigantur. Quod ad pharmaciam, si vertigo fiat à flatu pituitoso, exhibenda erunt, quæ pituitam leniunt & purgant, & sic de aliis. Post totius euacuationem capiti aliqua sunt administranda, ita vt merito flatus qui in capite continetur, si consideretur, vt facit epilepsiam, reuellentibus ac discutientibus vtendum; Reuellentia sunt frictiones in extremis partibus, & ligaturæ, quæ propter dolorem à capite materiam detrahunt. Idem præstant suppositoria & enemata acriora: Quod ad discutientia; si flatus est frigidus, agendum est calidis, vt vapor frigidus attenuetur

& resoluatur, propterea odor ex aceto acerrimo, quod alteratum sit cum discutientibus, vt si *nigellæ*, *moschus*, *melissæ*, *serpillum*, *stechas* incoquatur, optimum erit remedium; Si flatus sit calidus, agendum erit cum frigidis; vt *aqua rosarum*, *acetum rosatum*, &c. Huc accedunt quæ capiti extra admouentur, vt lotiones factæ ex aqua, cui incocta sint: *Flor. chamomeli, anethi, sem. fœniculi, anisi, fœnugræci, fol. rutæ, radix pæoniæ.* Quod si vertigo sit ex inedia, propter ventriculorum subsidentiam, cum his agendum, quæ spiritus regenerant, vt est vinum, bolus vino infusus: si à vapore mordaci, à ventriculo ad cerebrum ascendente, his vtendum est, quæ ascensum vaporum cohibent, id præstat bolus infusus vino granatorum, habet enim vim adstringendi, confert etiam *diacydonium*, & confectio *sem. coriandri.* A sternutamentis omnino abstinendũ est, vt quæ materiam nimis violenter commouent, ideoque facile vertiginem excitant. Quod ad victus rationem, omnia fugienda, quæ flatus gignunt, vt radices *dauci*, *petroselini*, &c. A cibo comedant coriandrum præp. est enim capitale, & vim habet corroborandi ventriculum & cerebrum, vt prohibeat ascensum vaporum & discutiat vapores in cerebro. Probatur acori masticatio: Suffumigia etiam naribus hausta prosunt, vt si anisum bulliat in aq. communi, & modicum aceti addatur, deinde bullientis aquæ fumus per nares attrahatur. Pro curatione primo

leniatur aluus hoc bolo: ℞ *El. lenit.* ℥j. *de sebesten siue scamm.* ℥iij. Mis. f. bolus cum saccharo, sumat tribus horis ante prandiũ. Si patiens renuat, sumatur *Mannæ vel syr. ros. sol. cum brodio* ℥iij. Aut hoc clystere aluus leniatur: ℞ *Decocti com. lib.* j. *cassiæ extractæ* ℥ß. *sacch. rub.* ℥ij. *ol. ros.* ℥iiij. *salis parum.* Mis. f. clyster. Lenita aluo secetur cephalica; Misso sanguine, volunt omnes, vt perfundatur caput oxyrhodino. Laudant aliqui, vt in hoc casu circumponantur capiti *folia vlmi, hederæ, rosarum*: Laudatur odoratus eorum, quæ possunt refrigerare sine humectatione, vt est odoratus santalorum omniũ, nam præterquam, quod santala recreant spiritus, videntur & ex proprietate, vertigini cõducere. Psyllium etiam ex arte vsurpatum ad idem valet. vt: ℞ *Psyllii* ℥iij. *aq. ros. endiuiæ, ana* ℥iij. *conquassatis adde sacchari fini.* ℥ß. Mis. pro potu. Hoc genus auxilii, sanguinis motum coercet, vt vertigines non inducat.

In vertigine, pro quodam Magnifico Patauino Consilium Italicum,

Anno 1579. Aprilis die 30.

D. Viguarius Chirurgus.

LAborat vir nobilis. vertigine; causa huius est vapor replens & perturbans cerebrum. Morbus est in compositione & in via. Angustantur enim istis vaporibus caput petentibus

ventriculi cerebri. Sed & aliis affectibus corripitur; imbecilli enim est ventriculo, à calidis enim maximum iuuamentum percipit, eructat acidum, difficulter concoquit, corripitur nausea & vomitu, pituitam habet satis copiosam: Est etiam epate plus iusto calidiore, id quod multa signa ostendunt: Pruritus, scabies, aura q. sanguine tincta, ad tactum calida: Caput etiam calidum est, ita vt etiam à leui calore afficiatur. Vertigines autem satis frequentes sunt, quas tamen non ita graues, nisi cum ambulat, persentiscit; arbitror itaque caput primo & per se affectum esse, nam & dolore capitis & tinnitu aurium frequenter corripitur: Non tamen dubium est, etiam aliunde mitti materiam, nempe à iecore calido & ventriculo frigido. Caput igitur & iecur calida, & vẽtriculus frigidus corroboranda sunt, & prohibendum, ne amplius vapores cerebrum turbantes, vel in capite proueniant, vel ab aliis partibus affectis eo mittantur. Vtrum autẽ hos scopos absoluere possimus, maxima est difficultas. Est enim morbus multorum annorum; caput crebris affectionibus factum est imbecillius, ita vt continuo & gignat vapores prauos & illos ipsos aliunde recipiat: Adhæc cauterium habet in brachio, aquis thermalibus vsus est, nihilominus tamen affectus rediit, vt de totali curatione, valde dubitem. Tentanda tamen erunt præsidia aliqua, nec æger sine spe deserendus est. Primo igitur ventriculus & caput expurgentur:

Ventri-

Ventriculus leniatur *melle rosato*; materia præparetur *decocto cichorii, endiuiæ, boraginis*, expurgetur pillulis cochiis: Caput purgetur masticatoriis & errhinis; inde roborentur hæc viscera, assumat iterum aquas thermarum, vtatur stillicidio, non quidem eo, quod nimium calefaciat, vt sunt *aq. Apponenses*, sed ex aquis diui Petri refrigeratis & iterum calefactis. Suspicor autem, hominem non omnino liberatum iri. Consulo tamen, vt illi cauterium aliud in occipitio applicetur, quo per aliquot menses vtatur, inde claudatur & apponatur aliud cauterium cruri. Tempore oportuno, decocto vtatur, ad roboranda viscera principalia, quale est decoctum *sarsæ; pro iecore, saccharo rosato* & aliis refrigerantibus vtatur.

D. Niger in eodem casu.

INprimis hoc monendum, operam nostram omnem non in curatione, sed in præseruatione ponendam esse. Non enim habemus ægrum, qui iam morbo aliquo corripiatur, sed qui incidit aliquando in vertiginem, statis temporibus, deinde melius habet, neque de vllo amplius affectu conqueritur. Certum est, deprauatam esse actionem virtutis imaginatricis: Causa est, motus spirituum animalium in ventriculis cerebri: Dum enim ad oculum deferuntur species visibiles, obiectum repræsentatur facultati imaginatiuæ, quæ quia corrupta est, species illas non

firmiter recipit, & quia à vaporibus ibi detentis turbatur, & mouetur varie, fit vt patiens putet, omnia sibi in gyrum volui. Vapores autem vel ibi geniti sunt, vel eo delati. Crederem ego ibi genitos esse: Solet enim in affectum illum incidere, quoties aliquid fortiter vult imaginari, & inprimis cum magnā pecuniæ summam dinumerat. Est autem hic affectus ex genere symptomatum, dependet igitur ab aliquo morbo: Dicerem ego dependere illum ab aliqua intemperie, quæ secundum *Galenum & Aetium* frigida; secundum *Auicennam* vero etiam calida esse potest. Verum intemperiem illam dicerem potius immaterialem, nam dum mouetur, dum ambulat, hoc affectu corripitur. Omnis autem motus fit in instanti; intemperies vero materialis fit in tempore, & per aliquod temporis interuallum. An vero sit morbus per essentiam, an per consensum, quærendum est. Dicebat *Gal. 4. Aphor. & 3. de locis affectis*, vertiginē, si sit per essentiam, affectionem esse continuam, in nostro autem patiente non est continua affectio, ergo non est vertigo per essentiam. Credo ego, à ventriculo atque etiam à iecore calidiore vapores ascendere; habet venas latas & amplas, adsunt etiam ructus & flatus, quæ signa iecur indicant calidum & ventriculum frigidum; sed hic quæritur, cum continuo hi vapores in ventriculo gignantur, & continuo caput petant, qui fit, quod non etiam adest continua affectio? Respondeo, quod vertigo

tigo non ſolum dicitur fieri ratione qualitatis & quantitatis vaporũ, ſed ſimul concurrere oportet paucitatem ſpirituum animalium; credo q̃ non adſit tanta ſpirituum copia, ſed quod deficiant in imaginatione ſpiritus. Quod ad curam, prohibendum ne aſcendãt vapores, & ne iidem in capite generentur, & ne fiat diminutio ſpirituum, ſed vt potius procuretur eorum generatio. Generantur vapores in iecore, ventriculo & capite, alterandæ igitur & contemperandæ ſunt hæ partes. An vero poſſimus huic patienti integram polliceri ſanitatem, difficile admodum eſt pronuntiare. Vertigo enim eſt initium apoplexiæ, præterea in hoc patiente inueterata eſt, cœpit enim in adoleſcentia, & durauit vſq; ad conſiſtentem hanc ætatem. Habuit patrem morosum ac difficilem, à quo cum iuberetur numerare pecuniam, territus minis & vociferationibus paternis, primum in hunc affectum incidit. Pro curatione autem euacuetur caput, iecur & ventriculus, leniatur aluus cum *ſyr. roſ. ſolut. & hieræ*, ℥ ij. f. potus cum *melle roſ. ſolutiuo*, addatur *hiera cum elect.* lenitiuo: præparetur materia cum *ſyr. de menta, de cichoreo, ſtechade, boragine.* In potione darem infuſionem *rhabarbari* & iniicerem portionem *fol. ſenæ*; poſt purgationem corroborarẽ partes prædictas, prius tamen caput purgarem maſticatoriis, & in ſola maſtice acquieſcerem, abſtinerẽ à ſternutatoriis, poſſent enim cauſare aliquod impedimentum vel nocumentum,

tum, mouendo & magis irritando materiam: Præscriberem etiam potum *aq. Apponensium*, sed prius refrigeratarum, ratione capitis & iecoris calidi, per tres itaque dies biberet aquas in principio, & postea vteretur aquis temperatis. Decocto autem Guaiaci potius vterer in iure pulli, quã decocto sarsæ, alterarem etiam prædictum decoctum cum betonica: Temperata enim vicem gerunt contrariorum, vt si aquæ feruenti superinfundas aquam tepidam, feruentem temperantiorem reddes: Eodem modo poterimus attemperare caliditatem decocti ligni cum moderate calefacientibus. Laudo etiam in hoc casu *pœoniam*, & conseruam *betonicæ*, & alia id genus: Extrinsecus adhiberem inunctiones, epithemata, cum decocto *stechadis, betonicæ, &c.* Secarem etiam venam, vt epar contemperarem ratione euentationis: Stillicidium nocet potius, quam vt prosit, neq; enim indigemus iam iis quæ possunt excitare motum spirituum: Et nos vidimus multos ratione stillicidii & ex illius vsu in vertiginem incidisse. Et quia cauterium, quod habuit in brachio, profuit, posset reiterari denuo, in capite autem cauterium fieri non suaderem, in crure ratione deriuationis esset melius. Ab omnibus flatulentis & vaporosis cibis abstinerem, vt à lacticiniis, leguminibus, piscibus, carnibus pinguioribus & crassioribus. Vinum sit neque potens, ratione capitis & iecoris, neque tenue ratione ventriculi. *Hæc D. Niger.*

D. Mar-

D. Marcus de Oddis in eodem casu.

SVppono intemperiem, caput est calidum, est enim homo pauci somni, nullam sentit grauitatem capitis. Cum autem vertiginis tres sint species, ex mente Galeni, ego ex earum genere istam adesse puto, quæ Scotomia proprie dicitur. Symptoma hoc refertur ad actionem læsam & quidem deprauatam. Existimo morbum esse in compositione & quidem in situ, quia nō bene mouentur spiritus, sed ad latera hinc inde impingentes, imaginatiuam turbant. Potest tamen morbus etiam esse in intemperie, sed secūdario quidem, non per se, quia vertigo oritur nō nisi in calefacto cerebro, adest igitur intemperies calida, quæ vapores etiam ex inferioribus partibus attrahit, & hæc intemperies potius est occasio quædam quam verus morbus. Est autem per essentiam morbus, ita tamen vt etiam accedat consensus aliarū partium: Iecur & ventriculus diuersos humores generant; ventriculus frigidos & crassos; iecur calidos. Adhæc caput & cerebrum calida sunt, & vtrumque membrum mandans ac recipiens calidum est: Quare humores ex ventriculo & epate caput petentes sunt in causa, vt spiritus illi in cerebro agitentur, & moueantur, & propterea affectus per consensum esse potest, sed tamen cerebrum primario affectum esse arbitror, diuturna enim est affectio est imbecillitas cerebri ea, vt & facile suscipiat materiam & ipsam etiam gignat. Quod ad

curam

curam, ſpiritus primario affecti ſunt, agitantur enim ab humoribus, & adeſt intemperies: Quare procurandum, vt ſpiritus agitati quieſcant, vapores euacuentur, qui ſpiritus commouent, contemperanda deinceps ſunt membra principalia, & primo totum reſpiciendum: Adeſt abundantia ſanguinis, & ſanguis eſt calefactus, vena igitur incidenda eſt; habemus enim caput & iecur calida; ſanguinem igitur mitterem è vena communi, quæ reſpicit cerebrum & iecur, vt ita ſanguis ventiletur. Habuit fonticulum in brachio dextro, ex quo magnũ percepit iuuamentum, ego igitur ex altero latere alium fonticulum fieri curarem: Facerem etiam ſetaceum in occipitio, poſt aliquod temporis interuallum, & alium fonticulum in cruore, vt epar etiam reſpiciamus. In purgatione contentus eſſem agarico & rhabarbaro; ſpecies quidem hieræ conferrent ventriculo, ſed ſi iis vtendum eſt, cum el. lenitiuo mitigari iuberem hieræ caliditatem. Antidotis magnis non vterer ob caliditatem epatis ac cerebri. Abſtinerem ab omnibus calefacientibus, aut cõtemperarem ea cum refrigerantibus, cum *ſucco roſ. & theriaca* potius noua vterer, quã veteri, eſt enim minoris actiuitatis & minus calida: Idem iudico de conſeruis anthus & ſimilibus. Extrinſecus adderem olea, inunctiones refrigerantes & reſpicientes cerebrum. *Oleum roſ. cum aceto laudabat Galenus*; probantur etiam decoctiones in hunc vſum factæ; aquis thermalibus

bus prius refrigeratis imponerem medicamenta frigida; in potu iis non vterer, sed solum in embrocationibus, etsi ratione ventriculi etiam in potu conferunt. Decoctum farfæ exsiccat, & ideo roborat, & propterea etiã placet, si cum herbis decoctis, ventriculum & epar respicientibus detur. Decoctum ligni nimis calidum est, posset tamen eius etiam caliditas mitigari. His omnibus diligentem victus rationem præscriberem.

D. Bernardinus Paternus in eodem casu.

TRiplex adest symptoma: Vertigo, visus tenebrositas etiam cum vertigo non adest, & diminuta coctio. Certum est autem, hoc posterius prouenire à frigiditate ventriculi, & ab eiusdem etiam humiditate aliqua, Nam saliua in ore abundat, quod indicium esse solet humectati ventriculi, eadem est enim oris tunica & interna ventriculi. Deprauata est actio imaginatricis, non ratiocinatricis potentiæ, id quod in se etiam expertus est Galenus. Cum enim colligeret festucas, animaduertebat, rationem læsam non esse, quia iubebat sibi ab amicis astantibus caput ligari ne in vertiginem incideret, quod tũc metuebat. Vertiginis autẽ causa nulla alia est, quam circumactio spiritus flatuosi & humorum illos impellentium, vt testatur *Gal. 4. de rat. victus in morb. Acut.* 42. Hæc circumactio morbus nõ est, quia nullus est morbus in motu, sed symptomata in motu consistunt. Est igitur motus depra-

uatus

uatus in ſpiritibus, propter quem accidit, vt radii viſorii circumagantur, & obiectas res quieſcentes modo tangant ſecundum vnam, modo ſecundum aliam partem. Quare ſymptoma eſt, non morbus in ſitu. Ac poſſet quidem eſſe morbus in ſitu, ſi crederemus ſpiritus viuere, ſed ſi non viuunt, ægrotare quomodo poſſunt? Statuemus igitur, hunc motum deprauatum eſſe ſymptoma. Vnde autem prouenit? A ſpiritu flatuoſo, in cerebro genito, vel aliunde trāſmiſſo. Si conſidero, quæ ab Auicenna dicuntur, iudico cerebrum aliquid conferre ad hoc ſymptoma, ſed arbitror tamen, cerebrum affectum non ſequi hoc ſymptoma, neque enim eſt affectus continuus, neque quo tempore corripitur, grauedinem aut aliquam moleſtiam percipit, quare ſpiritus flatuoſus aliunde gignitur, ſed tamen à caliditate cerebri maiorem caliditatem ſuſcipit, quam ſuapte natura habet, & ita vehementius mouetur, prohibitoque ipſius exitu retrocedit, & ſic in gyrum voluitur. Vnde autem ſunt hi ſpiritus flatulenti? Poſſemus quidem imaginari eſſe eos à vētriculo, ſed cum reſpicio ad occaſionem, quam hic affectus ſequitur, motum videlicet corporis, quod quoties vehementius mouetur, toties æger in hunc affectum incidit, nō poſſum aſſequi, quomodo in ventriculo hic ſpiritus flatulentus generetur. Quare iudico, à toto potius corpore hunc ſpiritum flatulentum ad cerebrum trāſmitti, & à ſanguine calido, qui

in toto

in toto corpore sit, ad caput deferri. Dicebat autem *Gal. 3. de symp. caus.* distemperantias valde calidas non excitare spiritus flatulentos, quare non opinor tantam esse sanguinis caliditatem: Sed cũ sanguis ille habet partes multas pituitosas, has, cum corpus mouetur, vna cum sanguine ad caput deferri verisimile est. In genere autem caput & iecur calidum est, ventriculus vero frigidus. Quibus sic stantibus oriuntur duo scopi principales: Corroboranda esse membra, ne affluentes succos recipiant, iecur & cerebrum refrigeranda, ventriculus calefaciendus est, inprimis vero, si *Galenum audire volumus 3. de loc. aff. 3.* consulendum est toti corpori, quod cum duobus modis fiat, quemadmodum docebat *Gal. l. c.* venæ sectione & purgatione, vtrumque in hoc casu necessarium est. Quæ autem vena secanda sit, si respiciamus caliditatem cerebri, & iecoris, cum vt dicebat *Gal.* ex venæ sectione refrigeretur habitus corporis, ego venam axillarem dextri lateris secarem, monente idem *Gal. 4. de ratione victus in acutis 25.* Siquidem per eam venam corpus totum maxime euacuari dicebat. Verum cum non simus iam in parte curatiua, *Hippocrates autem præcipiat 2. de natura humana*, pro præseruatione incidendam esse venam in partibus maxime remotis & longinquis, & *Gal. lib. de venæ sectione, cap. 19.* ad præseruandam epilepsiam & anginam, venas crurum vel in poplite vel sub malleolis secari iubebat. Ego iudicarem in hoc

Præseruationis casu secari debere venam communem, prius tamen crurium, inde cubiti. Fonticulos in cruribus magis probarem quam in brachiis, vt sensim adsuescceret natura transmittere superflua ad partes alias. Fonticuli enim non deriuant, sed quia pars imbecillior redditur ex ea soluta vnitate, fit vt natura paulatim adsuescat materiam eo transmittere. In partibus tamen proximis fonticuli etiam ad deriuationem conferre possunt, sed quia hic non adest fluxus, non est opus deriuatione, neque etiam reuulsione. Quantitas sanguinis detrahenda est pro sanguinis copia; Scribebat autem *Gal.* quantitatem sanguinis nõ esse in omnibus æqualem: Quare hic multa consideranda sunt prudenti medico. In hoc nostro corpore, cum adsit συρρομὴ plethorica, vt *Gal.* vocat, necessario hic etiam aderit multitudo sanguinis, & eo magis idipsum mihi persuadeo, quod in incremẽto corporis hic patiens noster consueuit pati fluorem sanguinis è naribus, cum iam peruenisset ad ætatem consistentem: At hoc potius in iuuentute quam in augmento fieri oportebat, & propterea in iuuenibus Hippoc. magis considerauit fluorem sanguinis quam in pueris. Sed hic noster habuit fluxum sanguinis, dum iam augeretur, qui fluxus postea sedatus fuit, & cessauit: Quare arbitror, sanguinem in hoc corpore abundare, & fortassis hæc prima fuit occasio præsentis symptomatis. Quantum autem sanguinis

mitten-

mittendum sit, videant ac diligenter considerent Medici, qui illius curam susceperuri sunt, respiciendo subinde ad mutationē pulsus, ad sanguinem ipsum, & inspiciendo faciem patientis. De tempore non est dubium, nunc omnino incidi venam posse, nihil enim prohibet, modo id fiat post horam vnam à somno, tempore matutino, vt dicebat *Gal. lib. de venæ sectione, cap. 21.* Inde præparandum corpus est vsu *epaticæ, betonicæ & aliorum.* Placuit inprimis *Galeno 11. meth. 17. vel 18. vsus absinthii pontici.* nostrū enim absinthium non placet, est enim minus efficax: Syrupo absinthii pontici admiscerem contemperantia caliditatem, vt decoct. *cichorii, betonicæ, in syr. aceto. simp.* Exhiberem multos syrupos, neque essem contentus tribus, quatuor aut quinque, sed in iis persisterem, donec vrinæ bene coloratæ redderentur, idque facerem tribus diebus ante balneum. Balnei loco Auicennas frictionibus vtitur ex *ol. chamomelino, anethino.* Ventriculum autem, ne caput imbecillius redderetur, purgarem per inferiora, superius illum corroborarem. Non displiceret etiam vsus *cort. rad. marathri nigri* infusarum in *decocto senæ, epithymi, polypodii, & sem. anisi in lacte caprino* per diem & noctem infuso; expurgat enim biliosa & at.a; credo enim illum etiam melācolia abundare. Co' pore purgato, fonticuli excitentur. Decoctū ligni probo, sed alteratum, ita tamen, ne ingredientia ipsius decocti vim impediant. Probo etiam Se-

ceum in occipitio, non propter vertigines, sed propter tenebrositatem visus, quia nisi reuellamus, & procuremus reuulsionẽ hanc localem, cœcitatis periculum aliquando metuendum erit. Hoc autem setaceo, si quid ad oculos confluat, forte reuelletur. Laudo etiam conseruas, *mythridatium, theriacam*; contemperanda tamen sunt omnia, ita vt non prohibeatur ipsorũ medicamentorum actio. Maxime vero theriacam probo eam quæ in sistendis fluxionibus à Galeno commendatur. Victus ratio non sit attenuans, sed mediocris in substantia, qualis à *Galeno* describitur *lib. de bonitate & malitia succorum, cap.* 3. vbi refert cibos medios. De vino, quoniam affectus ventriculi hic pugnat cum affectu iecoris ac cerebri, medio modo procedendũ est; Concedendum pauciferum, tale tamen, vt ventriculus non magis debilitetur. Arbitror autem si hoc modo procedamus, patientem hunc nostrum ad pristinam sanitatem reduci posse. Dicebat enim *Galen.* 4. *de ratione victus in acutis. l. c.* vertiginem esse affectum inter salutares & lethales morbos medium. Quare non omnino de salute desperandum erit, nisi aliqua adsint quæ impediant, & si modo patiens Hippocraticum præceptum obseruet, h. e. Medicis sese audientẽ præbeat. Est alioquin vir multorũ negotiorum, semper impense cogitat, & de multis est sollicitus. Quare interdicenda sunt illi hæc nimia studia, & animus ad tranquillitatẽ reuocandus est.

CHRA-

Curatio vertiginosi & splenetici. F.H.D.

QVidam perueniēs ad annum illum climactericum, senibus periculosum LXIII. qui Græcis ἀνδρόκλας dicitur, quod frangat virum; de vertigine conquerebatur, vnde in metu apoplexiæ versabatur: Laborabat autem ad hæc obstructione lienis, habebat ventriculum perpetuo hiantem, epar autem calidum, vnde etiam non raro erysipelate corripiebatur, & renum simul obstructiones aderant. Cum autem instarent dies caniculares, dixi, cum medicinis purgantibus caute agendum esse. Remedia igitur præscripsi sequentia:

℞ *Rad. polypodii, fœniculi, ana* ℥ j. *pæoniæ* ℥ ß. *Herb. betonicæ, ceterach, ana* p. j. *Fol. sennæ* ℥ ß. *agar. trochisc.* ℈ ij. *rhabarb. el.* ℥ ß. *spicæ Ind. gr.* v. *Sem. anisi* ℈ j. *cinamomi, zinzib. ana* ℈ ß. *Flor. anthus* p. j. *epithymi* ℥ j.

Incisa & contusa infundantur per noctem in brodio pulli, mane calefiant tantum & colentur, colaturæ adde: *Mannæ calab.* ℥ x.

Misce pro haustu solutiuo.

Hunc haustum aliquoties repetiit, semel aut bis in mense. Hinc ventriculo ac cerebro corroborando morsulos fieri curaui, de quibus vnum mane sumeret:

℞ *Cinamomi el.* ℥ j. ß. *galangæ, zinzib. ana* ℥ ij. *cal. aromat. nucis mosch, zedoariæ, caryophyll. ana* ℥ ß. *cubebar. cardamomi, macis, ana* ℈ j. *amygd. dulc.* ℥ iij.

Incidantur omnia crasso modo, adde: *Sacch.*

albiß. in aq. card. ben. q. ſ. diſſol. ℥ vj. *zinzib. albi pulu.* ℥ j. affunde *ol. cinamomi gutt.* vj. *macis gutt.* ij.

f. Conf. in morſulis.

Ad promouendam ventriculi coctionẽ vſus eſt hoc ſacculo, quod ventriculo impoſuit, horis duabus vel tribus ante prandium:

℞ *Rad. cal. aromat.* ℥ iij. *galangæ,* ℥ ij. *bacc. lauri* ℥ j. ß. *maſticis,* ℥ ij. *nucis moſch. numero* j. *caryophyll.* ℥ ß. *herb. mentæ criſpæ, origani, abſinthii, betonicæ, ana* m. j. *ſerpilli, roſ. rub. ana* m. ß. *cort. citri, arant. ana* ℥ ij. *ſem. aniſi,* ℥ iij. *cymini,* ℥ j.

Ex his fiat ſacculus ſtomachicus quatrilaterus, interpaſſetur.

Cum autem cerebro etiam ſit frigido & humido, conditum præſcripſi, neruis corroborandis, vt fieret cum morſulis permutatio, de quo ſumpſit fruſtum magnitudine iuglandis:

℞ *Chebul. cond.* ℥ vj. *zinzib. cond.* ℥ v. *cal. aromat. cond.* ℥ iij. *cort. citri cond.* ℥ ß. *arant. cond.* ℥ iij. *rad. cichorii cond. bugloſſæ cond. eryngii cond. ana* ℥ v. *conſ. anthus, pœoniæ, ana* ℥ ij. *roſar.* ℥ ß. *cinamomi inciſi,* ℥ ß. *macis inciſi,* ℈ ß.

Condita incidantur craſſo modo teſſellatim, ſimiliter & aromata, poſtea miſceantur pro condito.

Ad alterandum lienem, puluis illi ordinatus eſt, de quo horis matutinis ſumpſit ℥ j. pro doſi, vel per ſe, vel in iuſculo carnium, ad diſſipandas in liene ventoſitates:

℞ *Spec. aromat. roſ.* ℥ j. *dianthus,* ℥ ß. *troch. de cappar.*

cappar. ℈ iiij. *pulu. ceterach, chamædryos, veronicæ, ana* ʒ ß. *rad. polypodii, cichorii, ana* ℈ ij. ß. *sem. aniſi,* ℈ ij. *card. bened. fœniculi, ana* ℈ ß. *ſacch. albiß.* ʒ vj.

Miſce f. Puluis.

Ad eundem vſum linimentum ſpleneticum

℞ *Ol. de cappar.* ʒ v. *anethini chamomeli, amygd. dulc. ana* ʒ j. *pingued. gallinæ,* ʒ j. *ammoniaci aceto diſſol.* ʒ j. ß. *pulu. epithymi,* ℈ j. *ceterach, ſem. fœniculi, ana* ℈ ß. *aq. cuſcutæ,* ʒ ij. *aceti,* ʒ j.

Bulliant ad conſumptionem aceti & aquæ: Excolentur ſpecies craſſiores, & addita paucula cera f. linim.

Pro præſeruatione ab apoplexia, dedi puluiſculum, de quo ſingulis menſibus ſumat imminente Nouilunio, ʒ j. *in aq. lauendulæ, ac ceraſorum, ana q. ſ.* Huius vſus eſt in diſcutiendis vaporibus in cerebro, & hoc pacto ab apoplexia præſeruat:

℞ *Succini præp.* ʒ ij. *ſpec. diarhod. abb.* ʒ ß. *rad. pæoniæ,* ℈ ij. Miſce f. Puluis.

In eryſipelate experimentum excellens illi communicaui.

℞ *Mythridatii opt. pulu. bacc. lauri, rad. Ariſtol. rot. ana* ℈ j. *aq. roſar.* ʒ iij.

Miſce pro vno hauſtu.

Hic hauſtus eſt ſudorificus, ſumat mane, aut quo tempore eryſipelate corripi incipit, ac ſuperſudet. Poſtea vtatur eo paulo ante Nouilunium tempore matutino: Tertio repetat eundem hauſtum imminēte Nouilunio. Sic ab eryſipela-

sipelate præseruabitur. Cum autem supra mentionem fecerim Anni climacterici, sexagesimi tertii, qui ἀνδρόκλας est Græcis, ἀπὸ τοῦ κλάζειν τὸν ἄνδρα, quod virum frangat. Sic enim legendum esse censeo apud Iulium Firmicum: Androclas, non vt habent corrupti libri: Androdas: Breuiter hic monendus est lector, annos climactericos sequi motum solis, vnde Astronomi vltimum climactericum in annum LXIII. reiecerunt. Ego vero hic lectori iudicandum relinquo, an non commodior & verior clymactericorum ratio, secundum dies criticos esse possit talis; Si primus sextus dies cum hebdomadibus XXXIX. numeretur. *Secundo*; Decimus tertius cum hebdomadibus XXII. diebus VI. *Tertio*: Vigesimus cum nouem septimanis, & diebus quatuor. *Quatuor*: Vigesimus sextus cum septimanis XLV. diebus sex. *Quinto*: Trigesimus secundus cum septimanis triginta duabus. *Sexto*: Trigesimus nonus cum septimanis nouendecim. *Septimo*: Quadragesimus septimus cum septimanis V. diebus sex. *Octauo*: Quinquagesimus tertius cum septimanis XL. *Nono*: Sexagesimus cum septimanis XXV. diebus VI. Hinc vere dicitur: Anno sexagesimo caueat sibi omnis homo: Et: Sexagenarius de Ponte. Sed de his iudicent qui volent.

C.H.D. *Vertiginis curatio in fœmina anili.*

ERat fluido cerebro, ventriculo præmadido, vnde effumationes in caput causabant verti-

vertiginem, ac destillationes in pectus, difficultatem anhelitus efficiebant. Huic sequentia ordinata sunt. Primo electuarium purgans:

℞ *El. ros. mes.* ʒ iij. *diaphœnic.* ʒ ij. *elescop.* ʒ j. *spec. dianthus gr.* v.

Misce detur Bolus cum saccharo.

℞ *M. pill. de hiera cum agar, cochiar. ana* ℈ j. *aggregat. stomach. ana* ℈ ß. *cum aq. saluiæ f. pill. numero* xxx. Dentur *cum syr. de betonica.*

℞ *Sacch. albiss.* ʒ iiij. ß. *dissol. aq. betonicæ, marg. præpar.* ℈ ij. *pulu. pœoniæ, iridis, ana* ℈ j. *ol. succini gutt.* iij. *cinamomi, caryophyll. nucis mosch. macis, anæ gutt.* ij. Misce f. conf. in rotulis.

De his sumpsit mane 4. aut 5. ad cortoborandum & exsiccandum ventriculum ac cerebrum. Ad promouendam ventriculi coctionem hic puluis profuit, de quo post pastum sumpsit in crusta panis tosta:

℞ *Coriandri præp.* ʒ vj. *sem. anisi, fœniculi, cinamomi, ana* ʒ iij. *sem. carui, cymini, macis ana aceto præpar.* ℈ ij. *rosar. rub.* ʒ j.

His omnibus puluerizatis adde *sacch. albiss.* ʒ j. Misce pro tragæa stomachali.

Alteri fœminæ in vertigine. CH. D.

HÆc erat ventriculo permadefacto, vnde vapores ad caput exhalabant; curata autem est his remediis; cum abhorreret à pillulis, hoc electuarium pro dose duplici præscriptũ est.

℞ *El. diaphœnic.* ʒ ß. *benedict. laxat. ros. mes. ana* ʒ ij. *lenitiui,* ʒ ß. *spec. pliris arch.* ℈ ß.

Miſce cum ſaccharo detur bolus.

Si bolo vti non poterit, pro eo ſubſtituatur puluis ſequens:

℞ *Spec. diaphœnic.* ʒ ij. *ſacch. candi.* ʒ j.

Miſce f. puluis.

Ad humiditatem in ventriculo exſiccandam vtatur tragæa groſſa ſtomachali communi. A purgatione interiectis diebus, vtatur matutino tempore morſulis, ex oleis & aromatibus inciſis, quorum deſcriptio talis eſt.

℞ *Amygd. dulc.* ℥ j. *pinear. piſtacior. ana* ʒ ß. *cinamomi el.* ʒ iij. *zinzib.* ʒ j. ß. *galangæ, caryophyll. ana* ʒ ij. *nucis moſch. macis, ana* ʒ ij. ß. *cardamomi, cubebar. ana* ʒ ß.

Incidantur omnia craſſo modo, adde: *ſacch. albiß. aq. card. bened. diſſol.* ℔ j. *zinzib. albi puluerizati,* ʒ ij. vltimo affunde: *ol. cinamomi gutt.* x v. f. conf. in morſulis. Significetur: *Morſuli cum oleis, ſpetiebus & aromatibus inciſis.*

Quia vero hoc malum per tres annos durauit, indigebit etiã externis auxiliis. Præſcriptum igitur eſt vnguentum ſtomachicum tale:

℞ *Ol. mentæ,* ʒ ß. *abſinthii, maſtichini, ana* ʒ iij. *ſucci mentæ, vini rub. ana* ʒ iij. *pulu. galangæ, nucis moſch. caryophyll. ſpicæ, ana* ʒ j.

Bulliant ad vini & ſucci cõſumptionem, excolentur ſpecies craſſiores, & addita cera modica. f. Vnguentum.

℞ *Tragæa ſtomach.* ʒ ß.

Detur à cibo q. ſ.

In ver-

In vertigine & scotomia pro quadam fœmina in Neomarchia.

HVic primo propinabam syrupum longũ, horis matutinis sumendum, pro vna dosi ℥ij. *vel* iij. vel etiam plus minusue, pro ratione operationis:

℞ *Stechadis Arab. rorismarini, lauendulæ, ana* m.j. *thymi, epithymi, fol. sennæ,* ℥ iij. *agar. troch. hermodactyl. ana* ℥ ij. *turb. opt. rasi,* ℥ j. *sem. carthami in petiam ligati,* ℥ iij. *rhabarb. el. in petiam lig. & in aq. fœniculi sensim infusi,* ℥ ij. *spicæ Ind.* ℥ ß. *galangæ,* ℈ j. *liquiritiæ rasæ, cort. rad. fœniculi, asparagi, ana* ℥ j. *sem. anisi, fœniculi, ana* ℥ ß. *prun. vngar. numero* x. *passul. mund.* ℥ j.

Incidantur & conquassentur, coq. lento igne in *aq. fontis* ℔. v. ad casum partis tertiæ addendo *thymum, epithymum, & fol. sennæ*, in fine. Deinde cum tepidũ fuerit, bene fricetur manibus, postea coletur cum forti expressione. Cui colaturæ adde: *Emulsionis rhab. syr. de stech. oxymell. s. ana* ℥ ij. *sacch. albiß.* ℔. ß.

Iterum ebulliant bene clarificãdo & aromatizando, cum *cubebis & cinamomo*, f. Syrupus bene clarus ad vsum.

Diebus intermediis, quibus hoc syrupo non est vsa, matutino ac vespertino tempore, de hoc electuario sumpsit, quantitate nucis iuglandis.

℞ *Zinzib. albi, caryoph. ana* ℥ j. ß. *cubebar. cardamomi, macis, ana* ℥ j. *sem. pæoniæ excort. nucis mosch. ol. ana*

ol. ana ʒ ß. *sem. ocymi, caryophyllatæ, maioranæ, spicæ Ind. galangæ ana* ϑ j. *sacch. albiß.* ʒ viij. dissoluatur saccharum *cum syr. de stechade*, addendo *conf. lauendulæ, anthos, ana* ʒ ß. Misce f. Electuarium mediocriter solidum, pro vsu prædicto.

Post exhaustum hunc syrupum, fiat continuatio huius electuarii, præseruat enim à vertigine. Absumto hoc electuario, vesperi ante ingressum lecti pillulis sequentibus vij. *vel* IX. vsa est, post cœnam parcam;

℞ *M. pill. mastich.* ʒ j. *agar. troch.* ϑ ij. *azaiereth,* ϑ ij. ß. *hermodactyl. turbith. el. rasi, cort. mirobal. citr. rhabarb. el. diagridii, ana* ʒ j. *stech. Arab. caryophyll. rad. pæoniæ, galangæ ana gr.* vj.

Laxatiua puluerizentur seorsim, postea incorporentur omnia simul cum *syr. de stechade*, f. Massa, de qua ℞ ʒ j. *formentur cum aq. saluiæ pill.* IX. deaurentur superficietenus. Deinde sumpsit de hoc syrupo, horis matutinis cochlearia duo, admixtis *aquis lauendulæ & saluiæ siue maioranæ*, loco digestiui:

℞ *Syr. de stechade* ʒ iiij. *oxymellis s.* ʒ ij. Mis. pro syrupo.

Deinde ad vertiginem vsa est Morsulis:

℞ *Spec. pliris arch.* ʒ ij. *ligni aloes, cubebar, cardamomi, macis, caryophyll. ana* ʒ ß. *zinzib. albi, Sem. pæoniæ excort. ana* ϑ ij. *corall. rub. Sem. ocymi caryophyll. spicæ, galangæ, ana* ϑ ß. *sacch. albiss.* ℔ j. *dissol. aq. lauendulæ q. s.* f. conf. in morsulis, dentur ad prædictum vsum.

Singu-

Singulis etiam septimanis semel iussa est repetere priores pillulas: Adhibitæ etiam sunt frictiones brachiorum, crurum, dorsi & lumborum, & post frictiones spinæ dorsi hoc linimento inuncta est.

℞ *Ol. costini, de castoreo, ana* ʒ j. ß. *succi lauendulæ, saluiæ, vini rhenani, ana* ʒ iij. *stechadis Arab. Flor. lauendulæ, roris marini, costi amari & albi, castorei, ana* ʒ ß.

Mis. puluerizentur crasso modo, bulliant omnia lento igne, semper baculo agitando, ad consumptionem *succorum & vini*: Deinde excolētur pulueres crassiores; colaturæ addantur: *Ol. nucis mosch. pinguedinis castorei, ana* ʒ ij. *ceræ albæ q. s.* f. vnguentum molle.

His parum proficientibus, pro errhino, *succi maioranæ* x. *vel* xii. *guttas* naribus attrahere iussa est, si succus haberi non potest, aqua vtatur, vel admisceatur puluis maioranæ: deinde post quadrantem horæ gargarismo vsa est:

℞ *Herb. hyssopi, thymi, ana* m. j. *pyrethri, zinziberis, ana* ʒ ij. *Rad. paoniæ* ʒ j. *sinapi* ʒ iiij. *staphisagriæ* ʒ j. ß.

Contundantur & coq. *in* ℔ ij. ß. *aq.* ad casum medietatis, colentur: Colaturæ adde: *oxymell. squilit.* ʒ iiij. f. apophlegmatismus pro gargarismo.

His errhinis & gargarismis vsa est quotidie per dies 14. parata etiam sunt nasalia, sternutatoria

toria & masticatoria, ex *mastiche, pyrethro & pipere*: Hinc alius gargarismus priore efficacior paratus est:

℞ *Rosar. rub.* m j. *balaustiorum, nuc. cupr. ana* ʒ ß. *saluiæ* m. ß. *thuris masculi* ʒ ij. *sandracæ, nucis mosch. macis, ana* ʒ j.

Coq. lento igne *in* ℔ ij. ß. *aq.* extinctionis ferri, ad casum medietatis, coletur, colaturæ adde: *Mellis ros. col. syr. myrtini, ana* ℥ j. ß. Misce f. Gargarismus.

Vesperi iussa est deglutire iij *grana thuris albi*, vel aliquid *nucis moschatæ* masticare, confert etiam ad eundum vsum puluis futuræ coronali, aut vertici capitis insperssus:

℞ *Sandaracæ* ʒ iij. *macis, caryophyll. styracis cal. rorismarini, spodii, stechadis Arab. ana* ʒ ß.

Mis. f. puluis subtilis, cribratus.

Prosunt quoque in vertigine trochisci, in ore diu detenti, & postea sensim deglutiti:

℞ *Ligni aloes* ʒ ß. *cubebar, cardamomi, macis, Glor. lauendulæ, ana* ϑ j. *piperis longi, pyrethri, ana gr.* v. *ambræ, moschi, ana gr* j. *sacch albiß.* ʒ ij. f. cum mucilagine gummi Arab. extracta cum *aq. cinamomi, trochisci parui.*

Mane vngantur tempora & nares *Ol nucis mosch. aut caryophyll.* diebus alternis; Et hæc de cura vertiginis.

I. S. D.

In vertigine & metu ab apoplexia.

HIc corripiebatur frequenti vertigine, ac leuiuscula animi defectione, & nausea. Dixi verti-

vertiginem partim per essentiam, partim à ventriculo, idque multo frequentius causari. Conquerebatur enim, de difficili ac tarda coctione, nausea & leuicula animi defectione, quæ omnia ad ventriculum, & maxime ad eius os superius referuntur: Significabat etiam aperte, quendam illic doloris sensum percipi. Quare non erat dubium, tunicas ventriculi multo & vitioso humore infarctas esse: Aderant etiam non pauca signa male constituti cpatis, quod impense calidum multis annis opportunum erat gignendæ bili, quæ aliquando vomitione eruperat, non sine animi defectione, eadē in os effusa plerumq; amarorem inducebat; eadem etiam putrescens febres pepererat, & ego illum ipsum ante triennium febre tertiana curaueram. Viuebat autem inordinatissime: Quare exquisita victus ratione præmissa, sic illum curaui. Primo dedi bolum:

℞ *El.diaphanic.* ʒ iij. *pulu.rhabarb.el.* ʒ.ß. *spicæ gr.* ij. Mis.cum saccharo detur bolus.

Postea pro digestione potionem dedi, de qua sumeret quaternis diebus, horis matutinis quotidie ℥ vj.

℞ *Rad. cichorii* ℥ vj. *acetosæ, polypodii, liquiritiæ, ana* ℥ ß. *graminis, fœniculi, rubiæ, asparagi, ana* ʒ ij. *anisi, card.bened. ana* ʒ j.ß. *carthami contusi* ʒ iij. *tamarindor.* ʒ ij. *Herb.cuscutæ, cap.Ven. cichorii, betonicæ, saluiæ, euphragiæ, agrymoniæ, ana* m. ß. *Flor. & fruct.cord.* m.ß. *anthus* p.j. *epithymi* m.ß. *prun.Vngar. numero* IX.

Decoq.

Decoq. in f. q. seri lactis capr. ad tertias colaturæ expressæ. ℞ ℥ xv. *Syr. de cich. cum rhab. de betonica comp. oxymellis helleb. nostri, ana* ℥ ij. ß. Mis. pro positione.

Quinto die purgans dedi:

℞ *Decocti prioris* ℥ iiij. *infunde: rhab. el.* ϑ iiij. *troch. de Agar.* ʒ j. *epithymi* ϑ ij. *Fol. senæ* ℥ ß. *spicæ gr.* iij. *zinzib. cinamomi, ana* ϑ ß.

Stent in infusione per noctē, mane bulliant leuiter & fortiter exprimantur. In expresso dissolue: *Mannæ el.* ℥ j. *el. diaphœnic.* ʒ j. ß. Mis. pro hausto.

Post horum vsum pro corroboratione ventriculi & cerebri præscripsi puluisculum, vt inde ternis diebus continuis quotidie sumeret ϑ ij. *in aq. lil. conuall. cinamomi, ana* ℥ j. *syr. de succo pæoniæ* ʒ vj.

℞ *Spec. dianthus, diamoschi dulc. aromat. ros. ana* ϑ ij. Mis. pro tragæa.

Vt autem cerebrum nonnihil copiosius euacuetur, dedi pillulas, quas sumeret quarto & quinto die post vsum haustus purgantis, medietatem vno die, hora matutina quinta, alteram sequenti:

℞ *M. pill. hieræ comp. cochiar. aggregat. ana* ϑ ij. *cum aq. lauendulæ*, f. pill. numero 50. deaurentur.

Tandem vt preseruaretur à vertigine & apoplexia, præscripsi morsulos, de quibus alternis vel ternis diebus, prout ei videretur, horis matutinis sumeret vnum, eumq; sensim deglutiret.

℞ *Spec.*

℥ *Spec.aromat.ros. diarhod.abb. ana* ʒ j. ß. *pulu. succini albi, corall. rub. præp. ana* ʒ j. *margar. præp.* ʒ ß. *cubebar. macis grosse incisor. ana* ʒ ß. *Ol. maioranæ, saluiæ, caryophyll. fœniculi, ana gutt. j. cinamomi gutt. iij. sacch. albiß. in aq. lauendulæ & euphragiæ, ana q. s. dissol.* ℔ ß. *f. s. a.* conf. in morsulis.

His liberatus à morbo, & præseruatus est.

In vertigine & imbecillitate ventriculi & calculo renum, pro vidua quadam. I. S. D.

HÆc cruciatibus calculi grauiter infestabatur, & excernebat interdum varios magnitudine & forma differentes calculos, propterea ex perpetua ventriculi imbecillitate laborabat, cui accessit Scotomia per interualla recurrens cum insigni capitis dolore in parte anteriore. Causabatur autem vterque affectus præsertim à ventriculo; Vertigo quidem, quando bilioſi crudi & crassi vapores ferebantur ad cerebrum, qui mixti cum spiritibus, vertiginem inducebant, discussis autem crassis illis vaporibus & absumptis, vertigo euanescebat. Calculus vero inde generabatur, quod cum multa cruda pituita ab emulgentibus cum serositate attrahebatur, & renes laborabant intemperie calida, inde facilime obstructiones fiebant, vnde calculi generatio calore indurante. Curationem ergo sic instituí: Primo pro purgatione hunc haustum sedi mane, quatuor horis ante prandium;

℥ *Aq. saluiæ, betonicæ, vini, ana* ʒ j. Infunde

rhabarb.el.agar.trochisc.ana ʒ j. *Fol.sena* ʒ iij. *spicæ gr.* iij.

Stent in infusione per noctem: Mane leuiter ebulliant & fortiter exprimantur: in expresso dissolue:

Mannæ el. ʒ j. *elect.diaphœnic.* ʒ ij. *ol.cinamomi gutt.* j. Mis. pro haustu. A quo deiecit duodecies.

Deinde dedi potum sequentem, quem iussi continuaret per dies vj. sumendo inde quotidie quatuor horis ante prandium ʒ v.

℞ *Rad.rubiæ, petroselini, fœniculi, apii, graminis, ononidis, asparagi, ana* ʒ iij. *ireos, acori, pæoniæ, galangæ, ana* ʒ j. *polypodii* ℥ j. *Sem. card.bened. amsi, ana* ʒ ij. *carthami contusi,* ʒ ß. *Cort.mirobal.omnium fricat.ana* ʒ ß. *Herb.cuscutæ, cap.Ven. hyssopi, betonicæ, chamædryos, card.bened. ana* m. ß. *agrimoniæ* p. j. *Flor.& fruct.cord.* m. ß. *Fol.sennæ* ʒ j. *trochisc. de agar.* ʒ ij. Decoq. in duabus partibus aq. & vna vini ad tertias: Colaturæ ℞ ℔ j. ß. *syr. de absinthio, de mentha, oxymellis helleb. de betonica compos. ana* ʒ ij. ß. *ol.cinamomi gutt.* iiij. Mis. pro potione.

Post vsum huius potionis dedi pillulas:

℞ M. *pil.de hiera cum agarico, cochiar. aggregat. ana* ℈ j. *cum aq.betonicæ,* f. pill. numero 27. Inuoluantur speciebus diambræ.

Pillularum vsum mirifice extulit, nam inde vndecies sine molestia purgata fuit. Post pillulas pro corroboratione dedi electuarium, de quo quotidie ante prandium ac cœnam sumeret ad quantitatem nucis iuglandis:

℞ *Spec.*

℞ *Spec. dianthus, diambræ, diarhod. abb. ana* ʒ j. ß. *conf. betonicæ, roſar. vet. ana* ℈ j. *extr. gentianæ, galangæ, ana* ∋ ß. *diacori* ʒ ij. *brodii zinz. q. ſ.* Miſ. pro electuario molli.

Exterius autem volui, regionem ventriculi frequenter inungi vnguento:

℞ *Ol. maſtichini, menthæ, cydoniorum, abſinthii, ana* ʒ ij. *nucis moſch. per expreſſ.* ʒ j. ß. *menthæ per deſtill.* ∋ ß. *Pulu. cinamomi, caryophyll. corall. rub. præp. ſquinanthi, ana* ∋ ß. *ladani* ∋ j. *ceræ parum.* Miſ. pro vnguento.

Poſt inunctionem vero imponeret ſaccum ſeq.

℞ *Cinamomi el. galangæ, macis, nardi, ana* ʒ ij. *maſticis* ∋ iiij. *menthæ ſiccæ, abſinthii, agrimoniæ, ana* m. ß. *coriandri præp.* ʒ ij. *aniſi* ʒ j. ß. *caryophyll. macis, ana* ʒ j.

Ex his inciſis & contuſis f. ſacculus ſtomachicus diligenter interpaſſatus ſyndone rubeo.

Morſulos etiam ordinabam, de quibus ſumeret per horam ante cibum vnum.

℞ *amygd. dulc. excort.* ʒ ß. *pinearum, piſtaciorum, ana* ʒ ij. *cinamomi acutiß.* ʒ j. ß. *zinziberis* ∋ ij. *galangæ, caryophyll. ana* ∋ j. *nucis moſch. macis, ana* ∋ ß. *cardamomi, cubebar. ana* ∋ ß. *pulu. corall. rub. præp.* ∋ j. Incidantur ſingula craſſo modo, & adde: *Pulu. zinziberis* ʒ ß. *ol. cinamomi, gutt.* vj. *ſacch. albiſſ.* ℔ ß. *diſſolu. aq. lauendulæ & pæoniæ, f. ſ. a.* Conf. in morſulis.

Renum etiam regionē iussi inungeret quotidie vnguento:

℞ *Vnguenti ros. mes.* ℥ viij. *populæo.* ℥ j. ß. *ol. scorpionum* ℥ iij. *spec. ceroti santal.* ℥ j. *ceræ parum.* Mis. pro vnguento.

Pro præseruatione autem præsertim à calculo, præscripsi vt singulis mensibus septem ante nouilunium diebus vteretur sequentibus:

℞ *Herb. altheæ, maluæ, violariæ, parietariæ, atriplicis, Mercurialis, Flor. chamomeli, ana* m. j. *chamædryos, meliloti, verbasci, linariæ, ana* m. ß. *Rad. liquiritiæ, enulæ, ana* ℥ ß. *althææ* ℥ j. *cichorii* ℥ vj. *furfur.* m. j. *Sem. anysi* ℥ iij. *fœniculi, carui, cymini, ana* ℥ ij. F. s. a. in s. q. a. decoctio.

Colaturæ ℞ ℔. j. *el. diaphœnic.* ℥ vj. *hieræ s.* ℥ iij. *Ol. chamomel. anethini, lil. alb. ana* ℥ j. *mellis ros.* ℥ j. ß. *sacch. rub.* ℥ ß. Mis. pro enemate.

Secunda die haustum dedi purgantem:

℞ *Parietariæ* m. ß. *chamædryos, hyssopi, cuscutæ, ana* p. j. *Rad. liquiritiæ, helenii, apii, ana* ℥ j. ß. *Sem. anisi* ℥ j. *Flor. & fruct. cord.* m. ß.

Decoq. in s. q. aq. colaturæ ℞ ℥ iij.

Infunde: *Fol. sennæ* ℥ ij. *troch. de agar.* ℈ ij. *rhabarb. el.* ℥ j. *spicæ gr.* iij.

Stent in infusione per noctem, mane leuiter bulliant, & fortior exprimantur. In expresso dissolue:

Mannæ el. ℥ j. *elect. diaphœnic.* ℥ ij. *Ol. cinamomi gutt.* j. Mis. pro haustu.

Tertio, quarto, quinto & sexto die sumpsit de pil-

de pillulis infraſcriptis quotidie tribus ante prandium horis, numero xiij.

℞. *Pulu. aloes* ℈ iiij. *galangæ, maſticis, ſpicæ, ana gr.* iij. *gentianæ el.* ℈ ij. *cum ſyr. cap. Ven. vel parietariæ.* F. pill. numero Lij. deaurentur.

Septimo tandem die vtiliſſ. eſſe duxi, clyſterem priorem repetere, inde fore commodiſſ. ſi interdum decoctum cicerum, cui modicũ croci inſperſum eſſet, & radices petroſelini incocti eſſent, hora vna ante paſtum ſorberet. Et ſic liberata eſt.

In vertigine ac tuſſi; pro quadam fœmina. I. S. D.

TVſſis illa cauſabatur ex deſtillatione ſalſæ pituitæ à cerebro. Ipſa vero curationẽ non admiſiſſet, niſi periculum phthyſeos imminere dixiſſem, & niſi capitis vertigo ſuperueniſſet. Scatebat autem totum corpus ſalſis humoribus ex nimia appetentia & voracitate ſalis, quem comederat ſuperioribus annis in magna copia, vnde etiam in fluxum mẽſium immodicum inciderat, quo in morbo à me curata fuit. Iuſſi igitur vino abſtineret, & biberet melicraticũ lithuanicum, & cereuiſiam probe defœcatam; deinde propinaui hauſtum ſequentem:

℞ *Rad. liquiritiæ, polypodii, ana* ʒ ij. *fœniculi,* ʒ j. *ireos, pæoniæ, ana* ʒ ß. *ſem. maluæ,* ʒ j. *flor. & fruct. cord.* m. ß. *fol. ſenæ,* ʒ ß. *trochiſc. de agar.* ℈ ij.

Decoq. ſ. a. colaturæ ℞ ℥ iij. In his diſſolue:

Mannæ el. ℥j. *elect. diaphœnic.* ʒiij. *syr. violati,* ʒvj.

Misce pro Hausstu.

Ab hoc habuit 14. copiosas sedes. Deinde ℞ contemperatione & præparatione humorum, ordinabam decoctum de quo sumeret singulis diebus, hora matutina & vespertina ℥iiij. idque continuaret per sex dies:

℞ *Rad. liquiritiæ, cichorii, polypodii, ana* ℥j. *fœniculi, helenii, ana* ʒiij. *ireos,* ʒj. *graminis, asparagi brusci, pæoniæ, ana* ʒij. *sem. maluæ,* ʒvj. *anisi,* ʒij. *melonum,* ʒiij. *herb. euphragiæ, saluiæ, cuscutæ, cap. Veneris, tussilaginis, pulmonariæ veræ, flor. scabiosæ, betonicæ, violar. ana* m. ß. *flor. & fruct. cord.* m. j. *anthus, p.* j. *epithymi,* m. ß. *fol. sennæ* ℥j. ß. *troch. de agar.* ʒiij. Decoq. in s. q. aq. ad tertias: Colaturæ ℞ ℔. iij. *syr. de iuiubis, de tussilagine, de beton. comp. ana* ℥iiij. Misce detur in fictili.

Post hanc potionem dedi pillulas sequentes:

℞ *M. pill. assaiereth, sine quibus, hieræ cum agar. ana* ϑ ß. *cochiar. de fumaria, ana* ϑj.

Cum aq. saluiæ f. pill. numero 27. deaurentur.

Inde septies purgata fuit satis conuenienter. Postea ordinaui rotulas, de quib. sumeret omni hora duas vel tres tenendo in ore, donec sponte soluerentur.

℞ *Spec. diatrag. frig. diapenidion, diaireos s. ana* ʒj. *corall. rub. præp. margar. præp. ana* ʒ ß. *gummi tragac.* ϑ ß. *ol. nucis mosch. destil. gutt.* iij. *extr. liquiritiæ gr.* iiij. *sacch. albiss. aq. tussilaginis, q. s. dissol.* ℥iiij. ß.

Misce

Miſce f. conf. in Rotulis.

Ordinabam etiam ſyrupos de quibus ſumeret pro libito, alternando cum rotulis, per vices:

℞ *Syr. de iuiubis,* ℥ iiij. *de ſucco ſcabioſæ,* ℥ j. *de liquiritia,* ℥ j. ß. *extr. card. bened.* ℈ j. *ſcabioſæ,* ℈ ß.

Miſce exacte, addendo aq. tuſſilaginis ℥ j.

Iuſſi denique vt frequenter ante cœnam vel prandium vteretur ℥ ij. *conſ. roſ.* & ſemper ſuperbiberet iuſculum calidum carnium bubularum vel gallinarum vel pullorũ vel caponum, atque in hoc ſpem ſolam poneret reſtitutionis integrę. Quod cum feciſſet, & per tres ſeptimanas continuaſſet, à tuſſi prorſus liberata fuit. Cogebar tamen ad ſpinam dorſi vnguentum etiam tale præſcribere:

℞ *Vnguenti roſ. meſ.* ℥ j. *ol. roſar. aut violar.* ℥ ij. *amygd. dulc.* ℥ ß. *camphoræ,* ℥ j.

Miſce exacte pro vnguento.

Ad vertiginis autem reliquias, cum tuſſis curata eſſet, ordinabam morſulos ſequentes, de quibus iuſſi, ſingulis horis matutinis & ad ingreſſum lecti ſumeret mediam:

℞ *Pulu. corall. rub. præp.* ℥ ß. *rad. ireos, pæoniæ, ana* ℈ j. *macis craſſe inciſ.* ℈ ij. *ſileris mont. nucis moſch. inciſæ, ana* ℥ ß. *cardamomi inciſi,* ℈ j. *ol. cinamomi gutt.* iij. *caryophyl. gutt.* ij. *aniſi, fœniculi ana gutt.* j. *ſacch. albiſſ.* ℥ v. *in aq. ſaluiæ diſſol.* f. ſ. a. conf. in morſulis.

Cauſabatur autẽ illa vertigo ab orificio ventriculi, cumque humores interdum ab inordi-

nato cibo congesti, ipsis tunicis ventriculi impingerentur, volui vt singulis mensibus etiam pillulis vteretur eiusmodi:

℞ *M. pill. hieræ compos.* ʒ ß. *cochiar.* ϑ ß. *aggregat.* ϑ j. *cum aq. saluiæ.* f. pill. numero 25. deaurentur superficietenus.

In vertigine, remedia empyrica, vsu & successu felice comprobata.

F.H.D. ADscribam meas compositiones, quas in vertigine multis profuisse expertus sum:

℞ *Ol. caryophyll. gutt.* iij. *nucis mosch. gutt.* iiij. *margar. præp.* ʒ ß. *sacch. opt. in aq. ros. fragrantiß. dissol.* ʒ iij. f. conf. in Rotulis.

F.H.D. ℞ *Conf. rosar.* ʒ ij. *flor. betonicæ, tunicæ, lil. conuall. ana* ʒ ß. *cort. citri cond. recent.* ʒ v j. *flor. citri cond. arant. cond. ana* ʒ ß. *spec. aromat. ros. diarhod. abb. ana* ʒ ß. *diamarg. frig.* ʒ ß. *miuæ cydoniorum,* ʒ vj. *cum syr. acetosæ citri q. s.* f. Conditum.

F.H.D. ℞ *Spec. diarhod. abb.* ʒ j. *diamarg. frig. pliris arch. ana* ʒ ß. *margar. præp. corall. rub. præp. succini albi præp. ana* ϑ j. *vngulæ alcis, visci querc. ana* ϑ ß. *extr. pœoniæ,* ϑ ß. *ol. nucis mosch. per expres. gr.* v. *cort. citri rec. crasse incis.* ϑ iiij. *succi citri rec.* ʒ j. *ambræ gr.* ij. *sacch. opt. aq. betonicæ dissol.* ʒ vj. f. conf. in Morsulis.

F.H.D. Morsuli alii contra vertiginem:

℞ *Sem. seseleos, nigellæ, pœoniæ, rad. pœoniæ, ana* ʒ j. *sem. coriandri præp. fœniculi, ana* ϑ ij. *anisi, carui ana* ϑ j. *cubebar. galangæ, zinzib. al. i. cinamomi,*

ana

ana ℥ j. *flor. anthus, ſaluiæ, ana* ℈ j. *ſacch. opt.* ℥ xvj.

Inciſis ſingulis craſſiuſcule, & abiectis, ne ſaccharum tangant, pulueribus, f. conf. in Morſulis magnis.

Puluis contra vertiginem: F.H.D.

℞ *Sem. fœniculi, carui, pœoniæ, ſeſeleos, aniſi, maiorana, ana* ℥ j. *flor. lauendulæ, ſtechadis Arab. ſpicæ, ana* ℥ ß. *fol. betonicæ, meliſſæ, ana* ℥ ij. *ſpec. pliris arch. dianthus, ana* ℥ v. Miſce f. Puluis, vt ſupra.

Ad vertiginem.

℞ *Cinamomi acuti cortice exteriore abraſo,* ℥ ß. *macis,* ℈ j. *caryophyll. zinzib. nucis moſch. ana* ℈ ß. *cubebar.* ℈ j. *gran. Paradiſi,* ℈ ß. *ſacch. albiß. in aq. lauendulæ, q. ſ. diſſol.* ℥ ij. f. l. a. conf. in Morſulis.

℞ *Spec. rec. diacinamomi, diaxyloaloes, de gemmis, diambræ, ana* ℈ j. *gran. Paradiſi,* ℈ ß. *moſchi gr.* iij. *ſacch. albiß. in aq. ſaluiæ diſſol.* ℥ j. ß. Miſce pro Morſulis.

℞ *Spec. aromat. roſ. dianthus, ana* ℥ j. *cinamomi int. ſem. carui, cardamomi, ana* ℈ j. *ſacch. albiß. aq. maioranæ q. ſ. diſſol.* ℥ iiij. f. conf. in Morſulis.

℞ *Spec. pliris arch.* ℥ j. *diamarg. dianthus, ana* ℥ ß. *el. è gemmis,* ℈ ij. *cinamomi,* ℥ jj. *corall. rub. xyloaloes, oſſis cranei hominis partis anter. ana* ℈ j. *coriandri præp.* ℥ j. *ſpec. dialangæ, roſ. nouellæ, ana* ℥ ß. *tormentillæ,* ℈ j. *viſci querc.* ℥ ß. *cubebar. caryophyll. diptami alb. ſem. pœoniæ, ana* ℈ j. *ſacch. albiß. q. ſ. diſſol. aq. roſ. betonicæ & pœoniæ, ana q. ſ.* f. conf. in Morſulis.

Elidæus:

℞ *Macis*, ʒ ß. *euphragiæ*, ʒ ij.

Misce f. Puluis subtilis, de quo post debitas purgationes sumantur ʒ ij. mane ante cibum, cum vino vel brodio. Hoc puluere multi curati sunt.

℞ *Macis el.* ʒ ß. *pulu. euphragiæ cum flor.* ʒ ij. *coriandri præp.* ʒ j. ß. *fol. maioranæ, betonicæ, ana* ʒ j. Puluerizentur subtiliter, adde *sacch. albiß.* ʒ ij. ℈. Misce pro Tragæa.

Mane & ad noctem sumat quantum v. digitis teneri poterit, ieiunet horas ij. purgato prius corpore.

℞ *Pulu. euphragiæ*, ʒ ß. *macis aceto præp.* ʒ j. *coriandri præp.* ʒ j. ß. *maioranæ, betonicæ, ana* ϑ ß. *sem. fœniculi, spec. dianthus, pliris arch. ana* ʒ j. *sacch. albi*, ʒ vj. Misce f. puluis.

℞ *Spec. dianthus*, ʒ j. *pliris arch. latit. almansoris, ana* ʒ ß. *pulu. euphragiæ*, ʒ j. ℈. *macis præp.* ϑ ß. *sem. citri, cinamomi, ana* ϑ ij. Misce f. Puluis.

℞ *Flor. lauendulæ, maioranæ, ros. rub. ana* ʒ ij. *nucis mosch. macis, cubeb. ana* ʒ j. *sacch.* ad pondus omnium.

℞ *Sem. pœoniæ, coriandri præp. nucis mosch. visci querc. ana* ʒ ß. *cubebar. galangæ, pip. longi, zinzib. albi, tormentillæ, ana* ʒ j. *flor. anthus* ʒ ij. *sacch.* ʒ iij. Misce pro Tragæa.

℞ *Euphragiæ*, ʒ ij. *coriandri præp. macis, ana* ʒ j. *gran. Paradisi, pœoniæ, cardamomi, ana* ʒ ß. *cubebar. cymini præp. carui præp. ana* ϑ j. *sacch. albi*, ʒ ß.

Misce

Miſce f. Puluis.

℞ *Pulu. nucis moſch. pulegii, cymini, ana* ʒ ß. *ſacch. albiß.* ʒ j. ß. Miſce f. puluis, vtere iturus cubitum, alii addunt cubebas, &c.

Puluis craſſus:

℞ *Calami aromat. zinzib. galangæ. aniſi, coriandri, ana* ʒ j.

Incidantur, imponantur per noctem in aceto vini, mane & quãdo opus eſt, comedat.

Excellens in vertigine.

℞ *Saluiæ,* ʒ i v. *flor. lauend.* ʒ iiij. *mentæ criſpæ, hyſſopi, ana* m. ij. *caryophyll. nucis moſch. zinzib. albi, cinamomi el. gran. Paradiſi, zedoariæ, galangæ, ana* ʒ ß. *calami aromat.* ʒ j. *gran. iuniperi,* ʒ j. ß. *ſem. pæoniæ,* ʒ ß. Paretur vt ſequitur:

℞ *Saluiæ,* ʒ j. ß. *nucis moſch.* ʒ j. ß. *macis,* ʒ j. *zinzib. albi,* ʒ j. ß. *gran. Paradiſi,* ʒ vj. *cinamomi el. galangæ, ana* ʒ j. *lauendulæ, maioranæ, rutæ ana* m. ß. *chamomeli, abrotani, ana* ʒ vj. *caſtorei, ping.* ʒ j. *piper. longi, bacc. lauri, fol. lauri, ana* ʒ ß. *mentæ criſpæ,* m. j.

Incidantur & puluerizentur, affundantur ſpiritus vini rectificati, vt madefiant, deinde adde *vini Rhenani opt. cantharum vnum*, in infuſione ſtent in loco cal. vt fermentari poſſint, inde deſtilla per alembicum. Vſus eius eſt intus & foris. Quidam appellant hanc compoſitionem, aquam auream.

℞ *Sem. carui,* ʒ ij. Infundantur in aceto acri horis 24. *Nigellæ, cymini, coriandri præp. ana* ʒ ß.

Poſtea

Postea exsiccetur, sed non ad solem & f. puluis, de quo accipe, quantum capit testa iuglandis, masticetur ac deglutiatur.

℞ *Gran. iuniperi* ℔.ß. *cymini*, ʒj. ß.

Contundantur simul in *aq. rosar.* & applicetur capiti per noctem.

D. Reinerus Solenander illustri cuidam Comitissæ in vertigine præscripsit sequentia.

℞ *Manus Christi perlati*, ʒxj. *cardamomi*, ʒj. *nucis mosch.* ʒij. *sem. pœoniæ excort. spec. diambræ, ana* ʒß.

Puluerizentur subtiliss. pro Tragæa, de qua sumat ʒj. ante ingressum lecti.

Puluis efficacior eiusdem.

℞ *Galangæ, tormentillæ, zinz. albi, visci querc. sem. pœoniæ, coriandri præp. cubebar. nucis mosch. ana* ʒij. *pip. longi, rorismar. sicci ana* ʒj. *sacch. candidi,* ʒiij. conf. ex *ol. sem. anisi*, ʒj.ß.

Misce f. puluis ad eundem vsum.

℞ *Ol. maceris expresse vnguenti naphæ, ana* ʒij. *ol. stillatitii è nuce mosch. vel caryophyll. gutt.* iiij. *ol. è succino albo gutt.* ij.

Misce f. vnguentum, quo illinantur ceruix, occiput, nares, tempora, & molli exceptum gossipio, auribus indatur.

Hæc Solenander.

Pomum pro vertiginoso:

℞ *Ladani puri*, ʒj. *styracis cal.* ʒß. *caryophyll.*

Gallicæ

Galliæ mosch. ligni aloes, blaccæ byzant. ana ℈j. *maceris,* ℈ß. f. Pomum inuolutum syndoni.

Morsuli pro eodem.

℞ *Spec. diamosch. dulc.* ʒj. ß. *pliris arch.* ℈ij. ß. *cubebar. cardamomi, ana* ʒ ß. *sem. pæoniæ excort. nucis mosch. ligni aloes, materis ana* ℈j. *cinamomi el.* ℈ij. *sacch. albiß. in aq. betonicæ, q. s. dissol.* ʒ vj. adde: *Conf. anthus,* ʒiij. f. conf. in Morsulis.

Pro condito conferunt *cubebæ, cardamomum, nux mosch. cond. chebuli conditi, conf. anthus, lauendulæ, betonicæ, boraginis, buglossæ, &c.*

In vertigine à capitis repletione & auris dextræ purulenta fluxione. L. S. D.

CVRATIO.

CONquerebatur quidam de grauitate totius capitis, de frequenti vertigine, & purulento auris dextræ fluxu, qui in tertiam septimanam perdurabat, postea etiam tot menses, antequam exsiccari posset, & consolidari. Præscripto primum tenui & exquisito victu, propinaui haustum sequentem:

℞ *Aq. saluiæ, betonicæ, vini ana* ʒj. Infunde: *Rhabarb. el.* ʒ j. ß. *agar. trochisc.* ʒ j. *epithymi,* ʒ ß. *fol. sennæ,* ʒ ß. *cinamomi,* ʒ ß. *spicæ gr.* v.

Stent in infusione per noctem, mane bulliant & exprimantur: In expresso dissolue: *Mannæ el.* ʒ j. *el. diaphœnic.* ʒ j. ß.

Misce, inde deiecit sexies admodum copiose. In aurem instillaui:

℞ *Ol.*

℞ *Ol. amygd. amar.* ʒ ij. *lil. alb. chamomel. ana* ʒ j. Miſce.

Poſtea volui, vt alternis diebus ſumeret per horam ante cœnam de pillulis ſeq. medietatem:

℞ *M. pill. hieræ cum agar. cochiar. Arabic. ana* ϑ ij. *trochiſc. alhandel gr.* ij. *cum aq. ſaluiæ,* f. pill. numero 60.

Interim etiam de rotulis & morſulis vteretur veſperi & mane alternatim:

℞ *cinamomi inciſi,* ʒ j. ß. *galangæ, caryophyll. zinzib. ana* ϑ ij. *zedoariæ, nucis moſch. ana* ʒ ß. *calami aromat. macis, cardamomi, ana* ϑ j. *amygd. dulc.* ʒ ij. ß.

Incidantur omnia craſſo modo: adde *ſacch. albiß.* ℥ vj. f. conf. in Morſulis.

℞ *Spec. aromat. roſ.* ʒ j. *dianthus, pliris arch. ana* ʒ ß. *pulu. galangæ,* ϑ . *cinamomi.* ϑ j. *calami aromat.* ϑ ß. *margar. præp.* ϑ j. *ſacch. albiß.* ℥ iij. ß. *diſſol. aq. betonicæ & affuſis. ol. cinamomi gutt.* ij. *macis gutt.* j. f. conf. in Rotulis.

Interim etiam ordinaui pillulas purgantes, de quibus, volui ſingulis ſeptimanis, horis matutinis ſumeret ʒ j. horis v. ante prandium.

℞ *M. pill. aſſaiereth,* ʒ j. *de hiera comp. cochiar. ana* ϑ ij. *agar. trochiſc. turbith. opt. abraſi, rhabarb. el. ana* ϑ j. *cort. mirobal. citr. diagridii, rad. pœoniæ, flor. ſtechadis, ana* ϑ ß.

Puluerizentur laxatiua, eumque *ſyr. de betonica comp.* formetur maſſa pro pillulis.

Cumq; etiam conquereretur de dolore orificij

ficii ventriculi, sacculum ordinaui, quem ante cibum per horas ij. calefactum applicaret:

℞ *Herb. calamenti, mentæ crispæ, origani, absinthii, betonicæ, rosar. rub. ana* m.j. *galangæ, masticis, ana* ʒ ij. *nucis mosch. numero* j. *caryophyll.* ʒ ß. *calami aromat. sem. anisi, ana* ʒ iij. *fœniculi, cymini, ana* ʒ j. ℈.

Ex conquassatis f. sacculus stomachicus.

Caput etiam vt exterius corroboraretur, volui alternis diebus ablueret illud lixiuio sarmentorum vitium, in quo incoctæ essent herbæ:

℞ *Stech. Arab.* ʒ iij. *citrinæ,* m. ß. *herb. verbenæ, origani, betonicæ, saluiæ, ana* m. ß. *rad. asari,* ʒ ß. *fol. senæ,* ʒ ß. *agar. trochisc.* ʒ j. ß. *flor. lauendulæ, chamomeli, ana* m. ß.

Conquassata dentur in sacculo.

Quibus alternatim per vices sic vsis, Dei beneficio fluxus auris exsiccatus est, & remisit, neque de vertigine amplius conquerebatur, sed de apoplexia sibi metuebat. Pro præseruatione igitur, ordinaui primo puluerem, de quo alternis diebus sumeret ʒ j. in cereuisia calefacta, & à cibo abstineret horis ad minimum tribus. Alterum etiam puluerem ordinabam pro dosi triplici, de quo iussi, vt ipso die plenilunii semper sumeret, dosin vnam, in aq. infrascripta, quod cum fecisset per sesqui annum superuixit, satis bene se habens:

℞ *Pulu. euphragiæ cum flor.* ʒ ij. *macis aceto præp.* ʒ ß. *sem. pæoniæ,* ∋ ij. *fœniculi, coriandri præp. ana* ʒ j.

cube-

cubebar. ſileris mont. ana ℈ j. *ſacch. albiſſ.* ʒ ij. Miſce pro Tragæa.

℞ *Succimi præp.* ʒ ij. *ſpec. diarhod. abb. pliris arch. rad. pæoniæ, ana* ℈ j.

f. Tragæa, diuidatur in partes æquales iij. ad vſum prædictum.

℞. *Aq. epilepticæ noſtræ,* ʒ iij. *primulæ veris, betonicæ, ana* ʒ j. *ſ.* Miſce.

Poſtea tamen in hydrope, apoplexia mortuus eſt.

F. H. D.

Curatio vertiginis.

LAborabat quidam vertigine, linguæ paralyſi & ſpaſmo in cruribus & brachiis: Primo diligens victus ratio præſcribenda eſt: Fugienda ſunt omnia caput replentia, vt, *ſinapi, cæpe, raphanus*; ventriculus cibis non eſt onerandus, cœna ſit prandio parcior, cibi craſſi minutim incidendi & bene maſticandi ſunt; cibi ſint εὐχυμοι, qui facillime concoquuntur, cito diſtribuuntur & apponuntur. Carnes ferinæ ætatis mediæ & auiculæ montanæ probantur, iuſcula carnium cum ouis parata proſunt; piſces ſaxatiles in cibis admittuntur, lucii & percæ & melanuri non nocent: Piſces carne molles nocent, in paluſtribus locis capti non admittantur, & qui ſquamis carent, noxii & inſalubres ſunt: Anates & anſeres nocent, admitti tamen apitiis poſſunt, ſi aromatibus condiantur, & artemiſia ventres repleantur: Inter aromata proſunt *zinziber, caryophylli, cardamomum, nux moſchata, ſiue myriſtica, macis, galan-*

galangæ, zedoaria in cibis & extra cibos. Ex herbis prosunt: *Rosmarinus, saluia, hyssopus, maiorana, artemisia*, piper nimium calefacit, præsertim in æstate; caryophyllis frequenter cibi condiantur: Pisces cum intinctu ex cinamomo & vino comedantur:

℞ *Cinamomi,* ʒ ß. *zinziberis,* ʒ ij. *cardamomi, caryophyllorum, macis ana* ʒ ß. *crocipartum, sacchari ad pondus omnium.*

Misce pro intinctu vel embammate.

Quod ad potum, inter cibos cereuisia clara, vinum dilutum, oligophoron, vel pauciferum inter prandium & cœnam bibere noxium est; moderatæ deambulationes paulo ante prãdium prosunt. A prandio equitare, curru vehi, ambulare nocet. Somnus meridianus tanquam pestis vitetur. Mane frictiones dorsi, lumborum ac ceruicis salutares sunt: Aerem ventosum, nebulosum pluuiosum fugiat, vitentur habitationes tenebricosæ, parum lucidæ, soli non expositæ. Fugiat cameras nuper calce incrustatas, aut cemento, aut etiam argilla nuper aspersas, fumus in ædibus & cubiculis fiat talis:

℞ *Ligni aloes,* ʒ ß. *styracis calamitæ,* ʒ iij. *caryophyllorum,* ʒ ij. *benzoy,* ʒ v. Misce f. puluis.

Ieiuno tempore balnea instituantur, bene contra frigus in introitu & exitu muniatur, post cibum sumptum balnea nocent, admittantur peracta coctione, &c. Caput mane lauetur, lixiuio imponatur sacculus sequens:

℞ *Maioranæ, roriſm arini, cymini ſylueſtris, flor. lauendulæ, ſpicæ Romanæ, ana q. ſ.*

Miſce pro ſacculo ad lotionem capitis.

Caput poſt lotionem linteolis ſiccis bene fricetur. Vitet affectus vehementiores: Iram, timorem, mœrorem; quod ad medicamenta, bis in anno curam inſtituat, tempore nimirum verno & autumnali: vt hoc autumno:

℞ *Extractæ caſſiæ cum foliis ſenæ, el. Indi. bened. laxat. ana* ʒ ij. f. cum ſaccharo bolus.

Inde tribus horis matutinis ſumat præparans tale:

℞ *Aq. apii, betonicæ, fœniculi, ana* ℥ iij. ß. *ſyr. de ſtechade,* ℥ iij. *de hyſſopo,* ℥ i. ß. *oxymellis helleb.* ʒ vj.

Miſce ebulliant & colentur.

Hinc pillulæ:

℞ *M pill. Arabic. de hiera cum agar. cochiarum, ana* ℈ j. *diagridii, maſticis ana gr.* ij. *f. cum ſyr. de ſtechade pillulæ* x v. inuoluantur *puluere cinamomi.*

Inde Morſuli:

℞ *Spec. diamoſch. dulc.* ʒ j. ℥ *pliris archont.* ℈ ij. ß. *cubebarum, cardamomi, ana* ʒ ß. *ſem. pœoniæ excort. nucis moſch. ligni aloes, macis, ana* ℈ j. *cinamomi el.* ℈ ij. *ſacch. albiß.* ℥ vj. *aq. betonicæ. diſſol.* adde: *conſ. anthus,* ʒ ß. f. conf. in Morſulis.

Frequenter odoret pomum ſequens, tempore non ſudo.

℞ *Ladani puri,* ʒ j. *ſtyracis cal.* ʒ ß. *caryophyll. Galliæ moſch. ligni aloes, bbaccæ byzant. ana* ℈ j. *macis,* ℈ ß. f. Pomum inuolutum ſyndone.

Mane

Mane ad corroborationem capitis frequenter sumet: *Cubebarum, cardamomi, nucis mosch. cond. chebulorum cond. conf. anthus, lauendulæ, maioranæ ana q. vis.*

In vertigine & lethargo, pro sene quodam.

CAput erat repletum multis ventis & eſtumationibus, præscripsi primo decoctum, quo per sex dies vsus est, inde sumsit pillulas, sub noctem, iturus cubitũ, quæ mane primum operabantur, postea reiteret decoctum prius, & elapsis 6. diebus vtatur iterum pillulis prioribus. His pillulis vtatur semel in octiduo, post vsum decocti sumat de Tragæa singulis horis matutinis drachmam vnam, in pane similaceo tincto ac madefacto in vini maluatici q. s. horis tribus ante prandium. Ante ingressum lecti tantundem pulueris sumat, & ad somnum componat, horis etiam matutinis frequenter odoret pomum. Adhibuit etiam quotidie mane frictiones cum tela asperiore, ceruicis, capitis, dorsi, lumborum, ad deriuationem materiæ à capite; vsus est etiam sæpiuscule condito *flor. tiliæ, & condito nucis Indicæ, muscatæ, & speciebus diamoschi dulcis in rotulis*, alternatim permutatione facta. *F.H.D.*

℞ *Rad. polypodii, cichorii, fœniculi, filicis, ana* ℥ j. *ireos,* ℥ vj. *pæoniæ,* ℥ v. *sem. fœniculi, anisi, ana* ℥ iij. *sem. cymini, dauci, carui, ana* ℥ ß. *herb. saluiæ, maioranæ, chamæpythios, chamædrios, iuæ arthriticæ, rutæ,*

betonicæ, ana m.j. *flor. sambuci, betonicæ, pœoniæ, flor. anthos, ana* m. ß. *epithymi,* ʒ ij. *fol. sonæ,* ʒ j. ß. *troch. de agar.* ʒ iij. ß.

Decoq. in s. q. aq. ad tertias: Colaturæ ℔ iiij. *syr. de stechade, de lauendula, de betonica comp. ana* ʒ iiij.

Misce detur in fictili. Significetur: *Syrupus longus magistralis.* Dosis: Mane ʒ v. per dies sex continuando.

℞ *M. pill. coch. aurear. fœtidar. stomach. ana* ʒ ij. *cum syr. de stechade.* f. Massa pillularum.

℞ *Sem. seseleos, sileris montani, cubebarum, macis, nucis mosch. pœoniæ, rutæ, maioranæ, ana* ʒ ß. *flor. pœoniæ, lauendulæ, stechadis Arab. ana* ʒ ij. *fol. betonicæ, melissæ, ana* ʒ ij. *spec. dianthus, piris arch. diarhod. abb. ana* ʒ ß.

Misce f. Puluis.

SPICILEGIVM VI.

DE APOPLEXIA.

Apoplexiæ Catholica.

Auicenna dicit se multos apoplecticos vidisse, in quibus plane nullus fuit anhelitus,

APOPLEXIAM morbum vel stuporem attonitum *Latini* vocant, *Celso teste lib.* 3. *c.* 26. quia in hoc affectu mens & corpus stupēt; Hinc *Aetio* Sideratio dicitur: Est autem symptoma in ablatione actionis animalis, ex parte facultatis tum sensitricis internæ & externæ, tum

næ, tũ motricis, vnde *Auicennas* hunc affectum dixit otiositatem in sensu & motu, quæ etiam fuit *Galeni* sententia *lib. de diff. sympt. cap.* 3. *&* 2. *de causis sympt.* 2. Anhelitus autem in apoplexia non aufertur omnino, alias enim vita non superesset, sed in apoplexia forti occultus est, in debili manifestus. In caro autem etsi sensus & motus etiam læditur, tamen anhelitus semper seruatur: Porro in apoplexia facultas cerebri impeditur, non labefactatur: Consistit autem impedimentum in angustia ventriculorum cerebri, cuius ratione spirituum motus prohibetur; Vnde totum corpus sensu & motu priuatur. Fit autem hæc angustia ab obstructione, quæ fit à materia crassa, viscida & frigida; vel à cõpressione, quæ fit ab inflammatione cerebri comprimente sui grauitate ventriculos cerebri, & hæc apoplexia sequitur lethargum & phrenitidem, quæ sunt vitia inflammatoria; vel fit hæc angustia à subsidentia, quoties à corde non adscendunt spiritus vitales in cerebrum, quod cõtingit propter vias obstructas, vel propter eorundem spirituũ inanitionem & resolutionem, ita vt cum non perueniant spiritus ad cerebrum, necessario spiritus subsideant, & sic apoplexia sequatur: Læduntur igitur in apoplexia omnes ventriculi cerebri, ita vt materia peccans etiam occupet omnes porositates tam amplas quam angustas ipsius cerebri: Futuram autem apoplexiam præcedit grauitas capitis indicans repletionem cerebri, segnities

sed solum pulsus. quos tamen sanitati restitutos esse testatur. Quare lege cautum est, vt apoplecticos siue attonitos non sepelirent subito.

gnities totius corporis propter impedimentum ſpirituum animalium in corpus; præcedit etiam vertigo, incubus, epilepſia, item tremor totius corporis, qui contingit vitio neruorum facultatem ſenſitricem debiliter deferentium.

Cura Apoplexiæ.

S*Igna.* Cognoſcemus Apoplexiam eſſe fortem & vehementem ex inſigni noxa anhelitus, debilem ex anhelitu debili & exiguo. Si fiat ab obſtructione, & hæc vel à pituita, vel à melancolia, aderunt ſigna prædominantis humoris, apparebunt excrementa per nares, & præter cõſuetudinem erunt compreſſa & detenta : Si à compreſſione, ratione inflammationis, aderunt indicia redundantis ſanguinis, vt: venarum latitudo circa oculos, faciei rubor, præceſſit etiam phrenitis vel lethargus : Si à ſubſidentia, ægri erunt tabidi, præ nimia ſiccitate & alimenti defectu, vel aderit obſtructio, vt vitalis ſpiritus in cerebrum aſcendere nequeat : Futuram Apoplexiam indicabunt plura ſigna : Præcedet grauitas capitis indicans repletionem cerebri, ſegnities in toto corpore propter impedimẽtum ſpirituum animalium in corpus, præcedet vertigo, incubus, epilepſia; Hæ enim ſunt viæ ducentes ad Apoplexiam, præcedit etiam tremor in toto corpore, qui contingit vitio neruorum debiliter facultatem ſenſatricem deferentium. Indicationes curatoriæ ſumũtur ex materia anguſtan-

gustante ventriculos cerebri, quæ cum peccet copia, sui euacuationem indicat, crassa incidenda, lento detergenda est: si sit sanguinea, per missionem sanguinis euacuanda est. Indicationes præseruatoriæ sumuntur à materia extra caput tum genita tum generanda, vt ex parte genitæ euacuandum sit, ex parte generandæ, cum generari possit à toto & à parte, per contrariũ modo totum modo pars alteranda est. His indicationibus satisfacere semper est difficile, interdum etiam impossibile: Nam si apoplexiam in genere contemplemur, est vitium, quod non in debilitata vel deprauata, sed in ablata actione consistit: Huc accedit, quod in Apoplexia vnica & determinata actio nõ aufertur, sed omnes, vt iure maior sit difficultas: Quod ad locum affectum, Apoplexia morbus est, in quo cerebrũ pars principalis læditur, tum quo ad corpus ipsum, tum quo ad ventriculos: Aufert etiam Apoplexia sensum & motum, & actionem ad vitam maxime necessariam, scilicet anhelitũ, vnde dixit *Hipp.2.aph.*42. Apoplexiam fortem soluere impossibile est, lenem non facile: Si autem Apoplexia sanatur, semper in paralysin terminat: Ea autem quæ fit ab obstructione; insignis obstructio sensum & motum & anhelitum aufert, & motum & anhelitum aufert, & hæc Apoplexia fortis & incurabilis est: In obstructione leui cura non est impossibilis: Si Apoplexia fiat ex subsidentia ventriculorum cerebri, & hæc fiat ab in-

anitione ſpirituum, & mortalis eſt: Si fiat à compreſſione prodeunte ab inflammatione cerebri, ſiue hæc inflammatio ſit lethargica, ſiue phrenetica, talis ſpem ſalutis non habebit.

Cura. Si Apoplexia fiat à cõpreſſione prodeunte ab inflammatione, & conſequenter à ſanguine, venæ ſectio adhibenda eſt: An vero in ipſo paroxyſmo ſanguis mittendus ſit, cum omnis actio ablata ſit ablata virtus, non videtur hæc permittere tantum auxilium, ſed potius prohibere, magis enim poteſt virtus imbecillis prohibendo, quam ſanguinis redundantia indicando: Hic pro ſolutione reſpondendum eſt, virium ſubſtantiam in tribus conſiſtere: in ſolidis, in carnoſo genere, & in ſpiritibus: Vbi igitur ſecundum hæc tria virtus robuſta fuerit, omnium conſenſu talis virtus permittet miſſionem ſanguinis, ſi ſanguis redundet: Si vero virtus debilis fuerit penes ſolida tantum, penes ſpiritus autem & carnoſam ſubſtantiam robuſta ſit, talis virtutis debilitas ſanguinis miſſionem prohibebit, etiamſi ſanguis redundet, vt contingit in pueris: Si virtus tantum debilis ſit ſecundum ſpiritus, robuſta vero ſecundum ſolida & carnoſam ſubſtantiam, talis virtus ſanguinis miſſionem permittet, ſi ſanguis redundet, vt contingit in iuuene & viro: Cum autem duplex ſit ſpirituum debilitas, vel enim ſunt debiles, quia ſuffocantur, non poſſunt moueri, vel quia ſunt inaniti & reſoluti: Si igitur virtus ſit debilis propter ſpiritus re-

tus resolutos, talis virtus omnino missionem sanguinis prohibebit: Si autem spiritus sunt debiles, quia suffocantur, talis debilitas virtutis in spiritibus non prohibebit, sed permittet missionem sanguinis. Suffocantur enim spiritus à copioso sanguine, missione autem sanguinis hanc copiam subtrahemus,& sic spiritus, qui antea erant suffocati, denuo reuiuiscent, non aliter ac contingit in igne debili, dum à copia lignorum extinguitur. Locus idoneus mittendi sanguinis præscribitur à subsistentia sanguinis: Si redundat sanguis in toto, vena quæ & totum respicit euacuando,& partem reuellendo,aperienda est, vt est Basilica: Si sanguis sit in parte determinata, vt si hæmorrhoides suppressæ, vel menstrua retenta sint, vena pedis secanda est:Si sanguis sit in capite, vulneranda est vena colli, frontis & narium, quæ deriuando euacuant: Ante venæ sectionẽ aluus lenienda est suppositorio vel clystere, vt:

℞ *Pulpæ colocynthidis* ϑ ij. *salis gemmæ* ʒ j. *mellis despumati q.s.* pro suppositorio.

℞ *Fol. centaurii min. aristol. rot. cyclaminis, anæ* p.j. *pulpæ colocynthidis* ʒ j. *aq. q.s.* f. decoctio s.a. cui adde *Ol. chamomel.* ℥ iij. *mellis ros. sol.* ℥ ij. *salis gemmæ* ϑ iiij. Mis. pro clystere.

Vomitoria hic locum non habent, sed frictiones, ligaturæ dolorosæ in extremis partibus ad reuellendum; Cucurbitulæ etiam in extremis applicandæ sunt: Postea vero caputpur-

gia adhibenda sunt, & quia masticatoriis vti nō possumus, sternutatoria locum habebunt: Insuffletur naribus *agaricus in pituita, helleborus niger in melancolia, item elaterium, nigella, castoreum*: Fiant etiam inunctiones oris & palati cum *triphera magna, cum theriaca vel mythridatio*, hæc enim attenuant ac detergunt, vt à capite destillet materia: Nec prætermittantur quæ insensibiliter euacuant, applicando capiti rarefacientia & discutientia, vt *Oleum de spica, nardinum, rutaceum, liliorum alb. castorei*, quod inprimis efficacissimum est, vt & euphorbii, vt:

℞ *Ol. rutacei, costini, lil. alb. cum aromatibus, ana* ʒ ß. *de castoreo* ʒ ij. *de euphorbio* ʒ j. Mis. pro inunctione.

Si cupimus cōsistentiam huius medicamenti, addamus *ceræ virg. q. s.* f. linimentum post capillorum abrasionem administrandum. In ipsa accessione fiat vesicatorium è ferro candente, quo virtutem sopitam euocemus, quod applicetur occipitio & non commissuræ coronali, vt ratione doloris fiat attractio deriuando. *Galenus* 13. *meth.* 21. Magnam cucurbitulam affigit occipitio, & si reuiuiscat patiens, ac dolor persueret, ratione ferri igniti administrati, leniatur dolor cum pinguedine gallinæ vel vituli, cum butyro recenti: Quod ad præseruationem, eadem hic conferunt, quæ in epilepsia; *Galeno* maxime probatur *oxymel squilliticum*, &c. Diæta sit in victu boni succi, non flatulento: Potus vini interdica-

dicatur; si adsit pituita, præscribemus *mulsam cum betonica, stechade, calaminta, melissa, origano*: Si melancholia, potus alterandus cum *borragine, lupulis, melissa, &c.* A vino autem prorsus abstinendum, quia facile ac cito caput replet, & est vehiculum vaporum & humorum caput replentium.

EXEMPLA CVRATIONVM APOPLEXIÆ.

In metu Apoplexiæ: Consilium Italicum, Patauii habitum, Anno 1578. in adibus Hieronymi Capouaccii.

TReuisanus Vir magnificus paralysi corripitur quam lenis præcessit Apoplexia; refert enim ipse, se statim post somnum solutum cœpisse male habere. Nam vires subito elanguerunt, neque ab eo tempore aptus fuit obire debita munia: Est autem de prognostico res ardua, & curatio omnino difficilis esse videtur. Hic enim patiens, iam in fine consistentis ætatis est constitutus, vires à longo morbo imbecilliores sunt redditæ, assuetus etiam est in cibo & potu delinquere: vires enim videntur deficere, nisi cibo & potu largiore vtatur. Huc etiam accedit, quod metuo, ne morbus sit hæreditarius. Pater enim & patruus, & frater Apoplexia correpti interierunt. Quod si ei non aliqua saltem ratione occurratur, non modo paralysis perfecta, sed etiam Apoplexia fortis metuenda est. Propter hæc omnia

omnia curatio per quam difficilis futura est, atque ita etiam aliqua ex parte impossibilis. Vt tamen aliquid agamus, nec sine omni spe patientem relinquamus, inprimis corpus diligenter euacuandum est vel *elect. lenitiuo vel speciebus hiera, vel melle ros. sol. in decocto betonicæ* dissoluto. Ad præparádam materiam vterer *decocto betonicæ vel potius syrupo de betonica & rosato vel stechade* cum decoctis appropriatis: Aperirem postea venam, nam corpus est plethoricum, quod sanguine redundat; euacuarem primo *pillulis cochiis, vel agarico & rhabarbaro & sena, cum syr. ros. sol.* Ordinarem potum aquarum thermalium Apponensium, vel etiam S. Petri quæ calidiores sunt: Stillicidium quoque ordinarem in commissura coronali & occipitio, vbi exortus est spinalis medullæ: Vterer etiam corroborantibus, fouerem caput fomentis & lotionibus, & exhiberē conseruas, *betonicæ, saluiæ, rorismarini, confect. mythridaticum, theriacam*; cauteria etiam duo adhiberem, vnum in brachio sinistro, alterum in crure eiusdem lateris: Quibus diligentem victus rationem adhiberem.

Consilium D. Hieronymi Mercurialis.

EX repentino humorum motu, iudico malum ortum esse. Quærendum autem est, ad quas partes humores moti confluant. Ego sentio, confluere illos ad vias, per quas facultas motrix ad partem dextram trahit. Hæc autem pars est ori-

est origo spinalis medullæ, vel eius principium. Cum enim facultas ad hoc principium feratur, & inde ad vtramque partem ferri debeat, primo omnium ad dextram mouctur partē, & ibi fixa ac firmata residet, adeo vt per aliquod tempus patiens neque fari neque moueri neque sentire potuerit. Quod malum ego non dicerem Paralysin, sed potius stuporē, ratione motus, & torporem ratione sensus. Sed quis est ille humor, qui ad illas vias confluit? Materia fuit frigida & crassa, quia non statim malo subleuatus est, sed longo post tempore, quod contingere nō solet, vbi vel materia tenuis est vel vaporosa. Fuit igitur materia pituitosa in hac parte genita, primo quidem ratione suiipsius, inde ob cibum & alimentum crassum. Dicebat enim *Hipp. lib. de glandulis*: Cerebrum arcem esse humoris viscidi, & pituitosi, qui eo copiosior illic est, quo cibi crassiores & viscidiores adsumuntur. Quare & propter rationem suiipsius, & propter cibos adsumptos pituita ibi est genita. Credo autē delapsam etiam in has partes fuisse materiam propter importunam Veneris exercitationem. Nam *teste Heraclyto*, Venus ad hoc multum facit. Adhæc conspirauit etiam paterna dispositio, etsi quidam cōtrarium proferre possent. Dicebat enim *Hippoc. in Prorheticis, Epilepsiam, Melancholiam, Hydropem & Podagram esse morbos hæreditatis*, Apoplexiæ vero non meminit. Deinde omnes hi morbi hæreditarii ortum ducunt à membris semina-

minariis vel ſpermaticis: Apoplexia vero ab humoribus oritur. Etſi autem rationibus demonſtrari poteſt, Apoplexiam morbum hæreditarium non eſſe: Tamen ego contra iudico, à parentibus poſſe hoc malum communicari, neque obſtat Hippocratis autoritas; ſcitis enim illud vulgare axioma: Nihil valere autoritates ex parte negatiua allatas: Neque valet conſequentia, ſi dicam: Hippocrates in hoc vel illo loco eius rei non meminit: Ergo res hæc ita ſeſe non habet. Imo cum breuis vbique & conciſus ſit Hippocrates, ſub nomine epilepſiæ loco citato voluit comprehendere omnes illos capitis affectus epilepſiæ ſimiles: Deinde non tantum hæc mala ab humoribus fiunt, ſed concurrit etiam ad horum generationem diſpoſitio membrorum continentium: Partes autem continentes ſunt vaſa ſpermatica, quæ à parentibus ad morbos tales diſponi poſſunt, & ſic hæreditarii fiunt morbi: Cauſæ igitur internæ huius mali ſunt: Humorum copia, ac cerebri diſpoſitio, quibus externæ etiam accedunt: Cibi craſſi, & incongrua victus ratio. Quare humores euacuandi, caput confirmandum & deſiccandum eſt; & cauſæ externæ tollendæ ſunt. Neque deſpero de ſanitate, ſed multo magis ſpero. Corpus plenũ eſt, & vt *Plato* nominabat in Timæo; luxurians: Quare ſanguis mittendus, fonticuli brachio & cruri dextro applicandi ſunt: Poſterior autem capitis pars non eſt tangenda, quia eſt locus affectus, & in præ-

ſeruã-

seruationibus dicebat *Galenus*, à longe remedia applicanda esse: Lenienda deinceps aluus, præparandum corpus & expurgandum aliquoties primo leuioribus inde vehementioribus medicamentis: *Pillulis fœtidis, hieræ*, quæ commendantur à *Scribonio Largo*. Caput deinceps corroborandum erit: Abstinerem à remediis epar & vẽtriculum respicientibus, quia hæc membra non sunt affecta; stillicidium ordinarem commissuræ coronali, quo non modo per x v. verum etiam 20. & pluribus diebus vtatur, vt hoc pacto fiat impressio, nam vt dicitur: *Gutta cauat lapidem non vi, sed sæpe cadendo*. Aduentante autumno decoctum Guaiaci præscriberem, cui iniicerem etiam capitalia medicamenta. Tota hyeme bis aut ter in mense sumeret modo *pillulas cochias, modo oxymel squilliticũ, modo mythridatium*. Quibus omnibus diligens viuendi ratio accedat.

Consilium Hieronymi Capouaccii.

VT hic affectus diligẽter cognoscatur, moneo vt ad symptomata præterita, præsentia & futura respiciamus: Præteritum vitium fuit, quod post somnum loqui non potuit, & veluti mente non cõsistit. Sed hoc malum statim sublatum fuit, vnde iudico, Apoplexiam minime fuisse. Dicebat enim *Hippocrates*: Apoplexiam fortem soluere impossibile esse, lenem non facile. Quia igitur huic malo illico subuentum est, non potuit dici Apoplexia. Fuit igitur tor-

por qui-

por quidam pertinens ad functiones principes: Ratione autem vaporis & humoris melancolici & pituitosi obstructiones fieri poterant. A pituita vero diminuta est functionum actio, & actiones illæ ob nimium motum materiæ, & vinum copiosum & coitum frequentissimum læsæ sunt, & angustia hoc pacto facta est, circa neruos ad linguam, & circa principium spinalis medullæ ad partem dextram. Materia est pituitosa, genita ob humiditatem cerebri nimiam, & ab eodem etiam propter eandem causam suscepta, occasionem dedit gignendæ materiæ, vini, potus & coitus. In præsenti autem perseuerat motus imminutus secundum partem dextram, & malum hoc est nihil aliud, quam angustia nõ secundum omnes corporis partes, sed solum secundum principium spinalis medullæ. Sed quæ fuit hæc materia, quæ angustiam hanc effecit? Si copiosa omnino fuisset & crassa, facultas animalis non posset tam diu eam perferre, & à materia crassiore facile ita trãsitus ille inhiberi posset, vt non fiat stupor, sed paralysis potius: nec puto hoc malum fieri, quod spiritus non transeunt, spiritus enim alias ad totum corpus non deferuntur, sed tantum ad spinalem medullam pertingunt. Fuit igitur materia pituitosa, cuius vi dextra pars contraxit obstructionem & frigiditatem. Imminet autem absque dubio Apoplexia, quia parentes eius & agnati multi ex illius familia hoc morbo correpti obierunt; Neque ve-

que vero obstat locus citatus Hippocratis, cum Apoplexiam ille sub prædictis morbis subintelligat : Ad hæc vitia hæreditaria non modo ob partium intemperantiam oriuntur : Nam exempli gratia vitium Gallicum non datur hæreditarium semper, & in omnibus ob partium genitalium aut viscerum intemperantiam ; In lue enim Venerea partes non necessario intemperatæ sunt, quamuis ex parentibus infectis fœtus infecti oriuntur : Deinde etsi pars intemperata adsit, vt exempli gratia epar calidum : tamen ratione caliditatis epatis nequaquam necessario proueniet morbus Gallicus, sed quemadmodũ fit in morsu canis rabidi, idem in tali lue Gallica accidit : Canis rabidus morsu quidem venenum eiaculatur, at morsus ille non est in causa mortis, nisi rabies ista multiplicetur, sed quia multiplicat rabiem caninam ? num distemperantia partis ? Minime, sed morsus caninus seipsum multiplicat ; Idem accidit in lue Gallica, cum fit eiaculatio seminis à parente Gallico, euenit, vt materia in fœtu resideat, quæ temporis progressu seipsam multiplicat : Deinde à natura malæ dispositionis partium spermaticarum hæreditarii morbi proueniunt : Sed quænam est hæc mala dispositio ? Potest esse aut intemperies, aut mala compositio, aut soluta vnitas : Probat enim hoc experientia, homines qui nascuntur ab epilepticis non adeptos semper fuisse cerebrum intemperatum, sed potius intemperatum : Sic qui

nascuntur ex calculosis parentibus non omnes habent renes calidos & epar calidum: Quare sæpe vitiosa proportio natiua membrorum sæpe est in causa hæreditariorum morborum. Sed ad patientem nostrum redeamus: Caput patientis à principio generationis fuit calidum & humidum, & iam etiam non vsque adeo insignis adest frigiditas, quia bene adhuc memoratur; q̃ autem somnos profundos habet, hi potius à pituita sunt. Sed Apoplexiæ fiunt à cerebro frigidiore & humidiore: Causa igitur est natiua partium cerebri proportio, quod facile patitur, & non potest expellere vapores semel susceptos: Quo ad contenta, superfluitates expurgandæ & reuellendæ sunt ratione impetus: Quo ad continentia, pars dextra calefacienda est; cerebrum exsiccandum, & aliqua etiam ex parte calefaciendum est; Quare requirit medicamenta capitalia; Possumus quidem omnia recte præstare, & scopos istos absoluere, quamuis difficile est ita roborare caput, vt procedente ætate quandoque in Apoplexiam non incidat: Si autẽ voluerit, seque obedientem præbuerit, poterimus eum præseruare etiam ab Apoplexia imminente; materiam reuellendo & portionem tollendo. Duo fonticuli faciendi sunt in parte opposita; retrahetur enim hoc pacto materia, & euacuabitur per partes infernas: An vero præstat in occipitio etiam fonticulum imprimere? Si sermo fiat de fonticulo tanquam materia remedii euacu-

euacuantis & reuellentis à capite, nequaquam conueniret eo in loco fonticulus, quia non est euacuandum & reuellendum per locũ affectũ, nam ad hanc intentionem satis essent duo fonticuli illi, sed si de materia euacuante loquamur, hac de causa fonticulus in occipitio concedi potest, quemadmodum Hippocrates in doloribus iuncturarum vnctione partium articulorum vtebatur. Quare hac de causa ratione euacuationis in posteriore capitis parte per vnum atq; alterum mensem fonticulum apertum tenerem, reliquos duos in reliquis corporis partibus omni vitæ tempore tenerem apertos. Difficultas autem est de venæ sectione : Medici Veneti omnino venæ sectionem interdixerunt; ad hæc affectus potius est frigidus , materia pituitosa est, quæ peccat; Caput pituita refertum est, & si imminet Apoplexia, causa potius pituitę immi-net, non ratione sanguinis: Sanguis igitur cum non sit causa morbi, non detrahendus esse videtur: Accedit huc etiam Galeni autoritas, qui 4. *de tuenda valetudine* 4. *scribebat*, reperiri infirmos quosdam , qui vel præ timore vel alia de causa venæ sectionem non admittunt, & in tali casu monebat Galenus Medicũ, vt à sanguinis missione abstineret, & eo vberius corpus expurgaret. Cumque habeamus hic corpus ita dispositum, vt validissima etiam purgantia sustinere possit, puto medicamentis potius quam venæ sectione agendum: Proderunt etiam frictiones:

Nam *Galenus* 4.*meth.* 6. in plethora & frictionibus, & balneis & aliis etiam auxiliis vtitur, vbi plenitudini vellet occurrere: Ex altera vero parte habemus corpus calidum & humidum, quale solet esse sanguineum: & quamuis sanguis nō est causa morbi efficiens, tamen est causa, sine qua tuto morbum remouere nō possumus: Periculum enim est, si sanguis non detrahatur, ne in imam partem confluat, præsertim si materia ad partes infernas deriuetur: Quare iudicarem ego sanguinem detrahendum esse; sed tamen non transcenderem ℥ vj. *vel* vij. ne copiosa sanguinis missione corpus nimium refrigeretur; & vt ita tolleretur causa, sine qua non curare possumus: Purgarem deinde caput per nares, per os, masticatoriis ex calorificis compositis. Aquis prædictis in potu non vterer, ne nimis calefacerent & exsiccarent: sed essem contentus stillicidio secundum futuram coronalem, & balneo aquæ & luto etiam roborante. Ligni Guaiaci vsus cum hoc tempore non conferat, de eo iam non dicam. Si tamen ventriculus esset robustus, vt ego iudico robustum esse, & iecur non vsq; adeo calidum, (dicebat enim Galenus, quoties corpus est calidum & humidum, iecoris caliditatem non valde distemperatam esse consueuere) darem in potu aquas etiam thermales, quia penetrarent ad caput, & ad partes affectas & euaporarent facillime ad cerebrum, & essent hac ratione meliores & conducibiliores ipso stillicidio;

dio; præsertim cum iecur vt dictum est, nõ prohibeat, & quamuis ventriculus, cum sit robustus tali auxilio non indiget, indiget tamen caput, indiget tota pars dextra. De Antidotis etiam nunc nihil dicam; quia hoc tempore non conueniunt. Diligens autem ante omnia victus ratio instituatur: A vino hoc tempore abstineat.

Aliquem infestabat vertigo, vnde metus Apoplexiæ; Habebat caput repletum multis effumationibus, cerebrum excrementis pituitosis abundabat, vnde obstructiones ventriculorum cerebri metuebantur, & alia Apoplexiæ symptomata, vt priuatio sensus & motus, difficultas loquendi, interceptio spirituum animalium, quemadmodum radii solares à nubibus intercipiuntur, quo minus terram contingant. Petebat igitur se præseruari ab Apoplexia. Quare in vere & autumno bis purgantibus vsus est. Sub initium veris hoc pacto euacuatus est. *C.H.D.*

℞ *Rad. polypodii, fœniculi, ana* ℥ j. *pœoniæ, cal. aromat. ana* ʒ ß. *herb. betonicæ, p.* j. *flor. cichorii, p.* ʒ. *fol. sennæ Alexandr.* ʒ v. *epithymi,* ʒ j. *agar. trochisc.* ϑ ij. *rhabarb. el.* ʒ ß. *cinamomi,* ϑ j. *zinzib.* ʒ ß. *spicæ Ind. gr.* iij.

Conquassata stent, in iusculo carniũ per noctem: Mane calefiant tantum, & colaturæ adde: *Mannæ calabr.* ʒ x.

℞ *Ol. succini gutt.* v. *nucis mosch. macis ana gutt.* ij. *cinamomi, caryophyll. ana gutt.* iij. *gran. pœoniæ, pulu. marg. præp. ana* ϑ j. *sacch. albiss.* ℥ v. *dissol. aq.*

pæoniæ q.ſ. f. conf. in Rotulis pro corroboratione cerebri.

Si denuo euacuatione indiget, purgetur pillulis, præmiſſo prius digeſtiuo:

℞ *Syr. de ſtechade, de betonica, de cichoreo cum rhabarb. ana* ʒ j. *aq. betonicæ,* ℥ iij. *fœniculi,* ʒ ij. *cinamomi,* ʒ j.

Miſce pro doſi duplici horis matutinis:

℞ *M. pill. ſ. quibus, de hiera cum agar. cochiar. ana* ϑ j. *cum aq. ſaluiæ q.ſ.* f. pillulæ numero xxx. deaurentur.

Vel: ℞ *M. pill. cochiar. fœtidar. de hier. c. agar. ana* ϑ j. *cum aq. fœniculi q.ſ.* f. pill.

Deinde confortando capiti præter priores rotulas ſacculus impoſitus eſt lixiuio pro lotione capitis.

℞ *Herb. betonicæ, verbenæ, ana* m. j. *roriſmarini, fol. lauri, ana* m. ß. *flor. ſtechadis, lauendulæ, ana p.* j. *ſpicæ Ind.* ʒ ß. *rad. aſari,* ʒ ß. *fol. ſenæ.*

Inciſa inſuantur ſacculo pro lixiuio.

Tandem hic puluis præſcriptus eſt, cuius drachma vna ante vel poſt nouilunium in *aq. lauendulæ* exhibitus, ab Apoplexia præſeruat:

℞ *Succini albi præp.* ʒ j. *ſpec. diarhod. abb.* ʒ ß. *rad. pæoniæ pulu.* ϑ j. *ſpec. pliris arch.* ϑ ß.

Miſce f. Puluis.

Per interualla autem, quoties poſtulat vſus, hæ pillulæ pro doſi duplici præſcriptæ ſunt:

℞ *M. pill. aſſaiareth, de aloe lota, aggregat. cochiar. ana* ʒ ϑ. *cum aq. betonicæ.* f. pill. 60.

In ver-

In vertigine & metu ab Apoplexia.

COrripiebatur frequenti vertigine ac leui- *I. S. D.*
uſcula animi defectione ac nauſea. Dixi vertiginem partim per eſſentiam à cerebro, partim à ventriculo idque multo frequentius cauſari: Conquerebatur enim de difficili ac tarda cõcoctione nauſea & leuiuſcula animi defectione, quæ omnia ad ventriculum maximeque ad eius os ſuperius referuntur, ſignificabat etiam aperte quendam illic doloris ſenſum percipi, quare dubium non erat, tunicas ventriculi multo & vitioſo humore infarctas eſſe: Aderant etiam nõ pauca ſigna male conſtituti epatis, quod impenſe calidum multis annis opportunum erat gignendæ bili, quæ aliquãdo vomitione erumpat, non ſine animi defectione, eadem in os effuſa, plerumque amarorem inducebat, eadem coercita & putreſcens febres pepererat, & ego illum ante triennium in febre tertiana curaueram: Viuebat autem inordinatiſſime: Quare accuratam victus rationem præſcripſi: Deinde dedi bolum:

℞ Et. *diaphœnicis*, ʒ iij. *pulu. rhabarb. ſelectiß.* ʒ ß. *ſpicæ gr.* ij. *cum ſaccharo*, fiat bolus.

Poſtea pro digeſtione potionem dedi de qua ſumeret quaternis diebus horis matutinis quotidie ʒ vj.

℞ *Rad. cichorii*, ʒ vj. *acetoſæ, polypodii, liquiritiæ, ana* ʒ ß. *graminis, fœniculi, rutæ, aſparagi, ana* ʒ ij.

aniſi, card. bened. ana ℥j. ß. *carthami contuſi,* ℥ iij. *tamarindorum,* ℥ ij. *herb. cuſcutæ, cap. Veneris, cichorii, betonicæ, ſaluiæ, euphragiæ, agrimoniæ, ana* m. ß. *flor. & fruct. cord.* m. ß. *anthos, p.* j. *epithymi,* m. ß. *prun. vngar. numero* x.

Decoq. in ſ. q. ſeri lactis caprini ad tertias, colaturæ expreſſæ: ℞ ℥ xv. *Syr. de cichor. cum rhabarb. de betonica compoſ. oxymellis helleborati noſtri, ana* ℥ ij. ß.

Miſce pro potione.

Quinto die purgans dedi:

℞ *Decocti prioris,* ℥ iiij. Infunde: *Rhabarb. ſelectiſs.* ℈ iiij. *trochiſc. de agar.* ℥ j. *epithymi,* ℈ ij. *fol. ſenæ.* ℥ ß. *ſpicæ gr.* iij. *zinziberis, cinamomi, ana* ℈ ß.

Stent in infuſione per noctẽ, mane bulliant leuiter & fortiter exprimantur: In expreſſo diſſolue: *Mannæ el, diaphœnicis,* ℥ j. ß.

Miſce pro hauſtu.

Poſt horum vſum pro corroboratione ventriculi & cerebri, præſcripſi puluiſculum, vt inde ternis diebus continuis quotidie ſumeret, ℈ ij. *in aq. lil. conuall. cinamomi, ana* ℥ ß. *ſyr. de ſucco pœoniæ,* ℥ vj.

℞ *Spec. dianthus, diamoſchi dulc. aromat. roſ. ana* ℈ ij. Miſce pro Tragæa.

Vt autem cerebrum nonnihil copioſius euacuaretur, pillulas dedi, quas ſumeret quarto & quinto die poſt vſum hauſtus purgantis, medietatem vno die horâ matutina quinta, alteram ſequenti:

℞ *M. pill.*

℞ *M. pill. hieræ compos. cochiar. aggregat. ana* ℈ ij. *cum aq. lauendulæ.* f. pill numero 50. deaurentur.

Tandem vt præseruaretur à vertigine & ab Apoplexia, præscripsi morsulos, de quibus alternis vel ternis diebus prout ei videretur, horis matutinis sumeret vnum, eumque sensim masticaret ac deglutiret.

℞ *Spec. aromat. ros. diarhod. abb. ana* ʒ j. ß. *pulu. succini alb. i, corall. rub. præp. ana* ʒ i. *margar. præpar.* ʒ ß. *cubebar. macis grosse incisorum, ana* ʒ ß. *ol. maioranæ, saluiæ, caryophyll. fœniculi, ana gutt.* j. *cinamomi gutt.* iij. *sacchari albiss. in aq. lauendulæ & euphragiæ ana q. s. dissol.* ℔ ß. f. s. a. conf. in Morsulis. His liberatus à morbo & præseruatus est.

In Paraplexia.

HIc per plateas incedens ex inopinato cõcidit & sine sensu & motu q. Apoplexia tactus pro mortuo ad ædes suas deferebatur. Ego ex improuiso post quadrantem horæ superueniens, cum multa temere infudissent circumstantes, animaduerti humorẽ ad pectus in magna copia delabi, & quidem per interualla, nam cum summo stertore ac sibilo tussiebat; quare continuo ex thure mastiche & succino fumum facere iussi, & ligaturas ac frictiones extremitatum adhibui dolorificas, propinaui de compositione seq. *I. S. D.*

℞ *Aq. theriacalis nostræ,* ʒ iiij. *epilepticæ nostræ,* ʒ ij. *aq. lauendulæ,* ʒ j. Misce.

De hac compositione dedi cochlear vnum atque alterum, sed difficulter deglutire poterat propter copiam affluentem pituitæ viscidæ, vnde fauces pene obturabantur, itaque maior pars effluebat, reiterabam tamen frequenter donec cochlearia aliquot imbibissent. Cum hæc sic per dimidiam horam continuassem, oculos tandem aperuit, & aerem popoſcit, non articulate tamē, ita vt vix percipi posset, clamando Lufft/Lufft/ aliquoties, iussi ergo circumstantes recedere, & fenestras aperiri, tandem tussiendo reiecit aliquot cochlearia pituitæ viscidæ gypseæ, post quam reiectionem articulate, vt ab omnibus intelligeretur, poscebat aerem: Denuo ergo propinabam duo cochlearia compositionis prioris, post cuius vsum ad se rediit, & quidnam vellent sibi circumstantes quæsiuit, tum vbi fuisset, interrogauit. Itaque volui vt catarrhus nonnihil euacuaretur, qui ad pectus & pulmones delapsus erat, vnde q. orthopnœa causabatur. Quare sequens decoctum ordinaui, quod tribus ante cœnam horis sumpsit.

℞ *Rad. Helenii,* ℥ iij. *ireos,* ℥ j. *fœniculi, apii, ana* ℥ ij. *polypodii, liquiritiæ, ana* ℥ ß. *herb. cuscutæ, capill Veneris, hyssopi, prasii, betonicæ, ana* m. ß. *flor. & fruct. cord.* m. j. *sem. anisi, fœniculi, ana* ℥ ij. *althææ cardui bened. ana* ℥ j. *fol. sennæ,* ℥ j. *trochisc. de agar* ℥ iij. Decoq. in s. q. aq. ad tertias: Colaturæ ℞ ℥ iij. In quo dissolue: *Mannæ el.* ℥ j. *elect. diaphœnicis,* ℈ iij. Misce pro hausto.

Qu

Quo sumpto copiose euacuatus est, & circa ingressum lecti melius habuit, proinde nihil amplius tentare illa die volui, sed vt quiesceret iussi, postridie denuo potum propinaui ante prandium & ante cœnam & ad ingressum lecti.

℞ *Decocti prioris,* ℥ iij. *syr. de prasio, de betonica compos. oxymellis helleborati, ana* ℥ ß. *aq. lauendulæ,* ℥ iij. Misce repetatur.

Tandem volui vt de pillulis infrascriptis per tres dies cubitum iturus sumeret, quotidie numero XXI.

℞ *M. pill. hieræ cum agar. aurear. cochiar. aggregat. ana* ℥ ß. *cum aq. saluiæ.* f. pill. numero LXIII. Inuoluantur speciebus pliris arcontici.

Ab his satis conuenienter euacuatus est, & indies melius habere cœpit. Postremo pro corroboratione rotulas ordinaui, de quibus sumeret quotidie vesperi & mane numero vj.

℞ *Spec. diambræ, diamosch. dulc. ana* ℈ ij. *diaireos, salomi, pliris archont. ana* ℥ j. *ol. saluiæ, anisi, nucis mosch. fœniculi, ana gutt.* j. *cinamomi gutt.* iij. *sacch. albiß.* ℥ iiij. *dissol. sacch. aq. betonicæ & lauendulæ, & f. s. a.* Conf. in rotulis.

His Dei beneficio præter omnem spem circumstantium liberatus est, &c.

In leui Apoplexia & Catarrho frequenti pro pastore quodam.

LAborauerat febri quotidiana, & habuerat quinque paroxysmos, postea cum ex propria or- *I. S. D.*

pria ordinatione pharmaca sumpsisset, purgantia, & febris nonnihil remisisset, in leuem Apoplexiam incidit, ita vt intra quadrantem horæ nec loqui nec se commode mouere posset. Quare dederant ei adstantes *theriacæ* ℥ j. *in aq. lauendulæ* dissolutam, cum nihil aliud ad manum esset, vnde sensus & motus & linguæ vsus restitutus est. Erat autem corpore crasso & obœso, & admodum pingui, temperaturæ calidæ & humidæ: Contraxerat hunc morbum ex intemperantia in victu & ex nimia ingurgitatione vini potentis meracioris Quare præscripta victus ratione primo ordinaui clysterem:

℞ *Herb. althææ, parietariæ, atriplicis, chamomeli, ana* m. j. *saluiæ, hyssopi, stechadis, betonicæ, centauri min. rutæ, ana* m. ß. *Rad. Aristolochiæ* ℥ iij. *polypodii, cichorii, ana* ℥ ß. *agarici candidi in petia ligati* ℥ ij. *Fol. sennæ* ℥ vj. *fursur.* m. j. *prun. Vngar. numero* vij. Decoq. s. a. pro Enemate.

Colaturæ ℞ ℔. j. *el. diaphœnic. bened. laxat. ana* ℥ ß. *hieræ logodii* ℥ j. ß. *hieræ s.* ℥ ij. *Ol. rutæ, chamomel. mellis ros. colati, ana* ℥ j. Mis.

Clysterem hunc retinuit ad semihoram, & bene purgatus est. Ad ingressum lecti propinabam hunc haustum:

℞ *Flor. & fruct. cord.* m. ß. *Herb. centaurii, rutæ, betonicæ, stechadis, saluiæ, maioranæ, ana* p. j. *Fol. sennæ* ℥ ß. *troch. de agar.* ℥ j. *Decoq. s. a. colaturæ* ℞ ℥ iiij. *syr. de betonica compos.* ℥ vj. *oxymellis helleb.* ℥ ß. Mis. pro haustu.

Postero

Postero die ad horam quintam matutinam dedi pill. seq.

℞ *M. pill. hiæræ compos. cochiar. ana* ℈ j. *aurear. aggregat. ana* ℈ ß. *cum aq. lauendulæ.* f. pill. numero x x j. Inuoluantur speciebus pliris Archont.

Inde habuit sedes copiosas xj. materiæ viscidæ ac pituitosæ. Quare volebam vt adhuc per quatriduum continuaret decoctum seq. quotidie in sumendo mane ʒ v.

℞ *Herb. saluiæ, maioranæ, centauri min. stechadis, euphragiæ, betonicæ, hyssopi, ana* m. ß. *Rad. acori, galangæ, cyperi, ana* ʒ j. ß. *Aristolochiæ rotundæ* ʒ ij. *ireos* ʒ j. *polypodii, cychorii, ana* ʒ j. *Sem. anisi, fœniculi, ana* ʒ j. ß. *carthami contusi* ʒ iij. *cort. mirobal. chebulorum, citrinor. fricator. ana* ʒ v. *Herb. cuscutæ, cap. Ven. ceterach. ana* m. ß. *Fol. senæ* ʒ j. *troch. de agar.* ʒ ij. Decoq. in s. q. aq. ad tertias.

Colaturæ ℞ ℔. j. *syr. de betonica compos. syr. de praßio, oxymellis, helleb. ana* ʒ ij. *aq. lauendulæ* ʒ j. Mis. pro potione.

Quinto die post vsum potionis iussi repeteret pillulas priores, ꝙ magno cum fructu fecit. Pro corroboratione tãdem ordinaui electuariũ seq. de quo sumeret quotidie vesperi & mane ad magnitudinem nucis iuglandis. Et septimo die ab vsu pillularũ aperui venam mediam brachii dextri, & eduxi ad ʒ vj. sanguinis successu felice.

℞ *Spec. diamoschi dulcis* ʒ j. *pliris arcontici* ʒ iij. *syr. de betonica compos. q. s.* f. Electuarium.

His curatus est.

In Apo-

In Apoplexia, à nimio acidularum vsu contracta.

F.H.D. QVidam Magnificus cum Anorexia laboraret, ex præscripto cuiusdam Medici acidulis frequenter vsus est, ex quarum vsu nimio in Apoplexiam incidit, qua tandem extinctus est. Quæsitum fuit, an & quomodo diutius in vita retinere potuisset Magnificus iste, & an recte acidularum vsum consuluerit Medicus. Dicam igitur primo de acidulis, cuius sint virtutis, & quid quibus conferant. Vtilis est acidularum consideratio, tum quia multum præ se ferunt nobilitatem substantiæ atque saporis, tum quia nobilissimarum pariter operationũ sunt in potibus medicatis. *Theophrastus in lib. de historia plantarum*, duo constituit saporum acidorum genera; Alterum quod ex putrefactione fit, vt cũ ex vino fit acetum, & sic lac putrescens acescit; alterũ quod quibusdam fructibus est proprium, præsertim immaturis, qui acidi sunt non quia alicuius putrefactionis soboles sint, sed ex indigestione partium ob diminutum calorem, vt in cerasis & succo mali citrii; idem habet omphacium ex immaturis vuis, malum punicũ, ac fructus alii; Sic plantæ quædam acetosæ sunt. Causa autem acidarum aquarum neutra esse videtur: Nam & indigestio & putrefactio rei mixtæ sunt non simplicis elementi; & qui fructus naturaliter acescunt, tota substantiæ proprietate

acescunt:

acescunt : At aquæ essentialiter sine vllo sapore aut qualitate sunt, vnde ἄποιον Græci aquam dicunt, quasi omnis qualitatis expertem : Neque etiam putrefactio aciditatis eorũ causa est, nam in aquis etiam compositis, nulla est, quæ vini vel lactis substantiæ proportione respõdeat, & quæ postea corrumpenda veniat in acorem : imo aqua, vbi naturaliter acida oriatur, nullum vestigium, nullam dispositionem putredinis præ se fert, semper incorrupta, limpida, sincera manens; Et si corrumpantur aliquæ, vbi resederint, simul & acor corrumpitur: præterea acor ex putredine in tempore fit, at breui curriculo aquarum per venas suas, quænam putredinis occasio esse potest? Tandem putredinem plus & minus fieri contingit, pro certa anni ac temporis constitutione, pro vi caloris & causæ plus minus corruptiuæ : At aciditas fontium vniformis est: Non igitur à putredine : *Aristoteles* 2. *Meteor.* censet aquas ex accidente mixtura terræ, qua transeunt, mutari, nouumq; induere saporem, & nouam qualitatem, & sic salsas alias, alias acidas fieri. Sed non est necessarium aquas ex accidente mixtura, qua obiter transeunt, saporem concipere : Videtur enim aqua multas qualitates habere congenitas, ex vaporibus nimirum heterogeneis, vnde fiunt : Vlterius ergo de propria causa inquirendum est: Vitruuius, acidarũ causam esse dixit, succum in terris natura acidum, qui aquis ipsis obiter concorporetur. Ex recentiori-

tioribus *Andreas Baccius lib. de thermis sexto* (vnde & ista desumpsimus) tres causas aquarum acidarum constituit: Vnam; quod hæ aquæ à minera, quam statim abluunt, etiam sincero ortu inficiuntur, eiusq; materiæ ac succi suscipiunt naturam: Alteram, quod à vaporibus alterantur suppositæ infra venas mineræ, quas aquæ intercurrentes combibunt: Tertiam, quod ex iisdem vaporibus, qui in terræ poris frigidis (vt fit in aere) conuersi in aquam, suas illi congenerant qualitates: vbi duo alia sunt videnda: Primum, *quæ natura specialis sit in terris, horum vaporum matrix*: Alterum, *quæ signa & genera sint aquarum acidarum*. Quod ad primum, quæ natura specialiter in terris supponenda sit aquis acidis, duo hæc manifesta sunt: Primum, hunc saporem non habere certum succum, nec propriam metalli speciem in terris, sicut cæteri sapores, vt salsus salem habet, &c. Omnis enim metalli acrimonia proprietatem habet ad acorem, id quod experientia testatur; Alio enim loco reperitur chalcanthum, vel æris lapis; alio loco cinis & calx: In Hispania & Aquitania acres sunt putei, qui aquas longe concipiunt ex fibris argenti viui: Quandam acrimoniam imprimit quoque vena ferri, vti alumen & nitrum dulciorem. Alterum non minus est manifestum, quod inter omnes succos ac materias ad acrem impressionem idoneas idonea super cæteras est acidis gignendis aquis materia æris & chalcanthi: Et cum hæc materia variet,

variet, hinc variæ sunt acidarũ differentiæ: Non enim omnia vbique eadem sunt metalla, neque eandem cum aquis vbique proportionem & communicantiam habent: Alibi aqua totum influit metallum, alibi fibras tantũ clambit excrementorum, quorum hæc acrimonia propria est: Alibi superne aqua vapores tantum in se cõcipit, quorum admixtione saporem concipit acidum: Alibi tandem sincerus ipse vapor æris vel chalcanthi fit aqua acida, quæ omnium hoc in genere nobilissima est, sincera, limpida, clara, fere non differens ab aqua simplice, nisi acore: De aciditatis autem in aquis temperamento, si quæritur, dicendum est, calorem in his exiguum esse duplici ratione; tum pro ratione mixturæ in aquis non adeo calidæ, vel aluminis vel terræ vel vaporum saltem æris, in quibus si partes superassent ignis, haud in aquam conuerti potuissent: Tum pro subiecto aqua ipsa, quæ natura sua exquisite frigida est, refranget potius à mixtura conceptum calorem, quam vt incandescat, sed qualem gustatis ipsis acidis sentimus, remissum calorem obtinet, & qui cito sensu ipso euolet. Sunt ergo aquæ acidæ natura compositæ frigidæ & siccæ substantiæ, quodam tamen calore attenuatæ, quas qualitates omnes earum operationes consequuntur. Acetum, dicebat *Auerroes .coll. cap.* 30. est in vltimo subtilitatis & incisionis: Penetrantibus enim partibus calidis & acus frigiditas ficca, quæ prædominatur, compri-

mit ipsos compingitque vsque ad intima: Nihil vero minus penetrationis aquis acidis inest: In his enim si minus caloris est, at maior naturalis substantiæ tenuitas, quam in aceto. Itaque acidæ refrigerant inprimis atque exsiccant, præsertim si bibantur: Deinde pro tenui essentia proque acquisiti caloris igniculo penetrant, crassasque humiditates dissoluunt. Hinc tertia virtute, lapidem tam in renibus quam in vesica frangunt, arenulasque eiiciunt, quæ prima est, atque insignis harum aquarum prærogatiua; id enim medicamenti genus, *Galeno autore*, 6. *simplic. ac* 10. *local. subtilium partium esse conuenit*, penetrans atque incidens, id quod & *Vitruuius idoneis coniecturis confirmauit*, *lib.* 8. quãdo plane experimento constet, oui putamina in aceto mollescere, margaritas in tabem resolui, plumbum ex aceto in cerussa conteri, & laminas æreas in ærugínem viridem abire. Sic Alexander Magnus integros montes peruios fecit sibi, & fregit aceto, vt canit Satyricus. Quinetiam immania montium saxa, quæ nec ferro nec igni vinci poterant, aceto cõsperso in fibras discissa scripsit *Liuius*. Vt autem acetum vehementis actionis est, ac difficilis experimenti in corpore; sic retusa eius violentia non minori efficacia ad renum calculum ministratur, inter cibaria temperatum, vt in *oxymelite, oxysaccharo, & oxyrrhodino*, quod in capitis doloribus intensissimis fronti applicatur, & ferme hoc experimento temperati aceti rationem

obtinens

obtinent aquæ: Præter hæc, membris nutritionis medentur: Vt ſtomacho calido & humido, *Auicenna teſte*, pro earum qualitate frigida & ſicca: Appetentiam vero excitant tum acuitate & adſtringentia mediocri; tum exſiccatis in eo lentis humoribus: Vbi enim venter craſſa redundat pituita, dantur vtiliter ad tenuandum, ad ſiccandum, ac detergẽdum; obſtructiones aperiunt epatis, meſaraicarum ac lienis, per initia; reſiſtunt putrefactioni, vt acetum exſiccatoria qualitate nec non tota ſubſtantia, vt *alumen, ſal, nitrum, cinis, chalcantum* cuiuſque horum ſoboles ſint: Lumbricos enecant: Ab ebrietate vendicant, vaporibus partim repreſſis. Porro tandem non adeo melancholicis, vti nec his, qui multam in corpore pituitam congregant, nec ſtomachis frigidis bene faciunt, nec vtero, nec neruis: Itaque in nullis frigidis affectibus & partibus conueniunt: Acidæ autem aquæ ad Rotenburgum prope Nicrum, magis ſulphureæ ſunt, & ob id minus acidæ, & calidiores, maiore exſiccandi virtute præditæ: Nobiles item ſunt Acidulæ in Ducatu Wirtembergenſi ad Göppingam & Vilſum flumen, quæ ex fonte Acido, vulgo ſic dicto, emanant, cum qualicunque ſulphuris portione: Proſunt partibus luxatis, maxime in terraneis, ventriculo & iecori contemperando; hydropicis morbo regio correptis, volnuloque opitulantur: Lumbricos quoque bibitæ enecant. Hoc fundamento præmiſſo, videa-

mus, an huic noſtro Magnifico tum fere ſeptuagenario acidulæ profuerint? Si fuiſſet vir ætate florida, viribus integris, ſane potuiſſent ipſi cõcedi, hæ acidulæ: Sed iam paulo ſupra dictum eſt; eas melancholicis ac nimia pituita turgentibus nõ conuenire, qualis fuit hic noſter patiens. Huc accedit, quod ſulphureis odoribus quotidie exceptis (aſſidebat enim indies chymiſtarũ fornaculis) ventriculus magis nauſeabundus effectus eſt: Vnde cum acidulæ Rotenburgenſis multum ſulphuris ſecum vehant, tunicæ ventriculi aquis illis & ſulphuratis odoribus eroſæ, omnem naturalem concoquendi facultatẽ amiſerunt. Itaq; ego ſane bono illi viro potũ aquarum iſtarum nunquam commendaſſem: Quid? quod frequenti vſu harum aquarum, nerui nimium exſiccati & corrugati principium ſuum vellicare facile, & ipſis cerebri ventriculis ſubſidentibus Apoplexiam ſubitam inducere potuerunt. Quare pronuntio, aquas illas acidas huic viro mortem tandem ſubitaneam intuliſſe. Ad ſecundam quæſtionem reſpondeo, curationem huius mali omnino fuiſſe impoſſibilem. Nam vt dixit *Hippocrates* 2. *Apho.* 2. Apoplexiam fortem ſoluere difficile eſt, lenem non facile. Erat autem hæc Apoplexia fortiſſima. Quare in oculi myctériſmo extinxit Magnificum.

℥. H. D. *Contra Apoplexiam & cognatos cerebri morbos: Puluis Apoplecticus.*

℞ *Extract. roriſmarini,* ℈ j. *ſpec. diapæonias, diamoſch.*

mosch. dulc. piris arch. ana ʒ ij. *cornu cerui vsti, fragmentorum smaragdi, margar. præp. corall. rub. præp. ana* ϑ j. *sem. pœoniæ, nigellæ, fœniculi, anisi, coriandri, cubebar. sileris mont. cardamomi, galangæ, flor. anthus, piperis longi, gran. Paradisi, pulu. rad. pœoniæ, angelicæ, zedoariæ, asari, enulæ, visci querc. ana* ʒ j. *flor. stechadis, saluiæ, tiliæ, ana* m. ß. *lil. alb.* m. j. *succini albi,* ʒ j.

Ex tritis & commixtis singulis f. l. a. puluis tenuissimus, seruetur ad vsum.

Aqua Apoplectica. F.H.D.

℞ *Lauendulæ, roris marini, anthos, ana* m. ß. *spicæ, maioranæ, salaiæ. flor. sambuci, ana p.* j. *fol. rutæ, indi, lauri, betonicæ, mentæ, serpilli, pulegii, origani, calaminthæ, ana* m. ß. *gran. iuniperi, bacc. lauri, sem. anisi, fœniculi, pœoniæ, ana* ʒ j. ß. *rad. ireos, enulæ camp. rad. pimpinellæ, pœoniæ, angelicæ, ostrutii, pyrethri, asari, ana* ʒ ij. *cimamomi,* ʒ iij. *zinziberis, nucis mosch. cubebar. macis, caryophyll. ana* ʒ j. *gran. Paradysi, zedoariæ, galangæ, cardamomi, croci orient. piperis longi, nigri, albi, ana* ϑ ij. *calami odorati, stechadis Arab. spicæ Ind. schœnanthus, aaa* ϑ ij. *visci querc.* ʒ ß. *castorei,* ʒ ij. *flor. lil. conuall.* m. ij. *spec. diamosch. dulc.* ʒ j. *diapraßi,* ʒ ß. *diapœnias,* ʒ ij. *pulu. Apoplectici nostri,* ʒ ß. *vini sublimati ter destillati* ℔. iiij. *vini Rhenensis opt. & veteris* ℔. iiij. ß. *aq. saluiæ,* ℔. ß. *lauendulæ, spicæ, ana* ʒ iiij. *hyssopi, flor. tiliæ, lil. alb. ana* ʒ iij. *roris marini,* ʒ iiij. *maioranæ,* ʒ v.

Stent infusa per dies nouem, post destillentur & vsui seruentur.

F.H.D. *Puluis grossus odoratus, pro apoplecticis & vertiginosis.*

℞ *Rosar. rub.* m.j. *balaust. saluiæ, maioranæ, roris marini, rutæ sylvest. ana* m.ß. *flor. lauendulæ, anthos, pœoniæ, stechadis Arab. ana p.* ij. *sem. nigellæ nigræ, coriandri præp. ana* ℥ vj. *pœoniæ, visci querc. ana* ℥ ß. *succini citr. olibani, ana* ℥ j. *myrrhæ, mastichis, sandaracæ, ana* ℥ iij.

Incisis & commixtis singulis grosso modo f. puluis.

F.H.D. *Sinapismus in Apoplexia periculosa.*

℞ *Bacc. iuniperi,* ℥ iiij. *pulu. cort. rad. ebuli,* ℥ j. *sem. sinapis, comar. absinthii,* m. j. *salis,* ℥ j. *farinæ fœnugræci,* ℥ ij.

Incorporentur accto pro cataplasmate, quod cum linteolis applicetur plantis pedum calide.

In aula Brandeburgica frequens est oleum Apoplecticum, Aulici Schlagsalbe appellant, cuius descriptio talis est.

℞ *Ol. nucis mosch. per express.* ℥ ij. *ambræ, moschi, zibetti, ana* ℥ j. *ol. Hispanici,* ℥ j. Misce.

Ego per oleum Hispanicum intelligo balsamum, quod ex Vlysbona affertur.

D. Reinerus Solenander, Medicus præstantissimus cum Dominum suum per Marchiam in Prussiam comitaretur, Comitissæ cuidam pro præseruatione ab Apoplexia hæc præscripsit:

℞ *Manus Christi perlati,* ℥ x j. *cardamomi,* ℥ j.

nucis

nucis mosch. ℥ ij. *sem. pœoniæ excort. non raucidorum, spec. diambræ, ana* ℥ ß.

Misce f. puluis vt Alcohol.

Vel: Si necessitas fortiorem postulat:

℞ *Galangæ, tormentillæ, zinz. albi, visci querc. sem. pœoniæ, coriandri præp. cubebar. nucis mosch. ana* ℥ ij. *piperis longi, rorismarini sicci, ana* ℥ j. *sacch. candidi,* iij. *conf. ol. sem. anisi,* ℥ j. ß. Misce f. Puluis.

Ad eundem vsum vnguentum sequens efficax est; quo inungantur ceruix, occiput, futura coronalis, tempora & nares: Imponatur etiam interdum aliquid auribus cum gossipio:

℞ *Ol. maceris expressi, vnguenti naphæ* (quo in Hispania & Italia cherothecæ odoratæ redduntur) *ana* ℥ ij. *ol. stillatitii è nuce mosch. gutt.* iij. *caryophy. succini albi, ana gutt.* ij. Misce ℞ vnguento.

Potenter etiam ab Apoplexia, epilepsia & vertigine præseruat hoc elixir, de quo sumantur cochlearia duo, paulo ante Nouilunium, cum cerebrũ est frigidius, & ante plenilunium, cum abundat humiditatibus superfluis, & in eundem vsum commendantur etiam sequentes Rotulæ:

℞ *Flor. lil. conuall.* m. iij. ß. *vini Rhenani albi opt.* ℔ iiij. ß.

Infunde in vitro per dies vj. vel plures, agitentur sæpe, inde destillentur in balneo Mariæ. Destillato adde: *Flor. Lauendulæ,* m. j. ß. *rorismarini, stechadis Arab. ana* m. j. *rad. pœoniæ, diptami albi, ana* ℥ iij. *visci querc.* ℥ ij. ß. *nucis mosch. caryophy. ana* ℥ j. ß. *cubebar.* ℥ j.

Contusa commisce aquæ prius destillatæ, & seposita in vitro per dies septem, sæpiusque agitata destillentur iterum in balneo Mariæ. Hoc elixir seruetur vsui.

Rotulæ hæ sunt:

℞ *Sem. pœoniæ excort. non rancidorum,* ʒ ij. *macis,* ℈ j. *margar. præp.* ℈ ß. *spec. diambræ,* ℈ j. *sol. auri numero* iij. *cum sacch. albiß. soluti in elixir præscripti,* ℥ iiij. f. Rotulæ ponderantes, ℥ iij. vel iiij. De his sumatur ante elixir vna, &c.

Hæc Solenander.

EMPYRICA.

Ex Doctoris Matthæi Flacci Collectaneis Medicus.

MIrabile emplastrum pro imminente Apoplexia auertenda.

℞ *Myrrhæ el. storacis cal. bdellii, benzoi, ladani, ana* ʒ ß. *sandaracæ, vernicis, ana* ʒ ij. *ossis cranei humani combusti & pulueriſati,* ʒ ij. ß. *lap. lazuli,* ℈ ß. *cum styrace liquida vel terebinthina laricis,* f. Massa emplastri, ex qua accipiatur portio & extendatur in panno serico aut confecto ex purpura ad formam taleri, & applicetur in vertice capitis, detonsis capillis.

Remedium secretißimum ac certißimum contra Apoplexiam: Quo curatus est à Monacho missо à Cardinali Dux Austriæ epilepticus.

℞ *Stercoris leonini exsiccati pulueriz ati* ℔. ij.

Huic

Huic affunde *Aq. vitæ ter destillatæ* tantundem, vt tribus diebus excedat stercus ipsum; Bene cooperiatur vitrum, & stet per triduum, quarto demum die coletur per setaceum, rursus optime cooperiatur & seponatur, deinde accipe duas ollas, in vnam inde viuam cornicem nido exemptam, quæ nondum omnibus pennis perfecta est; In alteram ollam impone turturem viuam iuuenem, perlutetur vtraque olla luto sapientiæ recenti, & ponatur in furno vt comburantur, puluerizetur vtrumque seorsim singulis combustis, & super vtroque stent in infusione per triduum, vt virtus extrahatur. Deinde accipe cranei humani, id est, hominis suspensi anteriores in fronte, puluerizetur, & iterum offundantur iidem spiritus vini, ac stent in infusione tribus diebus. Inde ℔ *Fructus tiliæ, in quibus est semen rotundum* ℥ j. ß. puluerizentur, & addantur iidem *spiritus per triduum, granorum pæoniæ* ℥ j. ß. & itidem sigillatim affundantur vt dictum est. Postea omnes species, ex quibus vires extractæ sunt, confundantur in vnum, & superinfundantur iidem spiritus vini, & adhuc macerentur simul diebus tribus, & tribus noctibus; Demum spiritibus vini, adde tantundē optimi vini, ponantur simul in ollam nouam vitreatam tripedem, & adde *sacchari candi* ℥ vj. & ferueant donec saccharum liquescat, & si ebullierit, depone & frigefiat. (Tu accipe partem spirituum, & in eo dissoluatur saccharum, & postea confunde

cum reſiduo, ne omnis vis euaporet) & conſerua in vitro anguſti orificii, & optime clauſi.

Vſus: Mane præparet patiens vel vinum vel cereuiſiam, quantum per totum diem bibiturus eſt, & in menſuram vnã infundat liquoris iſtius cochlear vnum. De hoc bibat per totum diem, & ſic ꝓcedat per menſes aliquot. In paroxyſmo autem ipſo, accipiat cochlear dimidium in aqua florum Tiliæ, & hac eadem aqua inungantur ceruix, frons, tempora & nares. Prodeſt hæc aqua omnibus vtentibus id quod teſtata eſt Archiduciſſa Auſtriaca, quæ vires eius ſæpius eſt experta.

In Vertigine, Apoplexia & Epilepſia.

℞ drey Mandel *nucis Italicæ decort. gran. iuniperi* ij. Mandel *nucis moſch. numero* iiij. *integre contuſorum, zinzib. contuſi* ʒ ß. *caryophill. thuris alb.* ϑ j. *vitell. ouorum rec. numero* ij. *oxycrocei* ϑ j.

Miſ. trita ſubtiliter. Affunde ℔. ix. *vini aromat.* Coq. in olla noua bene obturata lute ſapientiæ ad tertias: Inde patiens in die ſemel atque iterum bibat.

℞ *Caſtorei puluerizati* ℥ ß. *pyrethri* ʒ j. *Flor. lauendulæ* m. ß. *roriſmarini* m. j. *lilii conuallii* m. j. ß *nucis moſch. numero* x.

Puluerizatis ſuperinfunde q. ſ. vini, putre fiat, & extrahe virtutem.

Pillulæ ſub lingua ponendæ Apoplectico:

℞ *Caſtorei, ſtaphis agriæ, ana* ʒ iij. ϑ ij. *maſtic.* ʒ ij. ʒ ß. *euphorbii, reſinæ pini, ana* ϑ ß.

f. Pillulæ ad modum bechiarum.

Empyricum in Apoplexia.

Trochiſci pro fumo: ℞ *Gran. pæoniæ cum rad. viſci querc. cubebar. galangæ, ſuccini albi, ana* ℈ j. *ligni aloes, nucis moſch. ſem. rutæ, ana* ℈ ß. *benzoi* ʒ ij. *ladani* ʒ ß. *Ol. ſuccini, aq. infuſionis lauendulæ, ana q. ſ.*

Miſ. f. Maſſa trochiſcorum, qui etiam conferent in epilepſia.

Pro quodam in Apoplexia. D.F.H.

℞ *Morſ. noſtros contra Apoplexiam* ʒ ij.

℞ *Herbi betonicæ, maluæ, flor. chamomeli, ana* m. j. *meliloti, nymphææ, ſummit. anethi, fumariæ, ana* m. ß. *roſ. rub. alb. ana* m. j. *lauendulæ* p. ij. *maiorana,* m. ß. *flor. anthoſi* p. j. *ſpicæ celticæ* p. ij. *ſem. pap. alb.* ʒ ij.

Inciſa & conquaſſata dentur in charta pro lotione capitis.

Aliud Empyricum.

℞ *Canem nigrum lactantem, pulueriſa, pulueremin aq. pulegii ægroto propina, & non fiet Apoplecticus.*

Medicina experta contra Apoplexiam.

℞ *Succini albi* ʒ ij. *ſpec. diarhod. Abb.* ʒ j.

Seruetur in pixide lignea munda & imminente nouilunio ſumatur fruſtulũ quantitate nucis auellanæ in aq. ceraſorum nigrorum, & ſic per hunc menſem ab Apoplexia præſeruaberis. Ieiunandum autem eſt hac medicina ſumpta horas 2. Poteſt idem etiam remedium in ipſo paroxyſmo patienti adhiberi.

Mulie-

F.H.D. Mulieri Apoplecticæ.

℥ Theriacæ noſtræ, mithridatii opt. ana ʒ ij. pulu. contra Apoplexiam ʒ j. conſerua boraginis, bugloſſ. ana ʒ iij. cum ſyrupo de hyſſopo. f. Electuariũ quod ſub lingua teneatur.

℥ Aq. fortis contra Apoplexiam ϑ ij. de qua bibat.

℥ Herb. origani, calamenthi, betonicæ, ana m. iij. chamomeli, maluæ, ana m. ij. pulegii, maiorana, ſaluiæ, ana m. j. Inciſa dentur pro fotu.

℥ Ol. laurini, rutacei, ana ʒ ß. vng. mollificatiui d.n. ϑ ij. cum cera q.ſ. f. vnguentum,

F.S.D. ℥ Ol. de euphorbio ϑ j. de caſtoreo, rutacei, laurini, ana ϑ ß. nardini ʒ iij. ſynapi, piperis albi, caſtorei, pyrethri, ana ʒ j. gummi ſerapini, opopanacis, galbani, ammoniaci, ana ϑ j. bac. laurei ʒ ß. vnguenti dialthæa ϑ ß. Pulueriſatis ſingulis diligentiſſ. & cum pauca cera. f. linimentum.

℥ Herb. paralyſeos m ij. origani, ſaluiæ, hyſſopi, pulegii, betonicæ, calaminth. rutæ, chamomeli, meliloti, maluæ, violariæ, ſambuci, ana m. j.

Inciſa dentur pro fotu.

℥ Ol. de caſtoreo ϑ ij. chamomelini, anethini, rutacei, ana ϑ j. ſpicæ ʒ ij. vnguenti dialthæa ϑ j. flor. chamom. ʒ j. meliloti, ſem. lini fœnugraci, ſaluiæ, maiorana, ana ʒ ß. pul. apopl. noſtri ϑ ij. gummi ſerapini, galbani, ammoniaci, opopanacis, bdellii, ana ϑ j. axungiæ gallinæ ϑ ß.

Pulueriſatis pulueriſandis & gummatibus in oleo communi diſſolutis, & paucula cera addita. f. Linimentum ad ſpinam dorſi.

℥ Herb.

℞ *Herb. paralyseos* m.ij. *origani, saluiæ, betonicæ, pulegii, hyssopi, chamomeli, meliloti, chamædryos, chamæpythios, Fol. vitis, brancæ vrsinæ, violariæ, maluæ, bismaluæ, ana* m.j.ß. *Rad. althææ, maluæ, ana* ℈ij. *Flor. chamomeli, meliloti* m.iiij. *sambuci* m.j.

Incisa & contusa dentur in sacco pro balneo aq. dulcis.

Apoplecticæ. F.H.D.

℞ *Aq. contra Apoplexiam* ℈ij.

℞ *Herb. betonicæ, calamenthi, origani, saluiæ, rutæ, maioranæ, pulegii, abrotani, ana* m.j. *Rad. acori* ℈ß. *bacc. iuniperi, lauri, ana* ℈j.

Incisa & contusa dentur in charta pro fomento.

℞ *Conf. anthos* ʒvj. *lauendulæ, lil. conuall. anæ* ʒij. *pulu. apoplectici nostri* ʒj. *spec. dianthus, sinapi, ana* ℈j. *theriacæ nostræ* ʒj.ß. *cum syr. de hyssopo, q.s. &* ʒj. *aq. vitæ apoplecticæ.* f. Electuarium ad linguam.

℞ *Ol. è castoreo, de euphorbio, rutacei, ana* ℈j. *sem. erucæ* ʒij. *pyrethri, euphorbii, castorei, bacc. lauri, iuniperi, piperis longi, ana* ʒj. *aq. vitæ apopl.* ℈ij. *aceti parum. pulueri satis singulis q.s.* f. vnguentum Apoplecticum.

℞ *Sarsæ parilliæ rec. el.* ℈ij. *ligni sancti* ℈j. *cort. ligni* ℈ß. *Rad. cichorii* ʒvj. *pæoniæ* ʒij. *liquiritiæ* ℈ß. *betonicæ, fumariæ, agrimoniæ, ana* m.ß. *veronicæ, card. bened. cichorii, ana* p.ij. *flor. borag. stech. Arab. ana* p.j.

Incidantur sarsa & reliqua in partes minutas

& in

& in libris aq. fontis puri 12. calide infundantur per horas 24. bene tecta, postea coq. ad ignem lentum cooperta ad consumptionē medietatis. Despumetur subinde ac seruetur spuma in peculiari vase vitreo, in fine iniiciatur nodulus.

℥ *Spec. diamarg. frigidi, diatria, santali, ana* ℈ ß. *cinamomi* ʒ ij. ß. *santali rub.* ʒ j. ß. *ligni aloes* ʒ. ß.

Puluerisata & commixta ligentur in petia, ex tela linea alba & vltima ebullitione dum deferuescit subinde exprimatur, donec tota vis transfundatur. Refrigerata colentur & seruentur in vase vitreo pro primo decocto.

℥ *Eandem sarsam & reliqua seruata. Coquantur denuo sine infusione in* ℔. *aq.* 18. *vsque dum rediganter ad* ℔. 12. *In fine vbi aliquantum deferbuit decoctum, addantur vini albi subdulcis* ℔. iij. *Bulliant rursus vnica ebullitione: Colentur ac reponantur pro secundo decocto.*

F. H. D.

Pro Apoplectico.

℥ *Herb. betonicæ, calaminthæ, origani, saluiæ, rutæ, satureiæ, serpilli, maioranæ, ana* m. ß. *bacc. iuniperi, lauri, ana* ℈ j.

Incisa & conquassata dentur pro fomento.

℥ *Ol. de castoreo, de euphorbio, rutacei, laurini, ana* ℈ ß. *ol. nardini* ʒ j. ß.

Mis. Detur oleum in vitro ad vnguendam ceruicem.

℥ *Ol. de euphorbio, de castoreo, rutacei, laurini, ana* ℈ j.

ana ℈j. castorei, piperis longi, pyrethri, ana ʒj. sem. erucæ, nasturtii, zedoariæ, ana ʒß. bac. iuniperi, lauri, ana ʒj. serapini, opopanacis, galbani, euphorbii, ana ʒß. aq. apoplecticæ nostræ parum cum resina & cera, q. s. f. Emplastrum.

Extendatur super aluta & imponatur ceruici.

In metu Apoplexiæ. C.H.D.

HVmiditas quædam frigida extranea mediam capitis partem occupauerat; quinetiam vertigine satis magna subito correptus fuit, vt etiam solus inambulare non auderet, sensit etiam scotomiam & quandam visus obtenebrationem, & ingentem aurium sonitum, frequentemq; clangorem, sudor etiam illi in facie eruperat frigidus; Hæc omnia fuerunt signa imminentis quidem, non tamen adhuc præsentis Apoplexiæ; Nam in vera & iam præsente Apoplexia semper adest difficultas loquendi, & dolor capitis immensus; & respiratio simul læditur, & quædam q. suffocatio circa præcordia, & in quodcunque latus illa frigida inclinat humiditas, in eadem brachium & crus frigidum redditur, & ad motum ineptum; Horum signorum nullum in isto indiuiduo adfuit, itaq; nondum fuit vera Apoplexia, verum tantum quædam ad hoc malum inclinatio & veluti præparatio, idq; inprimis illi fuit salutare, quod statim subsecutus est ingens vomitus per totam noctem, vnde natura se exonerauit pituita illa molesta & noxia,

noxia, vt hoc pacto veram Apoplexiam euitauerit, & sic immunis euaserit; id quod factum est beneficio aquæ apoplecticæ, quæ absque dubio pituitam in ventriculo dissolui fecit, vt eo facilius per vomitum eiiceretur, & obstructiones in capite dissiparentur ac obstruerentur, ne subsidentia ventriculorum cerebri sequeretur; petiit igitur patiens se ab hoc malo præseruari, ne recidiuam aliquando pati cogeretur. Apoplexia autem omnis à nimia capitis repletione oritur, quando ipsum cerebrum scatet multis pituitosis vel melancholicis humiditatibus, vnde obstruitur & q. comprimitur. Itaque præseruatio huius mali in remotione & ablatione causarum consistit, vt repletio illa capitis euacuetur, & alio deriuetur, ac deinceps adscensus vaporum ad caput prohibeatur: Etsi autem aluus sua sponte fluit, tamen materia in capite collecta simul deducenda & euacuanda est, id quod per clysterem commodissime fieri poterit:

℞ *Herb. betonicæ, origani, salucæ, rutæ, centaurii min. maluæ, bismaluæ, ana* m.j. *rad. calami aromat. pœoniæ, ana* ʒ iij. *sem. anisi, fœniculi, seleos, ana* ℈ j. *flor. stechadis, chamomeli, ana p.* ij. *prun. vngar. numero* x.

Conquassata decoq. in s.q. aq. ad tertias: Colaturæ ℞ ʒ x iij. in quibus dissolue: *El. hieræ picræ, diaphœnic. ana* ʒ iij. ℞. *bened. laxat.* ʒ iij. *ol. chamomeli, anethini, ana* ʒ j. *rutacei, de castoreo, ana* ʒ ß. *salis parum.* Misce pro clystere.

Dein-

Deinde hauſtu ſequente vſus eſt, qui materiam peccantem à remotis partibus ad inferiora deduxit:

℞ *Herb. paralyſeos, betonicæ, ana p. j. rad. polypodii,* ℥ j. *pæoniæ, cal. aromat. ana* ℥ ß. *ſem. pæoniæ, fœniculi, ana* ℈ j. *turbith. opt.* ℈ ij. *fol. ſenæ el.* ℥ v. *zinziberis albi,* ℈ ß. *epithymi,* ℥ j. *agar. trochiſc. rhabar. el. ana* ℥ ß. *cinamomi el.* ℈ j. *flor. ſtechadis, anthus, ana p* j.

Stent in infuſione per noctem, in brodio gallinæ: Mane calefiant & colaturæ adde: *Manna el.* ℥ x.

Etſi autem Manna cum ſit flatulenta, & ob id Apoplexiam excitet ac cauſet, omitti omnino poſſet; tamen ideo hic adſcripta eſt, vt aliis remediis, quæ pituitam & vapores educunt, citius expellendis opem ferat, & hoc pacto hauſtus ille ſolutiuus citius operetur. Poſtea idem patiens vſus eſt pillulis mane ſub auroram.

℞ *M. pill. cochiar. fœtidar. de hiera cum agar. ana* ℈ j. *cum aq. fœniculi q. ſ.* f. Pillulæ numero xxx.

Pro naſalibus vſus eſt *aq. maioranæ, ſambuci ac betæ*, vt hoc pacto per errhina caput exactius euacuetur: Sæpe etiam accidit, vt pituita in capite ob ſui lentorem, craſſitiem & viſciditatẽ educi nequeat, ſed impacta capiti pertinaciter inhæreat: In hoc caſu confert ſyrupus, quem loco digeſtiui per biduum, ante pillulas ſumat, ſic inciſa & attenuata pituita, pillulis facilius cedet:

℞ *Syr. de ſtechade, de betonica, de hyſſopo, oxymellis ſquil-*

lis squillit. ana ʒ vj. *aq. cinamomi,* ʒj. ß. Misce pro Digestiuo.

Quod ad tinnitum & susurrum aurium, potest is sedari fabis in aqua coctis, si brodium vel fumus per embotum auribus attrahatur, præmissa tamen prius euacuatione: Tandem cerebrum & nerui, qui à paroxysmo illo apoplectico, languidi facti sunt, corroborentur; id quod præstabit sequens conditum; dosis est frustulum quantitate nucis castaneæ: Sunt etiam rotulæ in eundem vsum.

℞ *Ol. Succini gutt.* v. *nucis mosch. macis ana gutt.* iij. *caryophyllor. cinamomi, ana gutt.* ij. *margar præp. sem. pæoniæ, ana* ℈j. *sacch. albiß. aq. betonicæ dissol.* ʒv. f. conf. in Rotulis.

℞ *Conf. anthus, saluiæ, pæoniæ, ana* ʒiij. *betonicæ, lauendulæ, ana* ʒij. *cal. aromat. cond.* ʒß. *enulæ cond.* ʒij. *diacori,* ʒvj. *spec. pliris arch. dianthus, ana* ℈j. *nucis mosch.* ℈j. *sem. pæoniæ,* ℈ ß.

Misce incisis singulis incidendis, admixtisq; reliquis f. conditum.

Instante vel imminente Nouilunio, pro præseruatione sumat pulueris huius ʒj. in aqua vitæ, quæ missa est:

℞ *Succini albi præp.* ʒij. *spec. diarhod. abb.* ʒß. *pliris arch. rad. pæoniæ, ana* ℈j.

Misce f. puluis ab Apoplexia præseruans.

A vino omnino abstineat; est enim vehiculum vaporum, ad caput, sed quia hic etiam aliquid dandum est consuetudini, minus nocebit vinum

vinum cardui benedicti: Fugiat somnum meridianum seu pestem. Hunc etiam puluerem futuræ coronali applicandum Medicus scripsit:

℞ *Nucis mosch. macis, caryophyll. coriandri præp. corall. rub. præp. ros. rub. cort. thuris, mastices, sandaracæ, ana* ʒ ß.

Misce f. puluis, futuræ coronali inspergendus.

Pro corroboratione capitis, hæc lotio cõfert:

℞ *Herb. primulæ veris, betonicæ, origani, serpilli, calamenthi, ana* m. ß. *rad. asari,* ℥ ß. *iridis, illyr.* ℥ jj.

Conquassata dentur ad lotionem capitis.

Huic capitis tectum graue erat, ita vt metueret, ne tegulæ à nimiis imbribus permadefactæ ruinam minarentur, quare illi hæc medicina pro scilla ordinata fuit, ne vniuersum ædificium aliquando corruat: C.H.D.

℞ *El. diaphœnic. bened. laxat. ana* ℥ ij. *lenitiui,* ℥ iij. *spec. diaphœnic. gr.* vj. Misce pro bolo.

Deinde per biduum hoc digestiuo vsus est:

℞ *Syr. de stechade, de betonica, ana* ℥ j. *oxymellis squillit.* ℥ ß. *aq. betonicæ, fœniculi, hyssopi, ana* ℥ ij. *cynamomi,* ℥ ij.

Misce f. potio, pro duabus dosibus.

℞ *M. pil. de hiera cum agar. cochiar. aggregat. ana* ʒ j. *cum aq. saluiæ, q. s.* f. Pillulæ numero xxx.

℞ *Amygd. dulc.* ℥ ß. *pinear.* ℥ ij. *zinziberis,* ʒ ij. ß. *cinamomi, galangæ, cal. aromat. ana* ʒ ij. *nucis mosch.* ℥ j. *macis, caryophyll. ana* ʒ j. *zedoariæ,* ʒ ß. Incisa omnia crasso modo, *sacch. albiss.* ℥ v. *zinzib. albi puluer.* ʒ iiij. *dissoluatur saccharum aq. rosar. fra-*

grantiß. affuſis ol. cinamomi, macis, ana gutt. ij. Miſce f. conf. in Morſulis.

Pro fœmina Apoplectica.

F.H.D. HAnc fœminam inueni Apoplexia correptam, quæ tandem determinabatur in Paralyſin linguę & lateris dextri, interueniente Lethargo. Huic iſta ordinaui.

℞ *Herb. chamæpythios, maioranæ, flor. ſtechadis citr. chamædryos, maluæ, althææ, atriplicis, Mercurialis, veronicæ, origani, calamenthi, ana* m. j. *rad. ireos* ʒ iiij. *fœniculi,* ℥ ß. *polypodii, rhapotici, cichorii, ana* ℥ j. *graminis, acetoſæ, aſparagi, ana* ʒ vj. *ſem. aniſi,* ʒ iij. *fœniculi,* ʒ ij. *rutæ,* ʒ i. ß. *carthami contuſi & in petiam ligati,* ʒ iij. *hermodactylorum in petiam ligat.* ʒ iij. *agar. in petiam lig.* ʒ ij. *furfur in petiam lig.* m. j.

Coq. ſ. a. in ſ. q. aq. colaturæ: ℞ ℔. j. *El. diaphœnicis,* ʒ vj. *hierę logodii,* ℥ ß. *el. lenit.* ℥ ß. *ol. chamomel. rutacei, anethini, ana* ℥ j. *mellis roſ. col.* ʒ j. ß. *ſalis,* ʒ j. *vitelli ouorum numero* ij.

Miſce pro Enemate.

℞ *Syr. de ſucco pœoniæ, de betonica compoſ. oxymellis helleb. ana* ℥ ij. *aq. apoplect.* ʒ j. ß.

Miſce, ſignificetur Safft.

℞ *Theriacæ androm. mythridatii, ana* ʒ j. *conſ. roriſmarini,* ℥ j.

Miſce pro lambitiuo, teneatur ſub lingua.

℞ *Syr. de ſucco pœoniæ, de betonica compoſ. oxymellis hellebor. ana* ℥ j. *aq. apoplect.* ℥ j.

Miſce, ſignificetur Safft.

℞ *Ol. Coſtini, de caſtoreo, maſtichini, chamomel. de late-*

de laterihus, vulpini, ana ʒ j. ß. *lumbricorum,* ʒ ij. *ſpicæ,* ℈ ß.

Miſce illinatur ſpina dorſi à vertice capitis incipiendo.

℞ *Baccar. iuniperi,* ℥ iiij. *pulu. cort. radic. ebuli,* ʒ j. *ſem. ſinapis,* ʒ ij. *comar. abſinthii,* m. j. *ſalis,* ℥ j. *farinæ fœnugræci.*

Incorporentur aceto prò ſinapiſmo. Applicetur pedibus cum linteolis.

℞ *Spec. pliris arch.* ʒ j. *aq. epilept.* ℥ ij. *ſpiritus vini,* ℥ ß.

Stent in infuſione horis v. vel vj.

℞ *Rad. cichorii,* ℥ j. *polypodii,* ℥ j. ß. *ſcorzoneræ,* ʒ ij. *pæoniæ, ireos, enulæ, ana* ʒ iij. *Herb. lauendulæ, betonicæ, paralyticæ, ſtechadis Arab. ſcabioſæ, anthos, ana* m. ß. *ſaluiæ, veronicæ, maioranæ, verbenæ, chamæpythios, meliſſæ, ana* m. j. *flor. & fruct. cord.* m. j. *fol. ſenæ mundat.* ℥ iij. *ſpicæ,* ℈ ij. *agar. trochiſc. turbith. opt. abraſi, hermodactyl. ana* ʒ ij. *rhabarb. el. in petia lig. & ſeorſim infuſi in aq. betonicæ,* ʒ iij. *cinamomi, galangæ, ana* ʒ j. ß. *ſem. carthami in petiam raram ligati & inter coq. expreſſi,* ʒ iij.

Inciſa & conquaſſata infundantur per noctem in ℔ v. *aq. feruentis* frequenter bene fricando manibus. Poſtea coq. lento igne ad tertias: Colatura ſeruetur ; ſui, pro decocto longo.

℞ *Decocti huius* ℥ iij. *ſyr. de betonica compoſ.* ʒ vj. *oxy ſacch. ſquillit. oxymellis helleb. ana* ℥ ß.

Miſce pro hauſtu vno & ſic pro aliis.

F.H.D. In imminente Apoplexia.

℞ *Herb. maluæ, bismaluæ, flor. chamomeli, melilloti, verbasci, summit. anethi, ana* m.j. *sem. carthami in petia ligati & inter coq. expressi,* ℥ ß. *prun. vngar. numero.* IX.

Decoq. in f.q. aq. ad tertias colaturæ: ℞ ℥ x. in quibus dissolue: *El. lenitiui, diaphœnicis, diacathol. bened. laxat. ana* ℥ iij. *ol. chamomel. rutacei, anethini, ana* ℥ j. *sacch. rub.* ℥ vj. *mellis ros. col.* ℥ j. *vitelli ouivnius.*

Misce pro Enemate.

Hoc clystere vsus est bis cũ magno successu.

℞ *Rad. apii, fœniculi, rhapontici. rhabarb. agaricochisc. ana* ℥ j. *fol. sennæ,* ℥ j. *cinamomi, galangæ, zinziberis, ana* ℥ ß. *calami aromat.* ℥ j.

Incisa dentur in nodo ex syndone albo cum filo laxo in carta munda. Significetur Gebündel in Tranck.

℞ *Cassiæ rec. extractæ,* ℥ iiij. *vnguenti pectoralis,* ℥ v.

Extendatur super aluta iustæ quantitatis, wie ein groß Teller breit / obducatur syndone rubeo, interpassetur. Significetur Brustpflaster.

℞ *Aq. rosar. odoriferæ,* ℥ ij. *boraginis, buglossæ, acetosæ, ana* ℥ j. ß. *aceti rosati,* ℥ j. *spec. pro epithemate cordis,* ℥ j. *camphoræ gr.* v.

Misce pro Epithemate.

℞ *Spec. aromat. ros. diagalangæ, diarhod. abb. ana* ʒ ij. *pul. corall. rub.* ʒ j. *succini præp.* ʒ ß. *ol. cinamomi gutt.*

mi gutt. vij. *nucis mosch. gutt.* v. *sacch. albiß. in aq. rosar. odorifera, q. s. dissol.* ℥iij. f. conf. in rotulis. Dentur in scatula. Significetur, Magenfüchsleins.

℞ *Sandaracæ,* ℥ß. *rosar. rub. corall. rub. boli armeni, zinzib. galangæ, ana* ℥j.

Puluerizata dentur in scatula. Significetur, Puluer auffs Häupt zustrewen.

℞ *Conf. ros.* ℥iij. *boraginis, bugloss. ana* ℥j. *spec. diatrag. frig.* ℥j.

Misce detur in fictili. Significetur Rosenzucker.

℞ *Vnguenti pectoralis,* ℥vij.

℞ *Aq. apopl.* ℥iiij.

℞ *Cort. carui, citri, pirorum, moscatell. flor. arant. ana conditorum,* ℥ij. *conf. rosar. boraginis, buglossæ, ana* ℥j. ℞. *aq. cinamomi, boraginis, ana* ℥viij.

Conditis & conseruis contusis & succis expressis mixtisq; reliquis detur aq. in fictili.

℞. *Aq. de cornu cerui vsti,* ℥viij. *cinamomi, cardui bened. ana* ℥iij.

Detur pro sudorifico.

℞ *Decoct. hordei mundi,* ℥x. *el. lenitiui,* ℥j. ℥vj. *ol. chamomelini,* ℥iij. *mellis ros. col. sacch. rub. ana* ℥j. *vitelli oui vnius.*

Misce pro Enemate.

℞ *Ceroti linearis pro emplastro q. s.*

f. Ein Miltzpflaster.

Aqua vitæ Apoplectica D. Sebastiani Scheibii Medici Ratisbonensis.

℞ *Herb. ſaluiæ min. betonicæ, maioranæ, roriſmarini ana* ℥ j. *fol. lauri, thymi, calamenthæ mont. pulegii, mentæ, ana* ℈ ij. *ſem. aniſi, fœniculi, ſileris mont. ana* ℥ j. ß. *ocymi, caryophyll.* ℈ ij. *nigellæ nig.* ℈ iiij. *pœoniæ, coriandri præpar. ana* ℥ j. *rad. ariſtoloch. longæ, angelicæ, pœoniæ, caryophyllatæ, ana* ℥ j. *bacc. iuniperi,* ℥ ij. *ſpadii ex ebore,* ℥ ß. *cort. citri, liquiritiæ raſæ, ana* ℥ j. ß.

Inciſa & contuſa infundantur in cucurbita vitrea in aq. vitæ quater deſtillatæ ℔ vj. Stent in infuſione in loco tepido per dies viij. deinde per alembicum vitreum in cineribus deſtilletur. In aqua, quæ inde effluxit rurſus infundantur aromata ſequentia groſſo modo inciſa:

℞ *Cinamomi inter. acuti* ℥ ß. *zinz. albi,* ℥ ij. *ſantal. omnium ana* ℥ ij. ß. *caryophyll. cardamomi, nucis moſch. grana Paradiſi, ana* ℈ iiij. *cubebar.* ℥ ij. *galangæ, macis, ligni aloes, ana* ℥ j.

Stent iterum in infuſione in loco tepido per viij. dies, & rurſus deſtillentur in b.m. aquæ quæ inde defluxit adde: *Flor. ſtech. Arab. lauendulæ, primulæ veris, ana* ℥ j. *ſpicæ nardi, ſambuci, roſar. rub. borag. roriſmarini, ana* ℈ ij. *ſpec. diambræ, diamoſch. dulc. pliris arcotici, aromat. roſ. ana* ℥ j. ß. *diarhod. abb. elect. è gemmis, diamarg. ana* ℈ iiij.

Stent in infuſione per dies iij. deinde rurſus in b. m. deſtilletur, & f. aq. perfecta, cui adde: *Ambræ opt. gr.* vj. *moſch. gr.* v.

Ligentur in ſyndone albo & ſuſpendantur in roſtro alembici in vltima deſtillatione.

SPICI-

SPICILEGIVM VII.

DE EPILEPSIA.

HÆc Latinis apprehensio est, quia mentem apprehēdit, & simul cum corpore captiuam reddit: Dicitur etiam morbus sacer, à loco affecto, Cerebro, membrorum præstantissimo, vel quia diuina potius quam humana ope tolli posse videtur, quamuis *Hipp.* hanc sententiam refellat: Galeno est morbus puerilis: Dicitur etiam ab autoribus Herculeus, non quod Hercules eo morbo correptus fuit, sed quia cōtumax & rebellis est, morbus, vt instar Herculis nō permittat se superari: Romani Comitialem vocabant, eo quod si quis tali morbo corripiebatur in comitiis, die illa comitia dissoluebantur: Moderni dicunt caducum, quod ęgri in terram cadunt: Dicitur etiam lunaticus, quod certis quibusdam interuallis à luna desumptis inuadit. Est autem vitium in genere symptomatum; casus enim & prolapsus in terram, tū sensus & motus ablatio, sunt symptomata, ex Galeni sententia, *lib. de morb. temper.* Est igitur Epilepsia symptoma in læsa actione, quia in hac & sensus & motus aufertur; Est etiam totius corporis conuulsio, quia in hoc affectu totum corpus conuellitur, hoc est, contrahitur secundum omnes partes in suam originem. Quare Epile-

psia est conuulsio tum neruorum tum musculorum omnium ad suam originem, id est, ad cerebrum retractorum, sicut ex Galeno habetur *2. de sympt. causis 2. & lib. de diff. sympt. 3. & 3. de locis aff. 7.* Læduntur autem in Epilepsia omnes cerebri actiones tam internæ quam externæ: Epileptici enim post accessionem non memorantur, non discurrunt, non vident, non audiunt, læditur etiam præter actiones sensitiuas motus, quia non mouentur: Distinguitur autem Epileptica conuulsio à conuulsione totius non Epileptica. In hac enim facultates internæ & externæ manent integræ, vt in Tetano, in Emprostotono & Epistotono, in quibus totum quidem corpus manet immobile, & quando neutram in partem flectitur, vt patiens nec annuere nec renuere possit, vocatur Tetanus: S caput in pectus contrahitur, Emprostotonus; secundum caput, in dorsum & scapulas conuellitur, Epistotonos dicitur. Causa Epilepsiæ effectrix est morbus in via, hoc est, angustia ventriculorum cerebri, cuius ratione motus spirituum animalium intercipitur, quo minus in totū corpus diffundi possint; vnde partes sensu & mot destituuntur: Hæc angustia in obstructione cō sistit, quæ fit à materia copiosa, crassa, & viscida quæ capacitatem ventriculorum replens, cohibet spiritum animalem, vt in partes corporis n diffundatur. Materia autem modo vaporosa esse potest, modo humorosa: Quod cōcurrit ma

teri

teria vaporosa, idipsum modus generationis ostendit, Epilepsia enim cito fit, nec diu perdurat: Omnis autem flatus suam habet mineram, à qua suscitatur, adest igitur simul materia humorosa, quæ vel pituitosa vel melancolica, vel sanguinea esse potest, bilios a autem minime, quatenus est bilis sincera, à bile autem permixta reliquis humoribus, Epilepsia etiam causari potest. Bilis autem simplex & sincera, cũ sit tenuis, acris, mordax, quæ propter acedinem semper stimulat expultricem, propter tenuitatem vero facile cedit, & ab expultrice mouetur, non potest igitur in ea copia aggregari, vt Epilepsiam faciat. Humor vero frigidus non ita stimulat expultricem, sed propter crassitiem & lentorem facile ac difficulter mouetur, itaque potest in ea copia aggregari, vt ventriculos obstruat & Epilepsiam efficiat. Etsi autem & Apoplexia ab hoc humore crasso & frigido fiat, tamen differentia est ratione copiæ & qualitatum & euẽtus: In Apoplexia enim hic succus est copiosior, vnde Apoplectici sensu & motu adeo priuantur, vt iudicẽtur iam mortui: In Epilepsia vero motus deprauatur, & fit motus conuulsiuus, quia non adest tam copiosa materia: Differunt etiam qualitate, frigidior enim & crassior est materia in Apoplexia, quam in Epilepsia: Postremo, Apoplexia vtplurimum in paralysin terminatur, quod contingit ob materiæ copiam: In Epilepsia autem non succedit Paralysis de necessitate. Porro causa generationis ma-

nis materiæ, vnde Epilepsia sit, duplex est: Interna & externa: Interna vel est in cerebro, vel alibi: Si in cerebro, facultas cerebri est labefactata propter intemperiem frigidiorem, vnde generatur humor frigidus nõ quilibet, sed pituitosus tantum: Si vero fiat ab humore frigido melancolico vel sanguinolento, neuter in cerebro potest generari, sed tantum in epate, quanquam concurrant interdũ etiam reliquæ partes, vt est ventriculus frigidior, vel vterus, vt si menstrua sint suppressa vel lien, si propter obstructionem non suscipiat melancoliam: Externæ causæ capiuntur à victus ratione frigidiore, quæ tamen potius occasio quam causa dicenda est. Deinde Epilepsia nonnunquam fit in subsidentia ventriculorum cerebri, quæ fit à qualitate materiæ vaporosæ, quæ vel manifesta est vel occulta: Manifesta est qualitas calida acrior & mordacior, sicut est vapor biliosus, qui petens ventriculos cerebri, talem noxam facultati infert, vt vis expultrix hanc noxam percipiens à qualitate hac aduersaria in seipsam veluti contracta, faciat conuulsionem Epilepticam, ob subsidentiam ventriculorum cerebri: Subsident autem ventricul à tali vapore, ratione alienæ & contrariæ qualitatis, quæ cum sit biliosa, & vaporosa, necessario Epilepsiam per consensum generat, bilis enim non in capite, sed alibi gignitur, & sic fit Epilepsia per consensum, vel à toto vel à parte; si à parte, tunc vel ab epate potest eleuari vapor ille,

vel

vel à ventriculo. Si qualitas sit occulta, orietur
iæc materia vaporosa vel à vermibus, vel à se-
nine, vel ab aura quadam frigidiore genita in a-
iqua corporis particula, quæ aura, cum venefica
it, non secus atque illa, quæ à vermibus & semi-
ie eleuatur, dum ad cerebrum peruenit, adeo
xpultricem excitat, vt ipsa summo conatu & vi
nsurgens, ad expellẽdam hanc veneficam qua-
itatem contrahatur, & ex hac cõtractione ven-
riculi subsideant, & hac subsidentia spirituum
nfluxus in inferiora impediatur. De qua Epile-
sia loquẽs *Galenus* 3 *de loc. aff.* 7. refert historiam
le puero, qui tali Epilepsia corripiebatur, in cu-
us accessione sentiebat auram quandam frigi-
liorem ex tibia moueri, & recta ascendere per
emur & ilia & latera vsque ad ceruicem, & ad-
lit *Galenus*, experientiam docere, quod à scor-
ione infixo aculeo, vel etiam à valentioribus a-
iorum ictibus totum corpus sæpe ingenti & in-
isitata mutatione inficiatur, à quibus tamen a-
nimalibus minima corpori substantia fuit com-
nunicata, quæ substantia agit per occultã qua-
itatem, quæ est summæ actiuitatis. Qualitates
utem manifestæ, cum non agant nisi in mate-
iam, fit vt in minima materia parum vel nihil
gant, in copiosa susceptæ validius operentur.
Quare si fit Epilepsia ab hac aura eleuata à parte
corporis determinata, videndum est, quisnam
it modus generationis eius in parte illa. Gigni
nim debet vel à parte facultatis labefactata, id

quod

quod ostendit curatio: Dum enim hanc Epilepsiam curat *Galenus*, non curat illam per contraria, sed per similia; Hæc enim aura venenosa tollitur veneno alio, quia dum applicantur medicamenta caustica (quæ venenosa sunt) loco affecto, in quo aura hæc generatur, ratione similitudinis vnius veneni cum altero, fit attractio à loco illo vbi aura generatur, & attractio quidem illa fit à centro ad circumferentiam, ideo cantharides applicantur. Quare hæc Epilepsia non generabitur ab intemperie illius partis, sed ab obiecto externo, id est, ab humore in ea parte diutius detento, quam par est, qui ob id alienam naturam induit, adeoque alteratur, vt venenosam qualitatē acquirat, quæ sensim petens cerebrum fit causa Epilepsiæ. Nec vero secus fit Epilepsia, ratione vermium: A vermibus enim vapor quidam eleuatur putridus, qui cum valde aduersetur facultati animali & vitali, si petat cor, facit syncopen, quia ob contrarietatem vaporis huius maligni & venefici spiritus vitalis noxam percipiens in propriam veluti arcē contrahitur, vt reliquum corpus hoc vitalis spiritus influxu destitutum permaneat, vnde syncope oritur: Si autem hic vapor petat cerebrum, cum pariter aduersarius sit spiritui animali, ille inimicum sentiens & ipse contrahitur, vnde ventriculi subsident, & motus spirituum in partes corporis prohibetur, vt hoc pacto Epilepsia introducatur. Eadem etiam est seminis ratio: Si enim

contin-

contingat semen in vasis propriis diutius detinerii quam par est, in venenum conuerti solet, vt ab eodem venenosus vapor ad cerebrum eleuatus pariter Epilepsiam faciat. Viæ autem, per quas vapor iste ascendit, sunt venę & partes nerioſæ, & quandoque os ventriculi. Postremo Epilepsia ĕt generari potest à compressione ventriculorum cerebri, de qua agens *Galenus lib. de instrumento odoratus, cap. vltimo* scribit, quandoque contingere, vt si Chirurgus caluariam perforans cerebri ventriculos immoderate comprimat, Epilepsia inducatur, quia comprimendo, motum spirituum in partes internas prohibet.

Cura Epilepsiæ.

SIgna quadruplicia sunt in Epilepsia: Alia respiciunt Epilepsiam in genere, alia differentias respiciunt: Alia distinguunt Epilepsiam curabilem ab incurabili, alia ostendunt nobis, an post curationem quis optime curatus sit nec ne: Quantum ad signa in genere, horum alia præsentem alia futuram indicant. De his quæ futuram indicant, agit *Hipp. lib. de prænotionibus*, vbi inquit, quod quibus capitis dolores adsunt, sonitus circa aures, citra febrem tamen, vertigo & vocis tarditas & manuum torpor, eos inquit aut sideratos aut comitiales fieri: His accedunt etiam somnia turbulenta, incubus, dolor capitis & grauitas: Signa Epilepsiæ actu existentis sunt: Conuulsio totius corporis; prolapsus in terram,

dilatio

dilatio actionum animalium omnium, internarum & externarum, fœcum & vrinæ & seminis inuoluntaria deiectio, quæ in declinatione fieri consueuit, quod contingit ob partium resolutionem & relaxationem quandam: Signa causam respicientia, & primo humoralem, sumuntur à temperatura corporis, ab habitu, ab ætate, ab excrementis, ex colore. Si materia sit vermis, signa aderunt vermes indicantia, de quibus suo loco. Materia seminalis indicatur ex redundantia seminis, cuius signa capiuntur ex vsu copiosi & optimi cibi, ex longa abstinentia à coitu. Erit autem Epilepsia per essentiam in capite, vbi capitis intemperies adsit frigidior, & in passiuis qualitatibus humida tantum, quia sola pituita in cerebro per essentiam generari potest: Præcedet etiam grauitas & dolor capitis, & vertigo: Præterea in Epilepsia per essentiam ægri in accessione iacebũt veluti corpora mortua, omnino immota, & spuma oris obuersabitur, causata ob violentiam spirituum, qui inæqualiter moti agitant materiam humidam, eamque spumosam reddunt, & ad os propellunt: Cognoscetur etiam ex modo inuasionis, quia dum hæc Epilepsia inuadit, tam subito patientem occupat, ac si à fulgore percussus esset: In Epilepsia vero per consensum solent ægri aliquid noxæ percipere in parte læsa, vt si fiat per consensum à ventriculo, ante accessionem vel erosionem vel aliam aliquam molestiam percipient, præcedet etiam quan-

quandoque nimia inedia, vt *Gal. testatur* 5. *de loc. aff.* recitans historiam de quodam Grammatico, qui cum vel nimium doceret vel cogitaret, vel irasceretur, aut inediam sustineret, statim Epilepsia corripiebatur: Si fiat per consensum ab vtero, præcedet mensium suppressio: Si ab alia externa corporis parte ducatur materia, percipiet patiens auram quādam frigidiorem sensim recta ascendere vsq; ad cerebrum, vt habet *Gal.* 3. *de loc. aff.* 7. Signa, quibus cognoscimus, an quis post curationem curatus sit integre, nec ne; potissimum sunt petenda ab Alexandro Tralliano, qui Medicus fuit senex & maximus experimentator, vt ei fides iure adhibenda sit: Experitur autem, aliquem curatum esse, si naribus patientis suffumigium adhibeatur ex *hyssopo hortensi, ex myrrha, bitumine, vel ex cornu capræ aut hirci.* Si enim ex tali suffumigio patiens non labatur in Epilepsiam, indicium est integre curatum esse, si secus, nondum sanatū: Proponitur etiam suffumigium factum ex araneis parietum, quod idem præstat: Sic si quis induat se pelle capræ aut hirci recenter excorticati, & non concidat, indicium est sanatum esse: Sic intus, si quis epar hirci comedat, & non concidat, is sanatus est, & si quis puluerem acaciæ cum aqua calenti sumserit, & non ceciderit, curatus est. Quod ad indicationes, cum Epilepsia prodeat ab angustia ventriculorum cerebri, & hæc fiat, tum à vapore, tum ab humore, vapor discutiendus, humor

euacuandus erit: Si materiæ qualitas consideretur, crassities attenuanda, lentor detergẽdus est; occulta autem qualitas cum venenosa sit, alexiterium indicat; manifesta autem, si frigida & humida fuerit, aut frigida & sicca, contrariis erit alteranda; si autem materiæ motum localem consideremus, si in capite quiescat, vt ibi etiam sit genita, erit expurganda; ratione materiæ generandæ causæ generationis occurrendum, nempe intemperiei cerebri: Si vero moueatur, quia alibi gignitur, ratione materiæ, quæ mouetur, indicatur auxilium intercipiens, ne caput petat, & ex parte loci, vbi generatur, siue ventriculus siue alia pars fuerit, erit pars illa alteranda & roboranda: Quoad Prognosticon, cura semper est difficilis, nonnunquam etiam impossibilis, teste *Hipp.* 2. *Aph.* 42. pluribus enim de causis hoc vitium vehemẽs & ingens est; Nam si læsas actiones contemplemur, omnis actio tollitur, si locum, non est ignobilis pars, sed omnium maxime princeps, cerebrum, & quæcunque alia pars subiecta per consensum: Si materiam consideremus, aliqua erit differentia, pro diuersitate copiæ & qualitatum, nam quo copiosior est materia, & quo frigidior, & quo magis est venenosa, eo deteriorẽ Epilepsiam faciet: Deterior etiam & periculosior est, quæ dependet à materia frigida & sicca, vt à melancholia, quam quæ à frigida & humida, vt à pituita. Quod ad alias materias, si fuerit vermis vel semen, vel aura veneficа, cum

ca, cum ab istis prodeat substantia venefica qualitate affecta, facit Epilepsiam vehementiorem.

Cura.

MAteriæ auxiliorum vel respiciunt Epilepsiam præsentem vel imminentem, vnde oriuntur materiæ curatoriæ & præseruatoriæ. In Epilepsia præsenti, auxilia & vel respiciunt symptomata, cum conuulsio sit neruorum contractio in suam originem, oportet ratione huius contractionis lenire partes cõtractas, vt distendi facilius possint, quod fiet *oleo amygd. dulc. lil. alb. chamomelino vel anethino*, inungendo præcipue totam spinalem medullam ab osse sacro vsque ad ceruicem, quibus oleis si aliquã pinguedinem addiderimus, diutius parti adhærebunt: Pinguedo enim vim emolliendi habet, vt est pinguedo gallinæ & humana: Si respiciamus ad causam cõuulsionis, cum hæc vaporosa esse possit, discutienda erit, & adhibenda, quæ possunt stimulare facultatẽ expultricem cerebri, ad discutiendos flatus: In quo casu probatur *olfactus thymi, radicis peucedani*, idem sub odore præstat *ruta sylueſtris*, si manibus trita naribus patientis admoueatur, q̃ auxilium ab Alexandro Trallialiano propositum est, vt singulare experimentum: Fel etiam testudinis illitum, comitiales erigit, excitat, curat: Idem præstat *odor galbani ex Dioscoride*: Confert etiam intra nares insufflare, quæ flatus discutiunt, vt *puluis sem. fœniculi vel*

aniſi, piperis, ameos, rutæ, quandoque etiam licet ad ſinapi aſcendere: Quo tempore, ſi os patientis vi aperiatur, fauces & palatũ inungi poterunt, caſtoreo, & aceto muſſo, in quo ſuccus cyrenaicus diſſoluatur, præſtabit etiam vti *triphera magna, theriaca, mythridatio, vel diaſinapi,* quibus palatum inungatur: Probat etiam *Alexander Trallianus lib. 1. cap. 15.* ex antiquorum ſententia, vt in acceſſione ſanguis extrahatur ex digito pedis patientis, & hoc ſanguine inungantur labra & nares patientis vna cum fronte, confeſtim, inquit, hoc remedio ab Epilepſia liberabitur. Si vero Epilepſia fiat à materia corpulenta, hæc erit euacuanda cum ſternutatoriis, quibus cerebri expultrix irritetur, quæ fieri poſſunt cum *ſucco iridis, cyclaminis, cum caſtoreo, vel peucedano.* Si fiat à materia, quæ potius prodit à ſubiectis partibus, vt à ventriculo, ore vi adaperto vomitus prouocandus eſt, cum penna intincta in oleum commune vel irinum: Hic autem vomitus debet fieri, præcedente prius euacuatione totius, quia in corpore adeſſet prauorum humorum copia, per vomitum fieret maior materiæ in cerebrũ attractio, vt Epilepſia etiam in apoplexiam poſſit conuerti: Præſtat etiam hoc tempore vti reuellentibus, videlicet frictionibus in extremis partibus, ſuppoſitoriis etiam acrioribus materia ad infernas partes deducenda, vt:

℞ *Hiera picra,* ʒj. *hellebori albi,* ℈ ij. *cum melle deſpumato fiat ſuppoſitorium.*

Vtemur

Vtemur etiam clystere acriori.

℞ *Fol. centaurii minoris, furfuris, ana* m.j.

Decoq. in aq. ℞ ℔. j. in aqua dissolue: *Hieræ picræ,* ʒj. ß. *diacolocynthidis,* ʒj. *agar.* ʒj. *salis communis,* ∂ iiij. *ol. rutacei,* ʒ ij.

f. Clyster.

Si respiciamus Epilepsiam futuram, simul curabimus & præseruabimus. Si sanguis peccet in toto vel in parte, vena aperiatur. Cauteria cõueniunt in Epilepsia per essentiam, & per consensum: Est enim cauterium remedium assiduo & sensim euacuans materiam, quæ etiam assiduo generatur. Quare ex Aetii & Pauli sententia conuenient cauteria. Locus vbi affigi debent, varius est: Nam si sit Epilepsia per essentiam in cerebro, affigendum erit occipitio, vt fiat euacuatio à capite deriuando: Si vero fiat per consensum aliarum partium, infernis partibus applicandum; Si ventriculo affecto, brachiis: Si vtero affecto, tibiis admoueatur. Idoneum vero tempus cauterii affigendi erit ante accessionem: Iuxta Alexandri sententiam tantum conuenit cauterium in ea Epilepsia, quæ adeo est contumax, vt sit veluti spe destituta, & in qua reliqua auxilia nihil conferunt, quia vt inquit *Alexander*, cauterium magis supplicium & cruciatum præbet patienti, quam vt cruciatũ præstet. Non igitur sentio cum illis, qui in morbis quibuscunque ad cauteria cõfugiunt. Pharmacia quæ partem affectam respicit, duplex est;

alia dirigitur ad contenta, alia ad continentia. Quæ ad contenta, ea sunt remedia quæ partem affectam euacuant,& materiam vaporosam discutiunt,ac resoluunt. Quæ vero respiciunt continentia, ea sunt, quæ sensibiliter euacuant,vt sunt respectu capitis masticatoria, & quæ naribus administrantur, vt quæ vapores dissoluunt, vt *lotiones, stillicidia,pulueres,suffumigia*, de quibus supra egimus. Nos hic tantum de his agemus, quæ possunt præseruare patientem ab hoc effectu. Hæc autem continentia respiciunt,hoc est, caput, quod sibi ob labefactatam facultatem, eamque frigidam generauerit materiam frigidam tum vaporosam tum corpulentam,hæc intemperies, cuius vi talis vapor & humor generatur, remouenda est.Hæc autem remedia plura sunt: Inter cæteras occurrunt *Aquæ nostræ thermales sulphureæ*. Est enim vis sulphuris calefacere, exsiccare, vapores discutere, materiæ crassitiem ac lentorem attenuare ac detergere; Ante potum harum aquarũ singulis diebus accipiamus pulueres, vel in bolo vel in Electuario, vt:

℞ *Pulu. sem. pæoniæ, betonicæ, hyssopi, cranei humani ana* ʒj.

Mis. cum oxymelite ad formam Electuarii, de quo capiat singulis matutinis.

Diasulphur etiam probatur ab Auicenna in Antidotario. Præsidium respiciens contentum, id est, cerebrum, est decoctum guaiaci & sarsæ;

Habent

Habent enim vim calefaciendi, exsiccandi, flatus discutiendi & proprium tonum restituendi parti læsæ; Erit autem decoctum hoc vtilius, si fiat in aqua simplici & pura, sed in aq. alterata cum iis, quæ habent similitudinem & proportionem cum cerebro, vt si in aqua prius ebullierint *folia betonicæ, stechadis, hyssopi,* & inter cætera *radices & semina pæoniæ, sem. coriandri præp.* vt facta decoctione & colatura in tali decocto decoquamus postea lignũ & sarsam, & decoctio fiat s. a. & ante sumptionem decocti huius probantur singulis diebus pillulæ, ex *seminibus pæoniæ puluerizatis, & radice eryngii,* ex craneo humano, & si illud haberi non potest, ab Alexandro probatur craneum asininum, vt his pulueribus æqua portione permixtis singulis diebus ʒj. pulueris huius capiamus ante potum guaiaci, quem si ad electuarii formam reducere volumus, permiscebimus cum *oxymelle squillitico,* q. s. pro cõponendo electuario; In cuius decocti vsu insistendum est non per decem dies, sed per vnum atque alterum mensem, prout epilepsia vel antiquior vel recentior fuerit. Succedit etiam aliud medicamentum à Galeno propositum, qui lib. de puero epileptico omnium maxime commendat oxymel squilliticum, cuius vsu, inquit, si patiens per 40. dies perseueret, procul dubio ab Epilepsia liberabitur. Circa quod oxymel illud aduertendum, quod eius compositio constat ex scylla, melle & aceto, quo composito po-

tissimum vtimur, vbi Epilepsia non est annexa cum alio morbo, qui prohibeat vsum talis medicamenti, vt si quis præter Epilepsiam habeat neruos imbecilles, nequaquam hoc oxymelle erit vtendum, quia propter acetum non leuem noxam infert affectis neruis; Acetum enim neruis est inimicum, at his bene habentibus tuto vti eo licet: Ne autem hoc præsidio defraudentur illi etiam, qui neruosas partes imbecilliores habent, *Gal.l.c.* illud præbet sine aceto, & tunc non vocatur acetum squilliticum, sed mel squilliticum, cuius compositio est ex melle & scylla, ad differentiam prioris, quod acetum accipit; Dosis huius medicamenti est, si singulis diebus ad summum accipiamus ℥ ij. & si tunc magna fuerit resistentia Epilepsiæ, per plures quam 40. dies, huic remedio insistendum est; Ante cuius potum licebit pariter vti pillulis & iam præscriptis pulueribus, electuariis & aliis. Probatur etiam castoreum, si cum aqua mulsa singulis diebus accipiatur in potu Paulo teste; Præter hæc sunt & alia, quæ ab occulta proprietate huic morbo occurrunt, & plura ab Alexandro proponuntur, quorum aliqua ipse experiẽtia comprobauit. Inter plantas & simplicia probat radicem pæoniæ, præcipue marem, dum autem vtimur seminibus pæoniæ, hæc duplicia sunt rubra & nigra, & modo licet vti nigris, modo rubris. Semina nigra conuenient, ex *Gal.6.de simpl.med.* tum viris tum mulieribus, quibus ob ætatem vel seni-

senilem vel puerilem mẽses non fluunt; At si nobis occurrat puer curãdus, & puer lactans, cũ in hoc casu hæc semina exhibeamus mulieri lactãti, non autem puerulo vtemur hic seminibus rubeis, quia quæ nigra sunt, menses prouocant: Si vero mulier lactens vtitur menses prouocantibus, lac amittet, ideo tunc seminibus rubeis vtendum, quæ lac rectificant, nec menses prouocant, in qua muliere lactante præter hæc semina aliis etiam vti licebit, quæ lac pariter conseruant, nec menses prouocant, hæc sunt *radix fœniculi viridis*, *anethum viride*, *anisum recens*; hæc omnia ratione qua viridia sunt, possunt lac augere & menses non promouere, quia non sunt ita acria, quemadmodum sunt sicca; ℞ ad puerum præstabit pœonia collo eius suspensa, de qua loquẽs *Gal. 6. de simpl. med. fac.* dicit se fuisse expertum in puero epileptico, vt quoties talem radicem de collo suspensam non haberet, in Epilepsiam inciderct, quamdiu autem hoc amuleto vteretur, nunquam hoc symptomate corriperetur: Prodest autem radix ea ratione, quia ex pœonia exhalant vapores, qui cerebrum petentes Epilepsiæ aduersantur. In os autem pueruli, quandoque mel despumatum imponere licet, ex Aetii ententia: Reliqua ætas tenella non admittit. Ruta etiam syluestris, si ad odorandum detur, & puero & aliis in discutiendo flatu epileptico, mirifice prodest, vt ea etiam vti liceat, sub ceruicali posita; Neque omittendæ sunt inunctiones na-

rium, ex *theriaca, mythridatio, succo ruta*, modico etiam aceto addito: Spinalis quoque medulla cum *oleo nardino & ol. nucis moschata* inungi poterit: Conueniunt etiam suffumigia ex *rosis, santalis rubeis, ex thure, myrrha, mastiche, ladano, &c.* Quemadmodum etiam euaporatio syluestris prodest magnopere, vt Alexander dicat, se hac sæpe epilepticos sanasse: Idem apponit radicem solani, sed excerptam luna declinante, cuius substantia in potu est præbenda, ea tamen ratione, vt prima die semel capiatur, secunda bis, tertia ter, & sic vsque ad vndenas vices, quod tanquam arcanū Alexander propósuit, cum tamen, quantum ad ordinem, nescio quid superstitiosi in se contineat. Proponitur etiam stercus canis, ex sententia Archigenis; canis autē ipse per 15. dies ossibus solis pascatur; hoc stercore combusto, & in puluerem redacto, per dies quinque propinato, ægrum sanari aiunt. Proponuntur etiam testiculi galli gallinacei, & Alexander proponit etiam panniculum cruentum alicuius gladiatoris occisi, quo combusto, & in cinerem soluto & vino permixto, & septies patienti exhibito, Epilepsia tollitur, & hoc se expertum fuisse testatur. Coagulum leporis cum aqua epotū, etiam commendatur: Caluaria quoq; asini diligenter cremata, vi quadam occulta confert, vt si ℥ j. puluueris huius pro vice patienti exhibeatur: Maiorem tamen similitudinem humanum craneum in hoc morbo habet; sed tale craneum nō debet

esse

esse hominis sponte mortui sed potius interfecti, vt aiunt isti: *Plin.lib.*3.*c.*10. proponit sanguinem testudinis terrestris epotum, quem vult sanare Epilepsiam; imo ipsum corpus testudinis abiectis tantum extremitatibus pro cibo conuenientissimo commendatur in epilepticis: Proponit etiam Alexander os frontis asini, cuti alligatum & gestatum: Oleum ex cranco humano communiter tanquam arcanum cõmendatur; poterimus eo vti non tantum vngendo locum affectum, sed etiam intus, si ʒ j. illius olei permiscatur, cum ℥ j. *saccharo*, & cum aqua rosata formentur rotulæ seu confectio. Epilepsia quæ oritur ab aura quadam venefica à pede, vel alia corporis parte sursum in caput delata, curatur intercipiendo illam auram, cum ligatura facta supra partem, in qua illa generatur, secundum *Gal.*3.*de locis aff.* 7. rectitudine tamen seruata, vt si fiat in parte dextra, ligetur coxa eiusdem lateris, ne sursum ascendat, & inquit *Galenus*, se tali ligatura curasse aliquem à vipera morsum: Secundo, talis aura venefica eradicanda est, ideo *Gal.l.c.* applicabat medicamenta caustica, venefica, quæ propter similitudinem auram talem ad se trahunt, vt est *thapsica, sinapi, &c.* Rhases applicat cucurbitulas scarificatas loco affecto: Confert etiam tale vesicatorium:

℞ *Cantharidum præp. abiectis extremis,* ʒ ij. *sinapi,* ʒ j. *aceti acerrimi, q.s.*

Misce f. pasta pro vesicatorio.

Victus

Victus ratio talis sit, vt omnia flatulenta & frigida vitentur, vt sunt *apium, petroselinum, allia, cœpe, daucus.* A cibo capiantur semina *coriandri, pistacia:* Vinum confert pauciferum & in modica copia, & potius aqua mulsa.

Historia de Epilepsia, Patauii Anno 1578. 23. Iulii.

INcidimus in mulierem ætate grãdem, in qua musculi thoracis & brachiorũ motũ omnem amiserant, ita vt etiam loquelam perdiderit. Applicarũt huic cauteria actualia ferro ignito, post dies non ita multos ipsa loquendi beneficium, quod prius amiserat, recuperauit, licet nondum expedite loqueretur; sensus etiam iam ex parte redierat, & motus istius præsertim brachii, cui cauterium applicatum fuerat: Itaq; chirurgus, cum videret vulnus escaram cõtraxisse satis copiosam, primo vulneri illeuit butyrũ, vt ita melius escara extraheretur, circa vulnus autem partem cutis externam oleo perfudit, vt inflammatio prohiberetur. Atque his ita actis discessimus.

Consilium Italicum Alb. Potoni: Pro muliere epileptica, quæ paralysin totius fere corporis passa est.

MVlier nobis occurrit, quæ in primo senio constituitur, & iam extat mensis, quo nocturno tempore incidit in Epilepsiam, cum cõuulsione totius corporis, quæ tãdem finita est in paralysin totius fere corporis excepto brachio

dextro,

dextro, quę paralysis est tantũ cum motu ablato, sensu seruato incolumi: Quantũ ad essentiam, constat paralysin esse actionem ablatam facultatis motricis tantum (loquendo de præsenti paralysi) tum secundum tibias dorsi, &c. Actio autem omnis læsa necessario ab aliqua causa læditur. Hæc autem causa, in morbum referri debet, qui vel in intemperie consistat, vel in mala compositione, vel in solutione vnitatis: In intemperiem reduci nõ potest, tale nostrum symptoma, siquidem nulla esse potest quam frigida & humida: Itaque si ad intemperiem reduci deberet non ad aliam quam ad frigidam & humidam esset reducendum: Sed quia intemperies longo tempore fit, hæc vero paralysis facta sit in instanti, & q. in momento, non poterit morbus esse in mala intemperie. Referendus igitur ad aliud genus: Non autem ad solutam vnitatem, quia nullum vulnus præcessit, neque adest dolor, qui solutam vnitatem significat: Referri ergo debet ad morbũ in mala compositione: Sed cum hic multiplex sit, paralysis talis prodit à mala compositione, quæ consistit in angustia meatuum, per quas facultas ipsa alteratur in diuersis partibus: Verum quia à multiplici causa talis angustia prodit, fit enim modo à compressione, modo à coalescentia, modo à cõstipatione, nõnunquam ab ipsa obstructione. Hic habet locum non ea angustia, quæ consistit in constipatione, quia hæc fit à carne annata in istis meatibus:

bus: Neque locum habet ipsa compressio, quæ fit à tumore aliquo, qui comprimat meatus neruorum, sed nullus hic tumor apparet: Neque locum habet coalescentia, quæ fit quoties internæ cauitates sunt exulceratæ, & merito vlceris solent coalescere. Nulla etiam adest febris. Ergo sequitur hanc meatuum angustiam oriri ab ipsa subsidentia; subsident autem partes propter insignem inanitionem. Ergo hæc meatuum angustia in ipsa obstructione consistit. Fit autem obstructio modo à copiosa materia, modo à crassitie, modo à lentore. Puto hoc loco omni modo peccare materiam & ratione copiæ & ratione crassitiei ac lentoris: Crassam enim materiam testatur & copia & diuturnitas morbi, quia omnes corporis partes corripiuntur, & quia iam toto mense laborat. Quod in partibus ipsis hæc materia genita non sit, modus generationis huius paralysis satis indicat, quia subito hæc paralysis est facta. Ergo aliunde etiam defluxit, alioqui nō subito vna sc. nocte inuasisset hanc mulierem, sed sensim aucta fuisset. Quæritur autem vnde tam subito defluxerit materia ista? Totum corpus in hac paralysi afficitur, ergo necessarium est, vt primaria læsio facta fuerit in principe membro: Et quia cerebrum est prima origo sensus & motus, illo læso lædetur etiam vniuersum corpus; qua læsione autem correptum est cerebrum? An itemperie? Non, quia vt habet *Gal. 4. de loc. aff. 2.* Intemperies cito nō fit; prodiit ergo

ergo ex mala compositione, quæ cõsistit in mala compositione ventriculorum cerebri, nam quando hi angustantur, impeditur motus spirituum in partes: Constituendum ergo fuisse in angustia dictorũ ventriculorum, Non est vt dicamus hos omnino fuisse obstructos, tum enim fuisset facta Apoplexia: Sed cur læsio magis facta est in motu quam in sensu? Quia ad edendum motum multa spirituum copia requiritur: Si itaque hoc symptoma ortum habet à semiangustia ventriculorum, inuestigemus an omnes ventriculi fuerint angustati, an vero vnus ex his vel duo tãtum: Si Galenum respiciamus, is loco citato, inquit, Comitialem morbũ fieri, quando copiosa materia irruit in ventriculos cerebri vel anteriores vel posteriores. Vnum vel alium vero magis esse affectum cognoscemus ex interioribus sensibus magis vel minus oblæsis, id est, si recurramus ad actiones ipsas: Si memoria erit læsa, posterior ventriculus laborabit, si imaginatrix, anterior, si cogitatrix, medius; Mulier nostra deprauate memoratur, aliqua tamen ratione recte discurrit, læsio ergo facta est tum in anteriore tum in posteriore ventriculo: Proinde facta hæc semiangustia à vaporosa materia, cuius rei indiciũ est modus generationis, quia confertim facta est hæc paralysis, dubium autẽ non sit, materiam vaporosam & flatulentam à corpulenta quadam excitari, & sursum ferri oportere: Hæc materia corpulenta aut erit pituitosa aut melan-

melancholica: In hac vero nostra patiente meo iudicio potius est pituitosa, corripitur enim illa intemperie frigida & humida, ostendit hoc ipsum somni longitudo tempore sanitatis,& ætas senilis & excrementa per nares ac palatũ suppressa, &c. Explicatis iam causis morbi,accedimus ad causas symptomatum; quæ sunt motus deperditus & quidem in toto corpore,& motus magis quam sensus & paralysis diuturna. Primum igitur motus est deperditus propter angustiam meatuum in ventriculis cerebri; impeditus enim est spiritus, ne possit transire ad partes; & motus totius corporis, quia princeps mẽbrum cerebrum videlicet affectum est,& motus magis quam sensus, quia ad edendum motum multa spirituum copia requiritur, ad sensum vero edendum vel pauci spiritus sufficiunt: Dixi autem adhuc paucos spiritus in hac nostra patiente supereſſe, sufficientes sensui edendo, alias iamdudum apoplexia facta esset. Est autem paralysis diuturna, quia dependet à copiosa materia & crassa.

Curatio.

CVm à copiosa materia dependet, quis non videt euacuandum esse, prius tamen cum crassa sit ista materia, incidenda, attenuanda & detergenda erit: Et quia in toto corpore continetur illa materia, ideo oritur inprimis indicatio leniendi aluum. Merito igitur materiæ genitæ leniatur aluus;Merito materiæ generandæ,

cum

cum hæc generetur in capite, caput ipsum calefaciendum & exsiccandum erit: Puto autē ego impossibile esse omnibus istis satisfacere: Primo enim paralysis est totius corporis; Materia copiosa & crassa & lenta, & hoc tempus auget materiam: Accedit huc ætas, & ratione huius virtus debilis; Hæc omnia indicant, morbum esse incurabilem, &c. Non tamen omnino erit deserenda. *Quid igitur faciendum?* Sanguinem mittere non possumus: Nam primo non adest plenitudo sanguinis missionem indicans, materia deinde ipsa nō dependet à sanguine; brachia motu destituta sunt, vt secari vena hac etiam ratione non possit, & periculum est, si vena secetur, vt totius corporis motus penitus auferatur. In pharmacia autem immorandum nobis erit; Et primo quantum ad lenientia, ea sint *mel. ros. solut. cum speciebus hieræ, & potiss. hiera pachii*; Verum quia hiera amarissima est, non erit permiscenda cum melle, sed prius per se sumenda, mox superbibendum *mel. sol. syrupi* præparantes sunt: *Syrupus de betonica, stechade, iua, oxymel.* Præparata materia euacuanda erit medicamentis à longinquo vacuantibus: Ideo in prima vice satis erit, si faciamus infusionem ex *agarico, sena, infusis in decoctis betonica, stechados.* Deinde addamus *mel rosa. solut. ad* ℥ iij. *diaphœnici* ʒ ij. Mis. Mox iterum materia præparanda cum valentioribus, cum *syr. bizantino, de mentha, de absinthio,* & ante syrupi exhibitionem trochiscos exhibeamus de cupato-

rio, de lacea ℈j. &c. Mox denuo corpus euacuandum, valentioribus quidem, si loco senæ accipiamus *cort. helleb. nigri, loco agarici turbith.* Extant *pillulæ cochiæ cum helleboro, pill. de hermodactylis, pillulæ asaiereth.* Præmissa hac euacuatione debemus ad alia deuenire, ad ea quæ respiciunt caput: Ideo hoc expurgandum per masticatoria, quæ tamen in præsenti statu nō conueniunt, quia posset materia in pectus decumbere. Errhinis ergo potius procedendum: Vnde his temporibus conuenient *aqua hordei cum saccharo, succus betæ*; valentiora conficiuntur ex *succo maioranæ, betonicæ, iuæ.* Nasalia etiam conueniunt ex *cort. arantiorum, intinctis in diasinapi.* Lotiones etiam conueniunt ex prædictis herbis *betonica, saluia, pæonia, stechade.* Decoctum etiam ligni probo, calefacit enim & exsiccat & roborat totum corpus: Quod efficacius erit, quanto diutius hoc propinetur: Accedūt antidota alia, magnæ item confectiones: *Trochisci etiam viperini*: *Gal.* etiam testatur, quod si epileptico per 40. dies exhibeas *mel squilliticum*, is liberabitur: Interim dum assumet, decocti debemus aliquid præbere ante assumptionem, quod respiciat Epilepsiam imminentem. Vnde proponuntur *rad. pæoniæ*, quæ tamen hunc in motum præparabitur: Vt accipiamus hanc radicem, & incidatur minutim & decoquatur, & facta colatura potest ea consumi in balneo Mariæ, & succus extractus cōfici, in quo magna vis erit: Vel facta decoctione huius radicis f.

cis f. destillatio per filtrum, & postmodum aqua quæ destillauerit, in balneo Mariæ s.a. consumatur: Quod de pæonia dixi, par est ratio de plerisque aliis, vt est viscus quercinus, quem præparatum sic exhibui. Quibus ita administratis, debemus etiam nō negligere cauteria, quia, cum hæc materia assiduo gignatur, assiduo etiam per hæc erit euacuanda: Melius autem fuisset, vt in coronali futura fuisset factum cauterium; imo in occipite, imo in brachio etiam; si mulier admisisset. Nonnulli autem hic obiiciunt, illud vulgatum Galeni: Non licere euacuare per locum læsum, cerebrum autem hic locum læsum vel affectum esse: Ergo prædictis capitis partibus, vt futuræ coronali vel occipiti cauteria adhibenda non sunt: Hoc sic intelligatur verissimum quidem esse, non licere euacuare totum corpus per partem, ante euacuationem totius corporis, sed euacuato prius toto corpore, non inconuenit ea adhibere, quæ partem expurgant; vt si renes laborent, non licet euacuare totum corpus per renes, sed toto corpore omnino expurgato licet aliquid præbere, quod respiciat renes purgādos. Idem fieri potest in Epilepsia. Extrinsecus adhiberi possunt inunctiones ex *oleo lumbricorum*, & *oleo terebinthino* destillato, præsertim sumpto in rotulis, ex *saccharo cum decocto pæoniæ* soluto factis: Oleum etiam conuenit vulpinum, quod tamen sæpius reiterandum iniecta noua vulpe. Efficacius etiam redditur, si vulpem accipiamus, &

reiectis intestinis impleamus cum pæonia, iuia, stechade, terebinthina, & consuatur diligenter & assetur. Inter assandum pinguedo excolata excipiatur, & ea vtamini. Victus ratio proportione correspondeat propositis medicamentis.

Consilia Gallica.

Epileptici Curatio Ord. Squironis, Rondelitii & Staphel.

℞ *Rad. bismaluæ cum toto liliorum, ana* ℔.8. *fol. maluæ, Mercurialis, parietariæ, betonicæ, absinthii, ana* m.j. *sem. melonum,* ℥ ß. *lini, fœnugræci, ana* ʒ iij. 4. *calidor. maior. conquass. ana* ʒ ij. *passular. enucleator. caricarum ping. ana par.* vj. *flor. chamomillæ, stechados, ana* p.ij. Fiat decoctio ad ℔.xvj. In colatura dissolue: *Catholiconis,* ℥ j. *hieræ picræ,* ʒ vj. *mellis anthosati, sacchari rubei, ana* ℥ j. ß. *olei communis antiqui* ℥ iiij. *vitellorum ouorum numero* ij.

Fiat clyster, qui detur tempore matutino ieiuno ventriculo. Deinde:

℞ *Rad. acori,* ℥ ij. *fœniculi, asparagi, graminis, brusci, temperatarum in aceto squillitico, per diem naturalem, ana* ℥ j. *fol. betonicæ, maioranæ, mentæ, melissæ, absinthii, ro. bugloßi, boraginis, capill. Veneris, ana* m.j. *sem. endiuiæ, melonum, ana* ʒ ij. *passul. enucleatarum par.* x. *polypodii quercini, glycirrhizæ rasæ, follicul. senæ mundat. ana* ʒ x. *medullæ se. carthami. rad. asari, ana* ʒ v. *flor. genistæ, stechados, cicerum rubeorum, ana* p.ij. *fol. chamædryos, Mercurialis, chamepithios, ana* m.v.

Fiat

Fiat decoctio ad ℔. ij. & in colatura dissolue: *Syr. de stechade, mellis rosati colati, ana* ℥ iij. *syr. conseruationis corticis citri, oxymellis squilliti, ana* ℥ j. ß.

Fiat apozema, clarificetur & aromatisetur cum puluere: *Elect. diambræ* ℥ j. *cinamomi interioris electi. cubebar. ana* ℥ ß.

Pro vj. dosibus mane recipiendo postridie assumptionis clysteris.

℞ *Massæ pill. cochiarum, fœtidarum, ana* ℈ j. *agarici optimi,* ℥ ß. *zinziberis, salis gemmæ, ana gr.* ij. *trochisc. alhandel. gr.* iij.

Misceantur & cum *aq. betonicæ*, formentur pill. vij. quas capiat post vsum apozematis, in introitu lecti pauca & leui præcedente cœna, & in die electa cum optima custodia.

℞ *Theriacæ, mythridatii antiquißimor. ana* ℈ ij. *conser. flor. stechados, acori colati, ana* ℥ j. ß. *sacchari modicum.*

Misce f. bolus, qui detur post diem pillularum, de mane cum seq. aqua.

℞ *Aquarum betonicæ, absinthii, buglossæ, ana* ℥ j. ß.

Misce vtatur vt dictum est.

℞ *Theriacæ, mythridatii antiquißimor. ana* ℥ j. *conser. acori colat. flor. saluiæ, stechados, roriſmarini, ana* ℥ j. ß. *visci quercini, rad. & se. pæoniæ collecta in tempore suo, ana* ℥ ij. *macis, cubebar. nucis moschatæ, ana* ℥ j. *pul. diamoschi dulc. diambræ, ana* ℈ iiij. *cranei hominis vsti & loti,* ℥ ij. ß.

Misce & *cum syrupo de stechade, & syrupo* con-

seruæ corticum citri q. s. reduc in formam opiatæ. Capiatur vt dictum est.

℞ *Coriandri præparati, anisi, fœniculi, ana* ℥ j. *liquiritiæ rasæ,* ʒ iij. *cinamomi interioris electi, cubebarum, nucis moschat. ana* ʒ j. *pulu. diagalangæ,* ʒ ß. *corallor. rub. pul. diarydoniton cum speciebus, ana* ℈ iiij. *rosar. rub.* ʒ i ß. *sacchari rosati tabulati ad duplum pondus omnium.*

Misce f. puluis, de quo capiat cochlear j. post cibum non superbibendo.

℞ *Zinziberis, piperis albi, ana* ʒ iij. *nucis moschatæ, macis, cubebarum, galangæ, ana* ʒ j. ß. *caryophyllorum, cinamomi interioris electi, ana* ℈ iiij. *sem. pæoniæ,* ß ij. Misce f. puluis, adde *croci,* ʒ ß.

℞ *Pul. Hieræ picræ recenter dispensatæ,* ʒ ij. *agarici optimi, rhabarbari electi, ana* ʒ j. ß. *medullæ, sem. carthami,* ℈ iiij. *epithymi cretensis,* ℈ ij. *spicæ, cinamomi, zinziberis, salis gemmæ, ana gr.* iij. *flor. stechados subtiliß. tritorum gr.* v. *cum melle rosato colato,* f. Massa pillularum, quæ ad vsum reseruetur.

℞ *Staphys agriæ,* ʒ ij. *pyrethri,* ʒ iij. *masticis,* ℥ j.

Misce simul f. formulæ cum oxymelle squillitico pro masticatorio.

℞ *Succi ficlæ cum toto,* ℥ ij. *succi maioranæ extracti cum vino albo, suc. anagallidis, ana* ℥ j. *sacchari rubei, mellis rosati, ana* ʒ ß.

Bulliant leui ebullitione, ex colatura f. Caputpurgium.

℞ *Rad. enulæ, acori, ireos, ana* ʒ ij. *betonicæ, melissæ, sampsuchi, trifolii, hyssopi, ana* m. j. *polypodii querci-*

quercini, rad. pæoniæ, calami aromatici, ana ℥ j. *raſuræ palmæ ſanctæ,* ℥ iiij. *fol. ſenæ mundat.* ℥ j. *ſem. fœniculi, carui, aniſi, ana* ℥ j. *melampodii,* ℥ vj. *amaraci,* ℥ j. *carthami,* ℥ ij. *cuſcutæ ſe. rutæ, ana* ℥ j. ß. *ſummitatum thymi,* ℥ ij. *florum ſtechados vtriuſque geniſtæ, violarum, boraginis, ana* p. j. *rad. capparis,* ℥ ij.

Fiat decoctio: In colatura diſſolue: *Oxymellis ſquillitici,* ℥ iiij. *mellis anthoſati, ſyrup. de bugloſſa, ana* ℥ ij. *ſacchari, q. ſ.* f. Syrupus clarificatus, cum *diambræ,* ℥ j. *cinamomi,* ℥ j. ß. *adde paſſularum,* ℥ iiij.

℞ *Elect. Indi maioris,* ℥ j. *catholiconis,* ℥ j. ß. *diaprunis ſolutiui,* ℥ ß. *de ſucco roſar.* ℥ x.

Miſce f. opiata, de qua capiat ℥ v. ſemel in hebdomada cum cuſtodia.

Mulieri Epileptice M. Ratzenberger.

HVic valde cacochymicæ & conſtipatæ cum dolores renum accidiſſent, mulieres dederant *aq. pimpinellæ,* inde dolores ſunt exacerbati in tergo, renibus, matrice, & intenſiſſimi facti ſunt. Inde correpta eſt fortiſſ. Epilepſia cum magno ſpaſmo & ſuffocatione vteri. Sæpius poſtea Epilepſiæ & Apoplexiæ ſigna apparuerunt, ac quaſi paralyſis, cum dolore interno dextri lateris, iuſſit illi primum os apertum teneri ligno:

℞ *Succum rutæ cum aceto expreß. ante naſum.*

℞ *Aq. vitæ cum floribus lauendulæ,* ℥ ß.

℞ *Aq. betonicæ, flor. pæoniæ, parthenii, ana* ℥ ij.

℞ *Abſinthii, leuiſtici, parthenii, ana* m. j. *artemi-*

sia, meliſſæ, chamomill. ana m. ß. *ſem. dauci, fœnugræci, lini, ana* ℥ ß.

Fiat facculus quadratus ſuper latere ignito, aceto conſperſo calefactus imponatur vtero. Vel: Sacculus coquendus vino & imponendus.

℞ *Ol. rutacei, amygd. amarar. ana* ℥ ß.

℞ *Maluæ, biſmaluæ, Mercur. ana* m. j. *betonicæ, parietar. artemiſ. ana* m. ß. *flor. chamomill. melilot. anethi, ana* m. j. *ſe. dauci, lini, ana* ℥ ij. *decocti,* ℞ ℔ j. *diacaßiæ,* ℥ j. *hieræ,* ℥ ß. *ſacchar.* ℥ j. *ol. chamomill.* ℥ ij. *liliorum,* ℥ j. *ſalis tritti,* ℥ j. ß.

Miſce f. Clyſter.

℞ *Altheæ, maluæ, artemiſiæ, ana* m. ij. *flor. chamomill. melilot. anethi, ana* m. iiij. *ſe. lini, fœnugræci, ana* ℥ j. *dauci, petroſelini, ana* ℥ ß.

Fiat facculus oblongus à tergo applicandus, vt prior.

℞ *Ol. chamomill. anethi, lilior. ana* ℥ ß. *rutacei, ſcorpio. cheyrin. ana* ℥ iij. *ping. gallinæ, anſer. butyri non ſaliti, ana* ℥ j. *cereæ q. ſ.* f. Vnguentum.

℞ *Vngulæ alcis, carabe albi, rad. peoniæ, ana* ℈ j. f. puluis dandus in metu paroxyſ. Epileptici.

℞ *Ol. cheirini, lilior. ana* ℥ j. Miſ. in dolore vteri.

℞ *Theriacæ opt.* ℥ j. *ſpec. pliris arcotici* ℈ vj. *gr.* v. Miſ. cum aqua lauendulæ aut pæoniæ in metu paroxyſmi.

℞ *Aq. brunellæ* ℥ ij. *bugloſſ.* ℥ j. *hyſſopi* ℥ vj. *diamoron* ℥ vj. Miſ. pro gargariſatu.

℞ *Conſ. liberantis cum aloe* ℥ j. in cõſtipatione.

℞ *Dia-*

℞ *Diamargarito non calidi* ʒ j. pro confortatione.

Sequentia ordinauit raptim, non satisfaciebant illi, nolebat tamen vt illis vteretur in absentia Medicorum propter metum exagitationis humorum.

℞ *Rad. fœniculi* ʒ j. *pæoniæ, iridis, ana* ʒ vj. *herb. melissæ, betonicæ, ana* m. j. *parthenii, artemis. ana* m. s. *sem. dauci, petros. ana* ʒ ij. *carui, ammi, ana* ʒ j. *stech. Arab.* m. vj. *flor. lauend. tiliæ, ana* p. ij. Decoq. in ℔ j. aq. ad tertias, adde *syr. de betonica* ʒ ij. Mis.

℞ *M. pill. de hiera compos.* ϑ ij. *de benedict.* ϑ j. s. *troch. de agarico* ϑ j. *de myrrha* ϑ s. *cum syr. de artemisia vel betonica, s. pill. acuantur, si opus est, gr. diagrid. masticis, ana* v. *dosis pro vice est* ʒ vj. *vel* ϑ ij.

D. Ioan. Schröter adueniens sequentia ordinauit.

℞ *Acori* ʒ vj. *fœniculi, graminis, asparagi per noctem in vino albo temperatorum, ana* ʒ j. *Fol. betonicæ, melissæ, iuæ, primulæ veris, saluiæ, tanaceti, ana* m. s. *Fol. Mercurialis, cichorii, endiuiæ, chamed. ana* m. j. *senæ* ʒ ij. *sum. absinthii, mentæ, ana* p. ij. *borag. buglos. cum toto, ana* m. j. s. *Sem. anisi, fœniculi, ana* ʒ ij. *passular.* ʒ iij. *glycirrhizæ, ana* ʒ v. *Flor. cord. stechados, cichor. ana* p. j. *Flor. saluiæ, anthos, ana* p. s. Decoq. in s. q. aq. ad remanentiam ℔ j. ℥. *dissol. agarici recent. trochisc.* ʒ vj. *cinamomi, sem. pæoniæ, ana* ʒ iij. Adde *sacch.* ℔ j. f. syrupus.

Ad Epilepticos Brayllon. *Gallica.*

℞ *Theriacæ vel mythridati* ϑ iiij. Dissoluc *in*

℥ j. *succi rutæ*, cum penna vel linteolo extremo baculo alligato, palatum ac lingua affricentur.

℞ *Benzoin, mummiæ, picis nigræ, ana* ℈ j. Vniantur cum *succo rutæ*, f. suffitus pro naribus.

℞ *Benzoin* ℈ j. *castorei* ℈ ij. Dissolue in *oxymellis squillitici* ℥ xvj. Cum cochleari distractis dentibus ingeratur in os, extracto sanguine è pedis pollice pro viribus ægrotantis. Clyster

℞ *Decocti aristolochiæ, centauri minoris, calamintæ* ℔ j. In aqua dissolue. *Pulu. hieræ picræ, diacolocynthid. ana* ℥ vj. *Ol. chamomillæ* ℥ iij. *sacchari grossi rub. mellis communis, ana* ℥ vj. *salis gemmæ* ℥ ij. f. Clyster

Post Clysterem reficiẽdum corpus cibis bonis. Quo facto, melicratum imperandum ex decocto *hyssopi, stechados, calamenti, cum syrupis acetosis, oxymelle squillitico*, propinandum est. Deinde purgandum ex catholico & hiera picra. Nec omittenda missio sanguinis, si omnia cõsentiant. Initio venas è malleolo incidas, hypochondriis cucurbitulæ affigendæ, deinde scapulis. Non est metuendus vsus *ellebori, rad. pæoniæ*, sed cum iudicio. Electuarium quoque rhasis, cuius hæc est descriptio.

℞ *Pyrethri, siseleos, stechados, ana* ℥ j. *agarici* ℥ vj *cordumeni recentis & acuti, granorum paradys. asse opt. aristolochiæ rot. ana* ℥ xvj.

Excipiantur omnia *melle squillitico*. Detur a
uellanæ magnitudine ieiuno stomacho.

Et vngendũ caput detonsum ex *oleo anethi*
no, ru

no, rutaceo & maiorana, adiecto pulueris momento cyperi & ireos, florentinæ, ana ℈j. sem. seseleos & pæoniæ, ana ʒj. capillive, flor. rosmarini, ana ℈j. mastichis, cinamomi, ana gr. vj.

Curatio Epilepsiæ ex Dionys. Fonta. *Gallica.*

℞ Coriandri præparati ℥ iiij. cinamomi electi ʒ ij. ß. sem. anysi, marathri, palmæ Christi, ana ʒ ij. pæoniæ, visci quercini, ana ʒ xvj. pul. diacitoniten siue spec. ʒ ij. ß. macis ℈ ij. sachari ad pondus omnium, f. puluis. Vtatur in fine pastus.

℞ M. p. azaiareth, agarici trochisc. ana ʒ xvj. pill. sine quibus ℥ j. cum syrupo de hyssopo. f. pill. vj. pro ʒ j. adde pill. cochiarum ℈ ij.

Cape iij. aut iiij. horis ante cœnam, semel in hebdomada.

℞ Conser. flor. stechados, anthos, buglossæ, ana ʒ vj. cort. citri conditi ʒ vj. conser. rosar. ℥ vj. pulu. diamoschi dulc. diambræ, ana ʒ xvj. sem. palmæ Christi, visci quercini, ana ʒ ij. sem. pæoniæ, & rad. eiusdem luna decrescente collector. ana ʒ xvj. cineris cuculi, cineris hirundinis, ana ℈ v. cranei viri, ana ʒ xvj. cum syrupo de hyssopo, f. in forma opiatæ.

Cape ad q. castaneæ mane iij. horis ante pastū quater in hebdomada, desuper bibendo ℥ iij. aq. decoctionis hyssopi.

℞ Succi sampsuchi, sycla, ana ℥ xvj. vini albi ℥ j. iucis mosch. cubebar. ana ℈ ß.

Mis. f. Caputpurgium mane tepide ante pastum, continuando 4. aut 5. dies.

℞ Maluæ, bismaluæ, mercurialis, siclæ, brancæ vrsinæ, ana

næ, ana m.j. *centauri minoris, hyssopi, betonicæ, melissæ, ana* m.ß. *caricarum, passularum mundatarum, ana* p.vj. *flor. anthos, meliloti, chamomillæ, stechados, ana* p.j. *agarici* ʒ vj. f. decoctio. In colatura dissolue *catholici* ʒ j. *elect. Indi. maio.* ʒ vj. *elect. Indi. maio.* ʒ vj. *mellis anthosati quart.* vj. *ol. chamomillæ* ʒ iij. *salis gemmæ* ʒ j. Mis. f. Clyster.

℞ *Rad. acori, liquiritiæ rasæ, polypodii quercini, pæoniæ, ana* ʒ j. *buglossæ, borag. cum rad. betonicæ, melissæ, samsuci, hyssopi, ana* m. j. *capill. Ven. cichorii, endiuiæ non lotæ, ana* m. ß. *sem. melonum* ʒ iij. *anisi, fœniculi, ana* ʒ ij. *passular. mundatar.* ʒ j. *asar.* ʒ ij. *flor. borag. buglossæ, anthos, flo. stechados, genistæ, ana* p. ij. *fol. sennæ mundat.* ʒ vj. *sem. pæoniæ* ʒ vj. f. Decoctio ad ℔. ij. In qua dissolue *syr. de pomis redolentibus compositi Mesue de stechade, ana* ʒ iij. *buglossæ* ℥ ij.

F. Syrupus clarificatus aromatisatus cum *diambre & cinamomo* ʒ j. Vtatur iij. matutinis. Reiteretur Clyster. Reiteretur pului prædictus. Vtatur post pastum.

℞ *Pill. cochiar.* ʒ ß. *indarum, aggregatiuarum ana* ϑ j. *trochisc. anhandel.* gr. ij. *cum aq. melissæ* f. pill. vij.

℞ *Theriacæ veteris* ʒ j. *conser. buglossæ* ʒ xvj. Mis. pro mane sequenti.

℞ *Pul. capitalis* ℥ ij.

℞ *Theriacæ veteris* ʒ vj. *conserv. buglossæ* ʒ xvj. Mis. Capiat ʒ xvj. mane vj. horis ante pastum semel in hebdomade.

℞ *Ol. tartari* ʒ iiij. Reiteretur Opiata.

℞ Mj

℞ *Mythridatii* ℥ j. *conser. rosar.* ℥ vj. *syrup. de stechade.* f. Opiata. Vtatur vt dictum est.

Reiteretur apozema, in cuius decoctione addatur agarici recens trochiscati ℥ j.

Reiteretur puluis post pastum.

Reiteretur puluis capitalis.

℞ *Samsuci, gallitrichi serentis florem aureum, ana* ℥ ij. *vini albi* ℥ j. *pyrethri, sinapi, zinziberis, ana* ℈ j. Mis. f. Caputpurgium, vt dictum est.

Reiteretur Opiata.

Reiterentur pillulæ.

℞ *Catholici, sacchari rubri, ana* ℥ j. *hiera archigenis, diaphœnicis, ana* ℥ vj. *mellis anthosati* ℥ j. ß. *ol. chamomel.* ℥ iij. *salis gemmæ* ℥ j. ß. cum decoctione communi Clysteris addendo *agarici trochiscati* ℥ ß. *sem. anisi, carui, marathri, ana* ℥ iij. *stechadis Arabicæ, chamomillæ, ana* p. j. ß. f. Clyster. Detur cras mane hora 7.

Reiteretur puluis post pastum.

℞ *Catholici, cassiæ recens extract. ana* ℥ j. ß. *trypheræ Persicæ* ℥ j. *tamaryndor. infusor. in aq. flor. viol.* ℥ vj. *rhabarbari electi præp. in aq. endiuiæ* ℥ j. ß. *cum syrupo violato.* f. in modum opiatæ. De qua ad 4. nucis horis 4. ante pastum.

℞ *Triasantal. rhabarbaro duplicato* ℥ j. Capiat tabulam vnam mane horis iij. ante pastũ superbibendo parum aq. endiuiæ.

℞ *Lactis virginalis recenter facti aq. aluminosæ factæ per sublimationem, succi agrestis portulacæ, albuminis ouorum, aluminis, ana* ℔ ß. *succi citranguli, li-*

norum,

norum, ana ℥ iij. *farinæ cicerum, farinæ lupinorum, hordei, ana* ℥ ij. *sem. melonum, cucumeris mundat. ana* ℥ xvj. *gummi Arabici, tragacanthæ, ana* ℈ iiij.

Mis. f. linimentum quo liniatur facies sero & mane. Lauetur in decoctione furfurum & fabarum.

℞ *Rad. acori, liquir. rasæ, &c.* vt supra.

Ad Epilepsiam.

℞ *Hydromellis,* ℥ iij. in quo dissolue: *Pulu. hieræ picræ s.* ℥ iij. *vel* ℥ ß. *diaphœnicis,* ℥ j. ß. f. potus. Capiat mane hora v. si sit ver. f. illi syrupus laxatiuus, in quo sit bona pars *agarici & foliorum sennæ* mundatorum. Vtatur tali syrupo semel in hebdomada.

Post pastum vtatur seq. puluere:

℞ *Visci quercini, corallor. rub. rad. pæoniæ, anisi, ana* ℈. *cinamomi,* ℥ j. *coriandri præparati,* ℥ j. *saccharo rosati tabulati,* ℥ iij. f. puluis. Adde *xyloaloes,* ℈ j.

Mane vtatur seq. Electuario per duas horas ante pastum.

℞ *Spec. pliris arcotici, triasantal. duplicat. rosatæ nouellæ, ana* ℥ j. *corall. rubr. ossis de corde cerui, xyloaloes, pellicularum interiorum ventric. gallin. carabe, margaritarum electarum, ana* ℈ ß. *visci quercini,* ℥ ß. *corticis citri sicci,* ℈ j. *conserua bugloss.* ℥ iij. *sacch. dissoluti in aq. rosata, q. s.* f. Electuarium pro vna vice ponderis ℥ iij.

Gallica. *Ad Comitialem morbum affecto cerebro per se & ex consensu ventriculi.*

Brayllon Tagault.

Æger

Æger erat natura melancolicus, & macilentus, annorum 45.

℞ *Conſer. anthos, acori, roſarum, ana* ʒ vj. *mythridati veteris & electi* ʒ xvj. *viſci quercini, ſem. & rad. pæoniæ, ariſtoloch. rot coral. rub. ana* ʒ j. *cum oxymelite ſquillitico*, f. Opiata, capiat ʒ xvj. ſemel in hebdomada, ſummo mane & ſuperdormiat.

Ad concoctionem materiæ datur *ſyrup. de ſtechade, & oxymel* vel ſimplex, vel compoſitum, vel ſcylliticum.

℞ *Maſticis, vernicis, ana* ʒ iij. *ſtechados Arabici, maioranæ ſiccæ, roſar. rub. coriandr. ana* ʒ ij. *cort. citri ſicci, caryophyllorum, antheræ id eſt, ſeroſæ, Gr. Alkermes, ana* ʒ j. *macis* ʒ ß. Inter duos ſyndones cum *pauca bombace & raſura ſcarlatæ*, f. Cucupha & ponantur ſpecies plus in anteriore parte & ſiniſtra.

℞ *Rad acori,* ʒ vj. *ſaluiæ* m. j. *mellis opt.* ʒ iij. *aq: puriſſ.* ℔ j.

Bulliant ſimul ad perfectam deſpumationē.

Coletur, f. potus, clarificetur, aromatiſetur cum *nucis moſchatæ* ∋ j.

℞ *Hydromelitis* ʒ iij. in quo infunde *agarici electi recens trochiſc.* ∋ iiij. In expreſſione colata diſſolue *pulu. hieræ ſimpl.* ʒ iij. *vel* ʒ vj. *ſyr. violati* ʒ vj. f. potus. Detur mane hora vj.

In Epilepſia.

℞ *Rad. & ſem. pæoniæ, ana* ʒ j. *ſuccini albi, cornu cerui vſti, viſci querc. ana* ∋ ij. *rad. tormentillæ, cichorii, iridis, ana* ∋ j. *ſem. card. bened. ſpec. pliris arch. ana* ∋ ß. C.H.D.

℈ ß. *margar. præp. corall. rub. præp. ana* ℈ ß. *cubebar. macis, ana* ℈ ß. *sacch. penidii* ℥ j. Mis. f. puluis.

℔ *Cornu cerui vsti* ℈ j. *margar. præp. corall. rub. præp. ana* ℈ ß. *sacch. albiß.* ℥ iij. *aq. lil. conuall. dissoluti, affusis ol. de succino gutt.* iiij. *ol. cinamomi, macis, caryophyll. ana gutt.*

Mis. f. Conf. in rotulis.

C.H.D.

Matronæ cuidam nobili, quæ habuit paroxysmos duos Epilepticos, qui à ventriculo sumserant initium.

℔ Rad. *polypodii, fœniculi, galangæ, ana* ℈ j. *cal. aromat. pæoniæ, ana* ℥ j. *herb. primulæ veris, betonicæ, ana* p j. *fol. sennæ* ℥ ß. *turbith. el. agar. trochisc. ana* ℈ j. *zinziberis, cinamomi, sem. anisi, ana* ℈ ß. *flor. anthus* p. j.

Stent in infusione iuris gallinæ per horas 24. mane calefiant tantum. Colaturæ adde: *Mannæ el.* ℥ ß. *syr. de betonica,* ℥ ij. *el. diaphœnic.* ℥ j. ß.

Misce pro hausti solutiuo.

℔ *Syr. de betonica, de stechade, ana* ℥ j. *oxymellis squillit.* ℥ ß. *aq. betonicæ, fœniculi, artemisiæ, ana* ℥ ij. *cinamomi,* ℥ ß. Misce.

℔ M. *pill. cochiar. de hiera cum agar. ana* ℈ ij. *sine quibus* ℈ j. *arthritic.* ℈ ß. *extract. agar. helleb. nigri, ana gr.* vj. *cum aq. betonicæ.* f. pillulæ numero 50.

℔ *Conf. pæoniæ, anthus, lauendulæ, ana* ℥ iij. *conf. buglossæ,* ℥ ß. *zinzib. cond.* ℥ vj. *nucis mosch. cond.* ℥ vj. *cal. arom. cond.* ℥ iij. *mythridatii opt.* ℥ j. *rad. pæoniæ, cichorii, ana* ℥ ß. *sem. card. bened.* ℈ j. *fœniculi*

culi, ℈ j. galangæ, ʒ ß. ligni aloes, ℈ ß. cum syr. de cort. citri q.s. f. Conditum.

℞ Spec. dianthus, ℈ ij. extr. aromat. ros. ℈ ß. pæoniæ, zedoariæ, ireos, ana gr. ij. galangæ, scordii, ana gr. j. Misce f. conf. in rotulis, cum sacch. albiß. ʒ iiij. affusis, ol. cinamomi, anthus, ana gutt. j. f. Rotulæ.

℞ Rad. pæoniæ, ʒ ij. ireos illyr. cornu cerui vsti, ana ʒ ß. visci querc. ℈ ij. vngulæ alcis, sem. pæoniæ, ana ℈ j. cubebar. succini albi, ana ℈ ß. corall. rub. præp. margar. præp. ana ℈ ʒ. spec. pliris arch. ℈ j. sacch. candi, penidii, ana ʒ iij. ß. Misce f. Puluis.

Pro puero Epileptico. D. Schröterus.

℞ M. pil. cochiar. de hiera cum agar. alephangin. ana ʒ j. cum aq. betonicæ, q.s. f. Pillulæ 54.

℞ Syr. de stechade, mellis ros. ana ℥ ij. aq. betonicæ, maioranæ, fœniculi, ana ʒ iij.

Misce pro digestiuo.

℞ Spec. diamosch. dulc. diagalangæ, aromat. ros. ana ʒ ß. pulu. nucis mosch. cubebar. pulegii, sem. fœniculi, sileris mont. ana ʒ ß. rad. pæoniæ, sem. pæoniæ, ana ℈ ij. zinz. albi, cinamomi, ana ʒ j. galangæ, ℈ ij. ligni aloes, macis, caryophyll. ana ℈ j. conf. lauendulæ, rorismarini, ana ʒ ß. sacch. albiß. ℥ v. dissol. aq. betonicæ, q.s. f. Morsuli.

℞ Diacastorei, ʒ iij. mythridatii, ʒ ij. conf. anacard. theriacæ, ana ʒ ß. dianthus, ʒ ij. f. cum melle ros. elect.

℞ Theriacæ opt. ℥ ß.

℞ Ol. nucis mosch. ʒ ij.

℞ Aq. infusionis lauendulæ nost. ʒ viij.

℞ *Pulu. nigellæ, maioranæ, hellebori nigri, ana* ℥j. f. cum *ladano & styrace* liquida nasalia.

℞ *Herb. origani, pulegii, stechadis citr. serpilli, ana* m.j. *maioranæ*, m.ß. *stechadis Arab.* ℥ ß. *flor. lauendulæ*, p.iiij. f. Sacculus pro lixiuio.

Alteri Epileptico.

℞ *Extr. aromat. ros.* ℈ ß. *melissæ gr.* iij. *cardui gr.* v. *pæoniæ, scordii, ana gr.* vj. *sacch. albiß.* ℥ iij. ß. *dissol. aq. pæoniæ*, adde *conf. anthus*, ℥ ij. ß.

Misce f. conf. in Rotulis.

℞ *M. pill. cochiar. extr. de hiera cum agar. benedict.* f. Pillulæ instar Alephang. pro duabus dosibus.

℞ *Calaminthæ montanæ, Mercurialis, altheæ, meliloti, ana* m.vj.

Incidantur ad balneum aq. dulcis.

℞ *Conf. anthus, lauendulæ, pæoniæ, ana* ℥ ij. ß. *spec. pliris arch. dianthus, diamosch. dulc. diambræ, diamarg. frig. ana* ℈ j. *spec. diaphœnic.* ℈ iiij. *troch. alhandel*, ℈ j. *cum syr. de stechade q.s.* f. Conditum.

Pro Epileptico adolescente Polono.

℞ *Ext. cochiar.* ℈ ij. ß. *elleb. nigri gr.* v. f. Pillulæ numero xx.

℞ *Marrubii, hyssopi, castorei, ana* ℥ ß. *extr. hellebori nigri*, ℈ ij. *pæoniæ extr.* ℈ ß. *cum syr. de hyssopo q.s.* f. Pillulæ numero 41.

℞ *Rad. pæoniæ Rom.* ℥ ij. *visci querc.* ℥ j. *cornu cerui vsti, succini albi, cranei hominis, ana* ℥ ß. *sem. pæoniæ*, ℈ ij. *seseleos*, ℈ j. *cubebar. vngulæ alcis, spec. diamoschi dulc. ana* ℈ ß. Misce f. Puluis.

Custo

Custodis Warnicensis filius iuuamentū sensit ex his pillulis, quas Matthiolus prædicat.

℞ *Hyssopi, marrubii, castorei, ana* ʒ ß. *rad. pæoniæ,* ʒ ij. *asæ fœtidæ,* ℈ j. *ex succo hyssopi.* f. Pillulæ, 29.

D. Guarus Wigandus, Medicus Ioannis Marchionis easdem efficaciores fecit, vt etiam educerent aliquid peccantis materiæ.

℞ *Marrubii, hyssopi, castorei, ana* ℈ j. *extr. helleb. nigri,* ʒ j. ß. *pæoniæ,* ℈ ß. *cum succo hyssopi.* f. Pillulæ numero 43.

Epileptico:

℞ *Spec. diamosch. dulc.* ʒ j. *sem. pæoniæ excort. viscci querc. ex corylo, sem. fœniculi, sileris mont. ana* ℈ j. *ossium anteriorum cranei hum.* ʒ j. *theriacæ opt. mythridatii, ana* ʒ ij. *sacch. albiss.* ʒ iij. ß. *dissol. syr. de stechade,* addendo *conf. lauendulæ cum theriaca ex mythridatio.* f. Conditum solidum.

Alteri: ℞ *Pulu. epilept.* ℈ ij. *spec. diamoschi dulc.* ℈ j. *rad. pæoniæ pulu.* ℈ ß. *spec. dianthus,* ʒ ß. *sacch. candi.* ʒ j. Mis. detur puluis in *aq. epilep.* sumendus.

Epileptico & paralytico D. Schröterus Senior.

℞ *Ol. de succino,* ʒ ß. *sacch. solidi* ℔. ß. *dissol. aq. lil. conuallium. q. s.* f. Rotulæ.

℞ *Visci querc.* ʒ j. *cornu cerui.* ʒ j. *cordis lupini,* ʒ ß. scobis tritæ de occipitio cranei hominis suspendio interempti, ℈ ij. *ol. de succino.* ℈ ß.

Mis. & in vmbra exsiccentur, f. puluis subtilis.

℞ *Succini albi crasso modo pulueriz ati,* ʒ j. ß. pro fumo.

℞ *Ol. de spica, q. s.* inungantur nares.

D.I.S.

In Epilepsia filii cuiusdam nobilis.

PArentes suspicabantur tantum syncopen esse, qua corripiebatur æger, ego vero ex indubitatis signis cognoscebam morbum comitialem & quidem per consensum à ventriculo: Animaduertebam insuper hunc affectum certis periodis recurrere, præsertim luna inclinante, maxime vero cum nimium vel crapulæ vel veneri indulsisset:

I. Enema.

℥ *Herb. maluæ, althææ, atriplicis, Mercurialis, ana* m. j. *maioranæ, stechadis, centaurii min. flor. chamomeli, ana* m. ℥. *rad. ireos, pæoniæ, ana* ʒ j. ß. *sem. anisi* ʒ iij. *furfurum in petia ligatorum,* m. j. Coq. f. a. Colaturæ ℥ lb. j. *El. diaphœnicis,* ʒ ß. *lenitiui,* ʒ iij. *hieræ, s.* ʒ ij. *ol. chamomel. violacei, mellis rosati, s. ana* ʒ j. *saech. rub.* ʒ ß. Misce pro clystere.

Postea tenuiter hominem alebam, & præparabam humorem euacuandum tali potione.

II. ℥ *Pæoniæ,* ʒ j. ß. *galangæ,* ʒ j. *ireos,* ʒ ß. *fœniculi,* ʒ iij. *cichorii, polypodii, ana* ʒ ß. *sem. pæoniæ, card. bened. anisi, ana* ʒ j. ß. *carthami contusi,* ʒ iij. *herb. betonicæ, saluiæ, cap. Veneris, cuscutæ, mentæ, ana* m. ß. *flor. & fruct. cord.* m. ß. *fol. sennæ,* ʒ vj. *agar. trochisc.* ʒ j. ß.

Decoq. in duabus partibus aq. & vna vini ad tertias: Colaturæ ℥ ʒ ix. *syr. de betonica compositi, de prasio, oxymellis squillitici s. ana* ʒ j. ß. *ol. cinamomi gutt.* ij.

Misce pro potione tribus vicibus sumenda.

Quarto

Quarto die purgaui:

III. ℞ *Decocti prioris,* ℥iij. Infunde *rhabarb. selectiß.* ʒ iiij. *agar. trochiſc.* ʒj. *ſpicæ,* ʒ ß.

Stent per noctem, mane leuiter ebulliant: In expreſſa colatura diſſolue: *Mannæ el.* ℥j. *el. hieræ, ſ. diaphœnicis, ana* ʒj.

Miſce, inde plures quam 15. ſedes copioſas habuit.

Quinto die iuſſi eum quieſcere. Sexto die dedi:

℞ *Aq. flor. pæoniæ, lil. conuall. ana* ℥j. *mythridatii opt.* ʒj. *cum gutt.* ij. *olei cinamomi,* f. Mixtura.

Septimo die euacuationem tantum aliam per vomitum, quem ſciebam efficaciſſimum & accommodatiſſimum eſſe his vitiis, & viis expurgandis, quæ ventriculo diutius & tenacius inhæſerunt.

℞ *Pulu. rad. aſari in ſucco raphani* aliquoties infuſi & exſiccati ʒ ij. detur cum hydromelite; interdiu nude propino *rad. aſari,* ʒj. in paſſularum decocto, cum modico *cinamomi & ſyrupi violati*: Euomuit ſumpto hoc pharmaco bis vel ter materiam lentam & viſcidam, non tamen copioſe.

Poſtea vt eo tutius ab ingruente paroxyſmo præſeruarem, cum magno ſucceſſu præſcripſi rotulas & electuarium, vt de his quotidie horis matutinis aſſumeret alternis vicibus.

℞ *Cinamomi acutiß.* ʒ ß. *rad. pæoniæ, ſem. eiuſdem, ana* ʒ j. *cornu alcis, cerui raſi, ana* ʒ ß. *zinzib.*

galangæ, cubebar. ana ʒ i. *gr.* v. *spec. diamosch. dulc. aromat. ros. diambræ, ana* ʒ ß. *ol. caryophyll. macis, ana gutt.* j. *sacch. albiß.* ℥ iiij. *dissol. aq. epilepticæ nostræ.* Et f.s.a. confectio in rotulis.

℞ *Spec. aromat. ros.* ℥ j. *diambræ, diamoschi dulc. ana* ℥ ß. *pulu. visci querc. sem. pæoniæ, rad. pæoniæ, cornu alcis, ana* ʒ ij. *mythridatii veteris,* ℥ ij. *theriacæ veteris,* ℥ j. ß. *conf. flor. anthos. betonicæ, ana* ℥ ß. *syr. de menta, q.s.*

Misce pro molli electuario.

His plene restitutus & præseruatus est.

I. S. D.

In Epilepsia grauidæ.

HÆc aliquoties superioribus annis Epilepsia correpta est: Tandem etiam cum vterogereret, & ad quintum mensem peruenisset, denuo hoc morbo corripiebatur aliquoties & quidem grauissime: Ego cum aduenissem, inueni prandentem, in ipso autem prandio denuo correpta concidit; in ipso igitur paroxysmo nihil aliud dabam, quam emulsionem seminum pæoniæ, vnde ad se reuersa lamentari & lacrumari cœpit misere: Vt igitur illam præseruarem ab imminente paroxysmo, instituta prius accurata victus ratione, iussi vt loco vini vteretur decocto passularum cum mastiche. Erat autem cacochymica, quod euacuatione indigebat, quam tentare non audebam in corpore tam lubrico & humido; erat enim maxime corpulenta: Fallebam tamen & ipsam & maritum seq. electua-

rio,

rio, quod pro corroboratione me dediſſe ſimulabam:

℞ *Conſ. roſ.* ℥ j. *rhabarb. ſelectiſs.* ℥ j. *ſpicæ pulueriz atæ gr.* iij. Miſ. Inde habuit vj. ſedes copioſas.

Circa veſperam autẽ & poſtridie multo melius habuit; volui tamen, vt tutior eſſet à paroxyſmo vt quotidie duabus ante prandium horis aſſumeret ℥ ß. de hoc electuario.

℞ *Caricar. ping. per ſetaceum expreſs.* ℥ iiij. *medullæ, ſem. carthami,* ℥ ß. *rhabarb. el.* ℥ ij. *caryophyll.* ℥ ij.

Miſce cum *ſyrupo de corticib. citri.* f. Electuarium.

Interim etiam iniunxi, vt illis diebus, quibus hoc electuario non vteretur, ſumeret per horam ante prandium de conſerua *flor. pæoniæ,* ℥ ij. His cum ſic vſa fuiſſet, ſemper ab hoc morbo, quoad vixit, tuta fuit, & enixa eſt filiam ſanam: Elapſo tamen ſeſquianno poſt partum apoplexia mortua eſt. Viuebat autem inordinatiſſime.

In Epilepſia filiæ Archipincernæ Electoralis. I. S. D.

FRequentiſſime corripiebatur hoc paroxyſmo, adeo vt intra vnius horæ ſpacium quinquies concideret, cum ingenti totius corporis concuſſione. Contraxerat autẽ hunc morbum ex eſu fructuum horariorum crudorum & lactis nimia ingurgitatione. Quare in ipſo paroxyſmo propinabã illi de aqua epileptica noſtra, & nari-

bus admouere iussi rutam manibus tritam, interdum etiam succini oleum, cuius odore ad se rediit. Descriptio aquæ epilepticæ talis est:

℞ *Flor. lil. conuall.* ℥ ix, *flor. lauendulæ, betonicæ, ana* ℔ß. *flor. tiliæ, verbasci odorati, ana* ℥j. ß, *rad. pæoniæ, sem. eiusdem, ana* ℥j. ℥ij. *rad. aristoloch longæ,* ℥vj. *visci querc.* ℥vij, *visci corylorum,* ℥j. ß. *cubebar.* ℥ß. *piperis nigri, castorei pontici, ana* ℥ij.

Incidantur & conquassentur, infundantur in *vini maluatici mensura,* j. per tres septimanas, maneantq; in loco calido vel soli exposito, & quotidie agitentur, denuo destillentur in balneo Mariæ in vasis vitreis.

Post paroxysmum propinaui hausturn sequentem:

℞ *Aq. pæoniæ, saluiæ, vini, ana* ℥j. Infunde *rhabarb. selectiß.* ℥j. *trochisc. de agar.* ℈ij. ß. *fol. sennæ,* ℥ß. *spicæ, gr.* iij. *zinziberis,* ℈ß.

Stent in infusione per noctem. Mane post vnam atque alteram ebullitionem colentur: In colatura dissolue: *Mannæ el.* ℥j. *oxymellis helleborati nostri,* ℥iij.

Misce, inde habuit octo copiosas sedes & vnum vomitum crudæ & viscidæ pituitæ.

Post cuacuationem volui, vt vteretur hac potione quotidie inde sumendo ℥iij.

℞ *Aq. pæoniæ, betonicæ, fœniculi, cinamomi, ana* ℥ij. *syr. de menta, de betonica comp. oxymellis squillit. simpl. ana* ℥j. ß. Misce, sumpsit 7. diebus continuis ante prandium.

Tan-

Tandem vsa est his pillulis:

℞ *M. pill. hieræ cum agar. cochiar. aggregat. ana* ʒ ß. *cum aq. pæoniæ.* f. pill. instar alephanginarum, deaurentur.

Medietatem sumpsit primo die cum custodia mane alteram postridie, inde commode euacuata est denuo: Postea vt illam in posterũ præseruarem, præscripsi puluiſculum, de quo sumpsit alternis diebus ʒ ß. in *aq. lil. conuall. cum syr. de succo pæoniæ* dulcorata.

℞ *Pulu. rad. pæoniæ,* ʒ j. *cornu cerui vsti, cornu alcis, corall. rubr. præpar. nucis mosch. viſci querc. ana* ϑ ij. *margar. præpar. boli armeni, ana* ϑ j. *galangæ,* ʒ ß. *cardamomi, cinamomi acutiß. ana* ϑ ij.

Miſce pro Tragæa.

His feliciter curata & præseruata est.

Pro fœmina epileptica. *F. D. H.*

Huic ante omnia præscripsi pillulas caput euacuantes.

℞ *M. pill. ſine quibus de hiera cum agar. cochiarum, ana* ϑ j. *diagrydii gr.* ij. *cum aq. betonicæ, q. ſ.* f. Pillulæ.

In paroxysmo detur aliquid de aqua epileptica. Inde pro confortatione cerebri vtatur:

℞ *Rad. pæoniæ,* ʒ j. ß. *viſci quercini,* ʒ j. *cornu cerui vsti, ſuccini albi, ana* ʒ ß. *ſem. pæoniæ,* ϑ ij. *cubebar. vngulæ alcis, flor. anthus, ſpec. dianthus, pliris arch. ana* ϑ j. *ſacch. albiß.* ʒ iij. Miſce, detur puluis.

Sumat etiam quotidie de rotulis & condito alternatim.

℞ *Spec. dianthus,* ℥ j. *pliris arch. aromat. rosati, ana* ℥ ß. *sacch. albiß.* ℥ iij. ß. *dissol. aq. melissæ & affusis, ol. cinamomi, nucis mosch. succini, ana gutt.* iij.

Misce f. conf. in Rotulis.

℞ *Conf. pæoniæ, anthus, buglossæ, ana* ℥ iij. *nucis mosch. conditæ, numero* j. *mythridatii opt.* ℥ ij. *rad. pæoniæ. cichorii, cort. citri, sem. card. bened. fœniculi, ana* ℈ j. *cum syr. de corticib. citri. q.s.* f. Conditum.

In accessione paroxysmi vtatur hac aqua.

℞ *Aq. rutæ, lilii conuallii, tiliæ, card. bened. ana* ℥ j. ß. *epilepticæ nostræ,* ℥ j.

Misce, Significetur Aqua.

Interdum in hac aqua admiscui theriacæ vel mythridatii aliquid. Purgaui etiam eam hoc electuario, cuius dosis est triplicata:

℞ *El. diaphœnicis,* ℥ ß. *è succo rosar.* ℥ v. *ros. mes. diacarthami, ana* ℥ iij. *lenitiui,* ℥ vj. *cons. pæoniæ,* ℥ j. ß.

Misce pro electuario trium dosium.

Empyrica.

F.H.D. Epileptici pueri nobilis cura.

℞ *Pulu. puerorum, spec. diapæonias, ana* ℥ ß. *rad pæoniæ, gran. pæoniæ, visci quercini, ana* ℈ j. *corall rub. cornu cerui vsti, ana* ℈ ß. Misce f. Puluis.

℞ *Aq. flor. tiliæ, lilior. conuall. ana* ℥ j. ß.

Misce in vrceolis.

℞ *Syr. de hyssopo,* ℥ ij. ß.

℞ *Rad. pæoniæ incis. & granorum collo ac manibus aptandorum.*

℞ *Spec. diapæonias, rad. pæoniæ, visci querc. ana* ℥ j. *sacch. opt.* ℥ j.

Misc

Miſce f. puluis, detur nutrici.

℞ *Aq. flor. tiliæ, lil. conuall. hyſſopi, ana* ℥ j. ß.

Miſce detur nutrici.

Puerulo Epileptico. F.H.D.

℞ *Aq. flor. tiliæ, lil. conuall. ana* ℥ j. ß.

℞ *Pulu. puerorum, ſpec. diapæonias, pulu. viſci quercini, ana* ℈ ß. *rad. pæoniæ,* ℈ j. Miſce f. Puluis.

℞ *Syr. viol. è glyciriza, ana* ℥ ß. *de hyſſopo,* ℥ j. Miſ.

Pro filiolo epileptico. F.H.D.

℞ *Roſ. rub. mentæ, ana* m. ß. *ſaluiæ, abſinthii, ana* p. j. *zinziberis toſti, nucis moſch. toſtæ, ana* ℥ ij. ß.

Inciſa & commixta dentur in charta.

℞ *Pul. puerorum, viſci quercini, rad. pæoniæ, gran. pæoniæ, ana* ℥ j. *cornu alcis,* ℥ ß. *vnicornu, ſuccini, ana* ℈ j. Miſce f. Puluis.

℞ *Aq. flor. tiliæ, lil. conuall. ana* ℥ j. Miſce.

Contra Epilepſiam.

℞ *Mures domeſticos numero* vj. duos paruos ℞ vno magno, excoria eos, caudam & caput abiice, reliquum corporis truncum in puluerem redige, præbe patienti in *aq. tiliæ.*

Ab Electore Saxoniæ Iohanne patre captiui probatum eſt in magnis caſibus.

Item: ℞ *Succi rutæ,* ℥ ij. *vini ſublimati opt.* ℥ ß. *pulu. rad. pæoniæ,* ℥ ß. *caſtorei,* ℈ iiij.

Cum vitro acuto hunc puluerem naribus inſpira, & non cadet. Probatum eſt.

Contra Epilepſiam.

℞ *Succi rutæ* ℥ ij. ß. *vini ſublim.* ℥ ß. *rad. pæoniæ pulu.* ℥ ß. *caſtorei,* ℈ ß. Infunde naribus.

Aliud:

Aliud:

℞ *Hirundin. iunior. puluerisa*, adde de *castoreo & aceto destillato.* Bibat ieiuno stomacho ad dies xv. & recte curabitur probaui. Adde in decoctione *rad. pæoniæ* luna decrescente collectæ.

Aliud mirabile.

℞ *Spicas farris*, cũ incipit matureſcere, comburc in puluerem, de quo dabis Epileptico pondere aurei j. in *aq. pæoniæ.* Et mox sanabitur. Verum.

Cranium hominis & ossa brachiorum combustum & bibitum cum *syr. squillitico* mirabiliter sanat Epilepticos per nouem dies.

D. S. S. Puluis contra Epilepsiam.

℞ *Pullorum cuculi, hirundinum concrematorum, vngulas asini, alcis, ana* ʒ j. ſ. *frag. cranei ex mumia* ʒ ij. *spumæ maris* ℈ ij. *corall. rub.* ʒ j. *sem. pæoniæ* ʒ iij. *rutæ* ʒ j. *rad. pæoniæ* ℥ ß. *stechadis Arabicæ* ℈ ij. ß. *cornu cerui vsti cum aq. primulæ veris extincti* ʒ ij. *visci querc. rad. pyrethri, aristoloch. rot. ana* ʒ j. *conf. diamosch. dulc.* ℥ iij. *sacc. albi,* ℥ j. f. puluis subtilis ℞ vsu

F. H. D. In ipso paroxysmo Epileptico nullũ vnquam auxilium præstantius expertus sum, quam frictiones validas ac violentas brachiorum, scapularum, crurum & ipsius dorsi cum pannis asperioribus & pilosis. Deinde synapismus plantis pedum applicetur talis:

℞ *Baccar. iuniperi* ʒ iiij. *pulu. cort. rad. ebuli* ℥ j ʒ j *sem. sinapis* ℥ j. ʒ ij. *comarum absinthii* m. j. *solis* ʒ j *farinæ fœnugræci* ℥ ij.

Incor

Incorporentur aceto pro cataplasmate, quod cum linteolis exceptum plantis pedū applicetur pro vna vice, & sic pro altera.

Deinde tale cauterium post aures applicetur:

℞ *Sem. sinapi, cantharidum, ana* ʒ ß. *fermenti acris* ʒ ß.

Misce pro vesicatorio.

Hoc vesicatorium applicetur prope infimam auriculam in connexione maxillæ in vtroq; latere. Hac enim ratione subita fit reuulsio materiæ cerebri ventriculis pertinaciter impactæ.

Aqua mea Epileptica talis est. F.H.D.

℞ *Lauendulæ, roris marini, anthus, ana* m. ß. *spicæ, maioranæ, saluiæ, Flor. sambuci, ana* p. j. *Fol. rutæ, indi, lauri, betonicæ, pæoniæ, menthæ, serpilli, pulegii, origani, calamenti, ana* m. ß. *gran. iuniperi, baccar. lauri, ana* ʒ ij. *Sem. pæoniæ, anisi, fœniculi, sileris montani, ana* ʒ ij. *sinapis, erucæ, ana* ʒ j. ß. *Rad. pæoniæ* ʒ iiij. *ireos, enulæ campanæ, pimpinellæ, angelicæ, ostrutii, pyrethri, asari, ana* ʒ ij. ß. *Arom. cinamomi* ʒ ß. *zinziberis, galangæ, nucis mosch. cubebar. macis, caryophyll. ana* ʒ j. ß. *Gran. paradisi, zedoariæ, cardamomi, croci or. piperis nigri, longi, albi, ana* ℈ ij. ß. *calami odorati* ʒ iij. *stechadis Arab. spicæ Ind. schænanthus, ana* ʒ j. *visci quercini Maio collecti* ʒ j. *castorei, Flor. lil. conuall.* m. iij. *spec. diamoschi dulc.* ʒ j. ß. *diapæonias* ʒ ß. ʒ ij. *diaprassii* ʒ v. *pliris arch.* ʒ iij. *pulu. apoplectici nostri* ʒ ß. *pulu. epileptici nostri* ʒ j. *vini sublimati ter destillati* ℔ iiij. *vini Rhenani odorati opt.* ℔ v. *aq. pæoniæ* ℔ ß. *aq. saluiæ, lauendulæ, spicæ, ana*

ana ℥ iiij. *Flor. Tiliæ, flor. lil. conuall. hyssopi, ana* ℥ iij. *roris marini* ℥ iiij. *maioranæ* ℥ iij.

Stent infusa per dies 9. post destillentur l. a. Sgn. *Aqua Epileptica.*

F.H.D. Puluis Epilepticus noster.

℔ *Bregmatis hominis combusti* ℥ ß. *Sem. pæoniæ excorticat.* ℥ ij. *tormentillæ, visci querc. vltima quadra collecti, ramentor. eboris, vnicornu, vngulæ alcis el. ana* ℥ j. *pulu. fol. pentaphylli, betonicæ, ana* ℥ ij. *succini albiss.* ℥ j. ß. *animæ antimonii præp.* ℥ ß. *coaguli leporis. hœdini, ana* ℥ j. ß. *castorei, masticis, opopanacis, ana* ℥ ß. *folii auri numero* xij. f. l. a. puluis. Significetur *Puluis Epilepticus.*

Vel: ℔ *Rad. pæoniæ vltima quadra collect.* ℥ j. ß. *cranei hominis* ℥ iij. *corall. rub. cornu cerui vsti, margar. non perforat. ana* ℥ j. *castorei opt. spec diapæonias, ana* ℥ j. ß. Tritis & commixtis singulis. f. l. a. puluis. Sign. vt supra, *Puluis Epilepticus.*

F.H.D. ℔ *Ol. de castoreo* ℥ iij. *rutacei* ℥ ij. *Ol. succini albi* ℥ j. *Rad. pæoniæ, gran. pæoniæ, ana* ℥ ij. *visci querc.* ℥ j. ß. *Sem. nigellæ nigr. rutæ, hyssopi, lauendulæ, castorei, ana* ℥ ß. *Flor. tiliæ, flor. lil. conuall. stechadis, ana* ℥ ß. *spec. diapæonias* ℥ j.

Puluerizatis singulis cum cera q. s. & pauca resina, f. Emplastrū Epilepticum, de quo extendatur super aluta, q. s. & f. Emplastrū bene densum, futuræ coronali in ipso paroxysmo applicandum; obducatur syndone rubeo. Significetur *Emplastrum Epilepticum.*

Alteri

Alteri cuidam Epileptico lauabam brachia & crura hoc fotu, adhibita ſpongia. F.H.D.

℞ *Herb. calamenthi, betonicæ, ana* m.ij. *hyſſopi, ſaluiæ, rutæ, maioranæ, ana* m.j. *Flor. tiliæ, lil. conuall. ana* m.ß. *ſtechadis mont.* m.ß. *arabicæ* p.j. *Rad. pæoniæ* ℥j.

Incidantur craſſiuſcule, ſignificetur; Herbæ pro lotione crurum à genu ad pedes, & brachiorum à cubito ad manus.

Clyſter, cuius mentio ſupra facta eſt:

℞ *Herb. maluæ, altheæ, atriplicis, mercurialis, ana* m.j. *maioranæ, chamædryos, chamæpythios, betonicæ, ara* m.ß. *Rad. ireos, pæoniæ, ana* ℥j.ß. *Sem. aniſi* ℥iij. *furfurum in petiam ligat.* m.j. Coq. ſ.a.

Colaturæ ℞ ℔.j. *el. diaphœnicis* ℥ß. *lenitiui* ℥iij. *hieræ ſ.* ℥ij. *Ol. rutacei, laurini, anethini, ana* ℥j. *lauendulæ, ana* ℥ij. *Pulu. rad. pæoniæ* ℥j.ß. *pulueris noſtri Epilept.* ℥j. *mythridatii opt.* ℥j. *cum ſyr. de hyſſopo q.ſ.* f. Electuarium, detur veſperi ſub ingreſſu lecti, & ore detentum deglutiatur.

Si Epilepticus bibat in die aliquoties hauſtum vnum, conualeſcet. F.H.D.

℞ *Amygd. dulc. numero* iij. *nucum Ital. decort. numero* ij. *gran. iuniperi numero* iiij. *nucis moſch. num.* j. *zinziberis contuſi* ℥ß. *caryophill.* ℥j. *thuris albi* ℈j. *oxycrocei* ℈j. *vitellorum ouorum contuſorum num.* ij.

Terantur ſubtiliter, affunde ℔. ix. vini aromatici, coq. in olla noua bene obturata luto ſapientiæ vſque ad tertias: Inde bibat patiens.

Ego

F.H.D. Ego vino aromatico vtor eiusmodi.

℞ *Nucis Indicæ* ʒ ij. *caryophill.* ʒ j. *cinamomi* ʒ ij. *nucis mosch. macis, gran. paradisi, zinzib. albi, ana* ʒ j. ß. *sem. anisi, fœniculi, cymini, ana* ℈ ij. *sacch. albiss.* ℔ ij. *vini Rhenani opt. mensuras* vj.

Mis. f. l. a. Claretum stomachicum.

F.H.D. Hac etiam mixtura sequente in Epilepsia feliciter vtor:

℞ *Sem. pæoniæ, sileris montani, seseleos, ana* ʒ j. *visci querc.* ʒ ij. *Rad. pæoniæ luna decrescente coll.* ʒ vj. *cuculi præp. & pulverizati vnius, nucis myristicæ numero* viij. *Flor. tiliæ* m. j. *lil. conuall.* m. j. ß. *Rad. pyrethri* ʒ j.

Ponantur in vitrum, & superinfundatur vini rectificati (hoc est, clareti nostri supra scripti) stent in calore lento per triduum. Deinde effunde vinum & aliud super infunde, tertio die iterum effunde; donec non amplius coloretur. Hoc abstractum seruetur ad vsum. His admisce seq.

℞ *Rad. pæoniæ luna decresc. coll.* ʒ j. *summitat. roris mar.* m. j. *herbæ crescentis in agro habentis florem cœlestinum album & croceum,* Stiffmütterchin/ m. ij. *rad. pyrethri,* ʒ j. *tormentillæ,* ʒ j. *flor. lil. conuall.* m. ij.

Hæc coq. in vino ad consumptionem medietatis vase obstructo: Colentur, expressioni adde: *Sacch. albiss.* ʒ vij. Et permisceantur ad dissolutionem lento igne, iunge omnia, & habebis Medicinam perfectam, quæ præseruat ab Epile-

Epilepsia, si detur hausſtus patienti ante paroxysmum.

Interdum vsus sum hoc Nasipurgio: F.H.D.

℞ *Succi rutæ,* ℥ ij. ß. *vini sublimati,* ℥ ß. *rad. pæoniæ pulu.* ℥ ß. *castorei,* ℈ ß.

Misce, Sprütze es jhm in die Nasen.

Folia Persicorum mirabiliter confortant cerebrum. Alij puluerem talpæ combustæ miscent & propinãt epileptico cum *aq. boraginis q. s* Sunt qui puluerẽ catelli adhuc lactantis præbent cum *aqua pulegii.*

Remedium præseruans pueros ab Epilepsia.

℞ *Castorei,* ℥ ß. *rad. pæoniæ,* ℥ iij.

Coquantur simul in vino. Hoc vino laueñtur per totum corpus infantes statim postquam ex vtero matris egressi sunt.

Aliud:

℞ *Felem marem pro maribus, fœminam pro fœminis, in ipso paroxysmo epileptico, eique præscinde tertiam caudæ partem, inde* iij. *guttæ sanguinis erumpent.* Has guttas protinus da patienti in *aq. flor. tiliæ.* Hanc artem venator quidam antiquus me docuit. Ego vero experiri nunquam volui. Tutius est *fel canis masculi* pro maribus, fœminæ pro fœminis; da in aceto *vini fortissimo*, sudet optime. Vel: ℞ *Epar recens talpæ,* puluerizatum detur in vino. Item: *Cerebrum cerui,* propina in *aq. rutæ:* Vel da *medullam cerui in cereuisia calefacta.* Lapidem in capite anguillæ repertum puluerizatum in vino exhibe.

Vera sunt autem experimenta quæ sequuntur, quibus fidem meam interponere non erubesco.

Conditum pro Epileptico.

℞ *Visci quercini, ossium interiorum cranei de mumia, ana* ℥ j. *Rad. pæoniæ decresc. luna collectæ* ℥ j. *sem. pæoniæ excort. corall. rub. ana* ℥ ß. *spec. diamoschi dulcis* ℥ j. ß. *sacch. albiss.* ℥ viij. *dissol. syr. de stechade, adde conf. flor. rorismarini* ℥ j. f. Conditum solidum, inauretur.

Dosis: Quantitas nucis iuglandis in aq. flor. Tiliæ, aut Epileptica mea.

℞ *Rosar. rub. ligni aloes, ana* ℈ j. *ladani, styracis cal. ana* ℥ ß. *caryophyll. stechadis Arab. macis, corall. rub. rad. pæoniæ, ana* ℈ ß. *moschi, ambræ, ana gr.* j.

Mis. f. puluis vt Alcohol.

Hoc puluere vesperi ante ingressum lecti, fricetur commissura coronalis, licet etiam cũ linteo applicare illum fronti, &c.

℞ *Blacca Byzant. styracis cal. rad. pæoniæ, ana* ℈ ij. *spicæ nostræ, rutæ, ana* ℥ ß. *spec. diamosch. dulc. nucis mosch. ana* ℥ ß. *macis, ligni aloes, thymi, caryophyll. ana* ℈ ß.

F. cum styrace liquida pomum, cooperiatur syndone, odoret ieiuno stomacho, & si opus est noctu.

Tria stercora passeris in lacte muliebri dissoluta ac bibita iuuant: Et tamen passeres creduntur perpetua Epilepsia laborare. *D. Slecerus* expertus est in Epileptico, iuuare cantharidem vnum,

num, abiecto capite, alis & pedibus, tritum, in vino exhibitum. Dicebat se hoc secretum habere à quodam monacho. Ego vero id nunquam experiri volui. Dicunt Medici, experientia probatur esse, *Ol. amygdalar. dulcium cum saccharo penidii* infanti ante lactationem exhibitum, ac deinde etiam post lactationē per aliquot dies continuatum, præseruare ab Epilepsia. Cum cerebro vulpis, tangantur partes intra fauces pueri, & præseruabitur, &c.

Pro pueris cadentibus misceo saccharum penidii cum lacte nutricis, & puero imbibo: Vel:

℞ *Sacchari bene solidi* ℥ ij. f. cum *ol. amygd.* dulcium & sesamino vnguentum, & cū digito pono in os pueri, dum dormiat, & euigilanti denuo exhibeo, idque reitero ad quartum vsque diem, & præseruatur ab hoc malo. Prodest etiam *fel lupi cum moscho* in principio & fine mensis, naribus impositum. Mater infantis bibat quotidie *syrupum de cichoreo cum vrina calida* semper ante lactationem: Zonam quoque super caput continuo portet ex pelle frontis asini: cingulum etiam ex pelle lupi, nuda cute gestet: Nutrix masticet Cardamomum, & parum imponat in os pueri, dum lactat: Rectificentur membra infantibus conuulsa, manibus inunctis *ol. amygd. dulc.* Aperiatur venter pulli hirundinis, inuenientur in eo duo lapides, alter vnius coloris, alter diuersorum colorum, ligentur ambo in corio vituli, & suspendantur de collo patientis.

℥ *Scyllam, frustatim incide in vase terreo polito, in quo prius fuerit mel forte, vt remittatur acuitas eius, deinde cooperiatur corio vel luto, & ponatur in solem loco aprico 40. diebus canicularibus, moueatur singulis horis, vt in omnibus partibus sol tangat; Quicquid hinc defluxum reperitur simul cum expressa scylla*, inde fiat Electuarium.

Pueris detur medium cochlear, adultis magnum, singulis diebus, &c.

Smaragdus collo appensus iuuat.

In paroxysmo.

Si in casu admota Asa resurrexerit, aut si thymo naribus admoto surrexerit, curabile est malum, *secundum Alexandrum*. *Theodorus* inquit, si de maioribus pedum digitis sanguis fluxerit, aut alias emissus liniatur ad labia & frontem patientis, surget. Licinia tincta in duabus partibus pinguedinis castorei, & vna parte succi rutæ, & naribus imposita, excitat à paroxysmo.

Vrina apri cum tota vesica siccata in furno per 6. aut 7. dies exhibita, singulis diebus drachma vna prodest.

Fimus ciconia epilepticos curat datus cũ aqua.

Admoueatur *smaragdus orificio ventriculi, & tria stercora passeris in lacte mulieris* exhibita prosunt: Vulneretur æger *adamante acuto*: & *fel canis eluta vesicula* aceto, & hinc affuso aceto valet: Sumatur autem *fel ex cane sexu & ætate agro* respondente.

Cor, epar & pulmo perdicis pulueri zentur cum succi-

succino albo, viſco quercino & vnicornu exhibentur tutißime.

℞ *Vngulæ alcis* ℥ j. *medietatem aurei Vngarici* ſubtiliſſime triti, *viſci querc. viſci ex pyro, ex corylo, ex betula, ana* ℥ j. ß. *gran pæoniæ, flor. alborum, nu.* 20. *ſem. rapi,* ℥ j. *corall. rub. margar. præp. ana* ℥. ß. *medullam Aetitis, Terenda terantur.* Miſce f. puluis de quo infanti detur, ℥ ß. *puero,* ℥ j. *viro,* ℥ ij. *in* ij. *cochleariis aq. flor. tiliæ.*

Alexander habet experimentum mirabile, ꝙ ſe accepiſſe dicit à ruſtico in Tuſcia: Ait ſe tritam habuiſſe rutam, eam exhibuiſſe lunatico cadenti, & ſurrexiſſe ſanum.

Puellæ ſeptem annorum epilepticæ D. Caſpar Hoffmannus hæc ordinauit:

℞ *Rad. & ſem. pæoniæ, ana* ℥ j. *ſuccini albi, cornu cerui vſti, viſci querc. ana* ℈ ij. *rad. tormentillæ, cichorii, iridis, ana* ℈ j. *ſem. card. bened. ſpec. pliris arch. ana* ℈ ß. *marg. præp. corall. rub. præp. ana* ℈ ß. *cubebar. macis, ana* ℈ ß. *ſacch. penidii,* ℥ j. Miſce f. Puluis.

℞ *Cornu cerui vſti, marg. præp. corall. rub. præp. ana* ℈ ß. *ſacch. albiß.* ℥ iiij. *diſſol. aq. lil. conuall. affuſis ol. ſuccini gutt.* iiij. *ol. cinamomi, macis, caryophyll. ana gutt.* j.

Miſce f. conf. in Rotulis.

Infuſio liliorum conuallium.

℞ *Flor. lil. conuall. recent.* ℔ ij. *herb. paralyſis, flor. pæoniæ rec. ana* m. j. *ſtechadis,* p. ij. *ſaluiæ, betonicæ, hyſſopi, rutæ, ana* m. ß. *ſem. pæoniæ, viſci querc. ana* ℥ j. *rad. pæoniæ,* ℈ iiij. *Ariſt. rot. pyrethri, ana* ℈ ij. *caſtorei,* ℈ j.

rei, ℈ j. *galangæ maioris, zinziberis, sem. seseleos, cardamomi, ana* ʒ ß. *cubebar. ligni aloes, nucis mosch. anæ* ℈ ij. *macis, caryophyll. cinamomi el. ana* ʒß. *spec. diamosc. dulc.* ʒ j. *diambræ, dianthos, ana* ʒß.

Incisa & contusa ponantur in cucurbita vitrea superinfundendo *vini maluatici* tantum, vt emineat supra herbas ad altitudinem trium digitorum, ponantur ad solem per dies 30. Post destillentur in alembico vitreo per balneum M.

Aqua liliorum conuallium simplex.

℥ *Flor. lil. conuall. recent.* ℔. ij. affunde *vini Rhenensis opt.* tantum, vt emineat supra herbas 3. digitorum. Insoletur spacio vnius mensis, deinde destilletur per balneum Mariæ.

Aqua picarum compos.

℥ *Sem. pæoniæ & rad. eiusdem, ana* ʒß. *aristolochiæ longæ,* ʒ iij. *visci quercini,* ʒß. *castorei, pyrethri, ana* ʒ j. *flor. stechadis Arab.* ʒß. *lilior. conuall.* ʒ j. ß. *primulæ veris, pæoniæ, ana* ʒ vj. *lauendulæ, rorismarini, ana* ʒ v. *fol. saluiæ, maioranæ, betonicæ, hyssopi, ana* ʒß. *cinamomi el. caryophyll. nucis mosch. cardamomi, cubebar. ana* ʒ j. ß.

Singulis grosso modo contusis & incisis infunduntur in *aquis lil. conuall.* ℔. iij. *flor. tiliæ,* ℔. j. ß. *primulæ veris,* ℔. j.

Deinde ℥ *pullos picarum numero* xx. *bulliant in aq. lil. conuallium,* ℔. j. ß. ad consumptionem medietatis, deinde incidantur minutim, & cum prædicta infusione destillentur in balneo Mariæ.

Tempo-

Tempore paroxysmi, funde in os *aq. hirundinum gutt.* iij. *vel* iiij. Misce cum *aq. tiliæ, hyssopum* etiam recentem naribus applica, & fricanares.

SPICILEGIVM VIII.

DE MORBIS NERVORVM: Paralysi, Conuulsione, Stupore ac Tremore.

Aphorismi ad neruos: Vide Hipp. 5. Aph. 16. & 18. 6. Apho. 19. & 7. Aph. 29. In paralysi: Vide Hipp. 2. Apho. 42. & 43. 3. Aph. 16. & 23 & 31. 7. Aph. 51. & 56. & 57.

SEQVVNTVR Morbi neruorum, in quibus actio animalis facultatis aut aufertur, vt in paralysi, aut debilitatur, vt in stupore, aut deprauatur dupliciter, vel quia partes mouentur ad suam primam originem, & fit cõuulsio siue spasmus, vel quia mouentur sursum ac deorsum, & fit tremor. Primo igitur de Paralysi agendum.

Paralyseos Catholica.

PAralysis Græcis etiã est παράλυξία & παράλυσία: *Latini* resolutionem dicunt. Est autem duplex; Altera consistit in ablatione motus tantum; altera in ablatione sensus & motus simul: Sequitur autẽ semper Apoplexiam, ideo & παραπληγία dicitur. De forma huius affectus loquitur *Gal. 1. de sympt. causis 6. & 2. de sympt. causis 2. & 3. de locis aff. vlt. & 4. del. a. 3. & 4.* vnde con-

ſtat, Paralyſin eſſe actionem ablatam facultatis animalis, vt qui Paralyſi detinẽtur, motu omnino priuentur, ſecundum partem paralyticam, quandoq; ſenſu etiam ſimul. Per hanc formam diſtinguitur Paralyſis à ſtupore, tremore & cõuulſione: Stupor enim eſt actio debilitata, paralyſis ablata; Tremor & conuulſio ſunt actionis deprauatæ: Cæterum in Paralyſi quandoque ſolus motus aufertur, quandoque etiam ſenſus: Quia ſi loquamur de iis partibus, ad quas perueniunt duo genera neruorum, quorum alterum ſenſum, alterum motũ parti adminiſtrat; ſi iam in Paralyſi afficiatur ſolus neruus motum parti deferens, altero manente integro, ſolus motus auferetur; Si vero vterque neruus afficiatur, cũ motu ſenſus etiam tolletur, & hoc in lingua poteſt contingere, ad quam duo hæc neruorum genera perueniunt: Vbi vero ad partem vnicum tantum genus neruorum peruenit, deferens & ſenſum & motum ſimul, quænam erit cauſa, vt modo auferatur motus illius partis, modo ſenſus? Ratio erit ſumenda ex magnitudine & paruitate affectionis nerui, ſicut ex *Galen.* 1. *de ſympt. cauſis* 6. colligitur. Nam ſi hoc nerui genus inſigni obſtructione detineatur, tunc & ſenſus & motus ſimul auferentur; Si vero minori affectu occupetur, tolletur ſolummodo motus, nõ autem ſenſus, quia ad motum edendum copioſus ſpiritus requiritur, ad ſenſum modicus etiã ſufficit, propterea vbi neruoſa hæc pars non erit

inſigni-

insigniter obstructa, tolletur tantũ motus, sensus autem manebit; vbi vero insigniter & omnino erit obstructa, vtraque actio tolletur. Quare Paralysis est actio ablata facultatis animalis modo motricis tantũ, modo etiam sensitricis. Cæterum dum pars ita afficitur, potest ob duplicem causam priuari sensu & motu; primo à causa externa & accidentali, deinde à causa interna & morbosa. Ab externa tollitur sensus & motus in parte, propter ligaturam alicuius partis, quæ prohibet motum spirituum in eam partem, sed soluta hac parte à ligulis aut vinculis statim & sensus & motus redit: Nos vero hic loquimur de Paralysi à causa interna. Quod ad locum affectum, nos hic dicimus de Paralysi, id est, de ablata actione non totius, sed partis tantum paralyticæ, quatenus Paralysis conuenit determinato membro, merito nerui, prout neruus est instrumentum motus & sensus in illa parte: Neruus autem dupliciter consideratur, primo vt est pars similaris, & ita afficitur potius intemperie quam Paralysi; Secundo consideratur vt est pars instrumentalis, ratione qua est instrumentum motus & sensus, & ita est organum sentiendi & mouendi, qua ratione consideratur in Paralysi, & sic neruus potius erit subiectum malæ compositionis & solutæ vnitatis quam intemperiei. Causæ effectrices huius Paralyseos sunt, quia facultas animalis in parte paralytica non suscipitur, vel eo non transmittitur; non transmittitur

vel vitio originis, id est, cerebri, vel vitio ipsarũ viarum, id est, neruorum, aut spinalis medullæ: Si vero & cerebrũ & neruus, & spinalis medulla certis vitiis detineantur, facultas non poterit susci pi in parte affecta. Est autem duplex harum viarum vitium; est enim vel morbus in mala cõpositione, vel in soluta vnitate; Intemperies enim non potest sensum & motum in parte aliqua auferre, calida enim ad motum potius confert, & sensum magis exquisitum reddit, frigida autem potest stuporem partis facere, sed nisi ratione intensi frigoris viæ angustẽtur, nunquam fiet paralysis; Cõstat igitur prodire paralysin vel ab angustia, vel à soluta vnitate: Soluta autẽ vnitas vel est in spinali medulla, vel in neruo alicuius partis determinatæ: Vbicunque autem fuerit, si paralysis fieri debet, neruus ex toto solui debet, ac totus abscindi, & si hic neruus solutus fuerit in parte aliqua, pars illa paralyticabitur, si in spinali medulla, partes omnes subiectæ corripientur paralysi. Quantum ad angustiam, quæ causat paralysin, hæc vel est compressio, ob qui aut à tumore frigido, aut ab aliqua inflammatione prohibetur motus spirituum, secundum neruos tumori comprimenti subiectos: vel angustia illa in obstructione consistit, & tunc fiet materia potissimum frigida, pituitosa aut melancolica, peccante tum in copia, tum in crassitie & visciditate, vt quanto copiosior, crassior & viscidior fuerit, tanto paralysis futura sit diu

turnior

turnior. Ex his causis differentiæ emergent, & signa, & indicationes. Quod ad prognosticon, curatio semper difficile habetur non quod paralysis lethalis est, sed quod semper est morbus contumax, qui toto etiam vitæ durat tempore. Si vero in paralysi præter modum etiam sensus auferatur, difficilior erit curatio; Et quo plures partes corripientur paralysi, eo cura etiam erit difficilior: Si propter solutam vnitatem & nerui dissectionem paralysis fiat, hæc prorsus erit incurabilis: Neruus enim dissectus coalescere amplius non potest; Si fiat ab obstructione, si hæc inter initia recte tractetur, salutis spem polliceri potest, non enim est impossibile, & materiæ copiam euacuare, & eiusdem crassitiem attenuare, & lentorem detergere. In progressu vero, si materia in parte læsa adeo fuerit infixa & impacta, vt tophosa sit reddita, hæc procul dubio medicamentis vix cedet: Si vero Paralysis facta fuerit propter compressionem, & hanc factam à ligaturis, hæc facile etiam sine medicamentis tollitur, nam vinculis ablatis sponte cedit: Si à laxatione vertebrarum, propter contusionem & ictum fiat, aduertendū pro prognostico, an hæc Paralysis statim & illico sit consecuta ad ictum & percussionem, vel sensim & longo tempore; si illico subsecuta fuerit, indicium erit, neruos maximè attritos esse, & materiam copiosè & cū impetu in partē lęsam decubuisse, vt fere impossibile sit talem paralysin auferre; si vero nō illico

post

post ictum superuenit, sed sensim & lõgo temporis interuallo, nerui non ita erunt læsi, neque materia tam confertim procubuit in dictas partes, quin salus non sit speranda: si fit à densitate Paralysis, quæ sit causata à frigore externo, ab ambiente gelido, non magno auferetur negotio, ideo *Gal. 4. de locis aff. 4.* calorificis medicamẽtis quendam sanauit, cui lotium & fœces aluo inuolũtariæ exibant, propter paralysin & resolutionẽ prodeuntem à causa illa frigida: Tandem si fiat paralysis ob morbos viarum, pro ratione causarum facientium angustias & obstructiones, vario modo erit prædicendum de hac Paralysi. Videndum igitur, qualibus auxiliis paralysi occurrendum sit. Quod ad chirurgiam, si adest principaliter indicans missionẽ sanguinis, id est, plenitudo vel totius vel partis, sanguis mittendus est. Contra: Paralysis est morbus frigidus, dependens ab humore distante à natura sanguinis, ideo purgatione potius quam sanguinis missione curabitur? Respondendum, qui paralysi corripitur secundum partem determinatam, potest plenitudinem habere in reliquo corpore, ideo *Aetius, Rhases, Auicenna* & omnes venam secant in paralysi; sanguine enim redundante in toto, parti paraliticæ citra detrimentum calorifica auxilia applicare non possumus, calidi enim est attrahere, ideo nisi præcesserit sanguinis missio, non poterit curari Paralysis: Si igitur sanguis sit copiosus, sensibiliter euacuandus est,

dus est, si parum redundet, insensibiliter. Hinc proponit *Auicennas* cucurbitulas, per quas sensibilis fit euacuatio, & non scarificatas, per quas insensibiliter euacuamus. Quantum sanguinis mittendum sit, vires indicabunt. Cauteria etiam in præsente affectu non erunt negligenda, cum à Paulo & Aëtio commendentur. Est enim cauterium materia auxilij assiduo euacuantis: Quare cauteria locũ non habent in quocunq; morbo, sed tantum in iis, in quibus materia assiduo gignitur, vt nisi assiduo expurgetur, possit vel malum illud augere, vel aliud de nouo producere. Est autem Paralysis morbus valde contumax ac diuturnus; potest enim assiduo foueri à parte hanc materiam generante, cui nisi occurramus auxilio assiduo euacuante, nõ poterimus aliquid salutis sperare: Cauterium autem vel gratia curationis, vel gratia præseruationis administratur; si gratia curationis, debet affigi parti, quæ proxima sit membro generanti materiam, sic enim deriuando euacuat, vt: Si Paralysis sit in crure, & prodeat à materia in cerebro genita, debet in tibia poni cauterium, vt materia intercipiatur; si vero scopus est, portionem illius materiæ, quæ in crus decumbit, reuellere, gratia reuulsionis in altero crure fonticulus administretur; neque obstat quod dicunt, reuulsionem fieri vel ratione caloris vel doloris; potest enim sine his etiam fieri reuulsio, nam si quis corripiatur inflammatione tibiæ, & huic superueniat copiosus sanguis

è nari-

è naribus, is ab illa inflammatione sanabitur, & sanatio fiet per reuulsionem à parte oppositа; Et hæc reuulsio fiet sine dolore & calore: Reuulsio autem quæ fit arte, non à natura, fit per dolorem & calorem, vnde cauteria non possunt administrari sine dolore, ratione cuius fit attractio, & quamuis dolor non sit assiduus (hoc enim non est necessarium) tamen satis est dolorem inferre, dum fiunt, vt ratione huius natura incipiat transmittere materiam in locum doloroſum; dum enim natura cœpit ratione doloris euacuare per illam partem, continuat motum quē cœpit, & ortum habuit à dolore, nō secus ac si quis proiiciat pilam, initium huius motus est à manu, ipsa vero pila sine assiduo contactu & nouo impulsu mouetur ad suum terminū: Idem præstat natura, cum habuit impulsum ratione doloris, cōtinuat suum motum. Quod ad pharmaciam, primo leniemus *melle roſato, vel hiera vel electuario lenitiuo*: Pro præparantibus est *syr. de iua, de ſtechade, de hyſſopo*: Sic pro purgantibus in pituita purgemus *carthamo, agarico, pillulis cochiis*; in melancholia, *pillulis cochiis* præparatis cum *helleboro, ſena, conf. hamech.* &c. Quantum ad localia, hæc vel respiciunt partē læsam, vel partem generantem humorem, qui est causa paralyseos, & quia paralysis vt plurimum fit à pituita, si gignatur à ventriculo frigidiore, alterantia calida conferent, vt sunt: *Aquæ thermales, decoctum Guaiaci, ius galli*: Exterius cum fructu applicatur *terebinthina*, & alia re-

alia resoluentia, quibus tamen semper mollientia admiscēda sunt, ne materia reddatur tophosa & incurabilis; vt sunt *ol. chamomelinum, lumbricorum, vulpinum, adeps ex vitulo, &c.*

Mercurialis hic quærit, cum scribat *Fernelius* ex tertiana febre paralysin aliquando fieri, quomodo id fieri possit? Respondet id non alia ratione fieri, nisi quod à bile colliquatur pituita, quæ à bile quasi vehiculo in neruos deducta paralysin efficit. Quod autem ex colicis passionibus non raro fiat paralysis, id quod experientia testatur, huius rei tres rationes adfert. I. Quod natura consueuit humores, quos à capite ad intestina mittebat, ab intestinis ad neruos deflectere & quodāmodo deriuare, ita vt cum dolor colicus non foueatur à materia defluente, sponte soluatur, & loco eius suboriatur paralysis. II. Quod vt dicebat *Hipp.* natura prudentissima ac doctissima est, vnde sæpe arcanas reperit vias, quas ingenium humanum excogitare non potest, vt non sit impossibile existimare, si etiam materiam ab intestinis immediate deriuet ad neruos. III. Natura humores in intestinis contentos ad cutim propellere potest, vbi cum nō possint diffiari, cum inde exire nequeant, imbibuntur neruis, atq; inde fit paralysis. Quod ad curationem, in lenienda aluo nō vtendum est cassia, quia nimis est humida, ob id ab ea abstinendum, & loco huius *melle rosato* vtendum est. Post alterantia & purgantia decoctum ligni conferet, vt:

℞ *Sarsæparillæ*, ℥ ij. *cort. ligni*, ℥ j. *ligni Guaiáci*, ℥ iij.

Infundantur omnia s. a. *in* ℔. vj. *aquæ*, bulliant ad medietatis consumptionem, & in fine adde: *Fol. iuæ, satureiæ, betonicæ, stechadis, ana* m. j.

Colentur, ac de his, singulis horis matutinis capiat ℥ viij. vel ix. plus minusue.

℞ *Lignum, corticem & sarsam* prædicta, infunde ℔. iij. bulliant ad consumptionem tertiæ partis, colentur, & colatura seruetur pro potu quotidiano. Conferet etiam tale linimentum pro parte paralytica.

℞ *Ol. vulpini, costini, ana* ℥ ij. *sinapi, pyrethri, diptami, ana* ℈ j. *aq. vitæ*, ℥ j. *ceræ, q. s.* f. Linimentum.

Conuulsionis siue Spasmi Catholica.

Vide Gal. lib. de palpitatione cap. vltimo: 2. de caus. sympt. 1. & 2. 5. Aphorism. 1. & 13. 6. Aphor. 13. & 12. Metho di vltimo. Hippoc. 2. Apho 26. 3. Apho. 25. 4. Apho 57. & 66. &

ACTIO animalis deprauata, conuulsio & spasmus dicitur, & est illud vitium, in quo membra ad suam originem præter voluntatis imperium contrahuntur, & hæc conuulsio duplex est: Altera quæ fit neruo affecto ex morbo aliquo, quæ propria & exquisita dicitur; altera contingit non ob morbum nerui, sed ob causam expultricem, vt contrahatur pro expulsione materiæ, in qua conuulsione neruus integer est, & hæc spuria & notha dicitur. De vtraque hic agemus, de qua vide *Gal. 12. Meth. vlt. 6. Aph. 1. 5. Aph. 13. & 2. de sympt. cau. 1. & lib. de Tremore, conuulsione & palpitatione.* Forma autem conuulsionis est motus deprauatus, ad differentiam ablati, qualis

qualis est in paralysi, & ad differentiam motus debilitati, qualis est in stupore. Consistit autem hic motus deprauatus in contractione neruorum ad propriam originem, ad differentiam illius motus musculorum, quãdo mouent membrum, vel tendendo vel extendendo vel ad latera trahendo, quorum motuum nullus conuulsio dicitur. Cum autem hic motus deprauatus in contractione membri consistat, hæc membri contractio non est voluntaria sed violenta & inuita. Locus affectus modo est totum corpus, modo pars determinata. Si totum corpus, fit conuulsio, quæ Tetanos dicitur, in qua patiens conqueritur secundum totum corpus, & secundum vtramque partem ceruicis tum anteriorem tum posteriorem, vt neque annuere neque renuere possit, sed rigidus ac distentus permaneat: Datur etiam conuulsio totum corpus occupans, secundum quam corpus circa anteriorem partem flectitur, & hæc fit antrorsum, ac dicitur Emprostotonos; vel fit hæc contractio ad partem posteriorem, & vocatur Opistotonos, in qua totum corpus versus tergum flectitur. Si vero non totum corpus, sed determinata aliqua pars conuellitur, in vnaquaque parte reperiuntur: Facultas, musculus ac totum membrum: Ex his quædam concurrunt in conuulsione partis passiue, & habent rationem subiecti patientis, & nihil sunt aliud, quam membrum ipsum affectum: Quædam concurrunt

67. & 68. 5. Aphor. 1. & 2 & 3. & 4 & 5. & 17. & 20 & 22. & 25. & 51. & 66. & 71. 7 Aph. 9 & 10 & 17 & 18. & 26. & 28.

actiue,& facultas membri & musculus ipsius; facultas quidem tanquam agens principale, musculus vero tanquam motor instrumentarius: Membrum igitur dum mouetur, vel mouetur secundum naturam, vel præter naturam; secundum naturã,quando musculus contrahit membrum virtute nerui, voluntate imperante, vt ad libitum membrum contrahatur & extendatur, & hic est motus membri naturalis. In conuulsione autem membrum mouetur præter naturam,& præter voluntatẽ ad suam mouetur originem,quare in conuulsione necessario afficitur neruus,& sic distinguitur à Tremore,in quo adest voluntas, quæ tentat membrũ attollere. Causa conuulsionis effectrix ex *Gal.* habetur *l.c.* Cum enim conuulsio sit motus deprauatus,hic deprauari potest, facultate vel labefactata vel impedita: Hæc autem labefactatur, quando neruus morbo aliquo detinetur; impeditur autẽ, quando morbus non est in neruo, sed facultas potius, irritatur ab aliqua materia, propter quam irritationem ipsa contrahitur, & simul membrum ipsum in suam originem contrahit. Quis igitur est morbus, quo neruus afficitur, & quæ est causa irritans, vt membrum conuellatur citra morbum nerui? Quod ad nerui morbum, est morbus in magnitudine tum aucta tum diminuta & diminuta quidem tum penes nerui longitudinem, tum penes illius latitudinem. Declaro Dum neruus partis repletur,secundum latitudi-

nem au-

nem augetur propter repletionem, & quanto magis augetur neruis in latitudine, tanto magis diminuitur in longitudine, & sic fit contractio membri in propriam originem, & dabat *Gal.l.c.* exemplum de chordis testudinis, quæ ob copiosam humiditatem intumescunt, & augentur in latitudine, secundum longitudinem diminuuntur, & si vel soli vel igni exponantur à siccitate illa contrahuntur, &c. Quod ad causas autē neruum replentes, causa erit humor, modo sanguineus modo pituitosus modo melancholicus: Horum enim humorum quilibet, dum copia in neruo redundat, neruum ipsum in magnitudinem attollet, & ita in causa est, conuulsionis ex repletione prodeuntis. Causa vero conuulsionis ex inanitione est causa calefaciens & exsiccans, tum interna tum externa. Istæ autem causæ calefacientes, dum exsiccant neruos, vel sensim vel cōfertim inanitionem faciunt: Si sensim, membrum non conuellitur; hinc est quod in febre Hectica, genus omne neruosum exsiccatum est & inanitum, & tamen tunc partes non conuelluntur, quia causa illa sensim exsiccabit partes illas: At si confertim fiat exsiccatio illa, tunc proculdubio conuulsionem faciet. Quod igitur ad causas internas, facientes inanitionem & exsiccationem, erunt morbi calidi & sicci confertim agentes, siue totum corpus occupent, siue parem: Talis conuulsio fit à vigiliis immoderatis, in phrenitide, in febribus vehementibus & vio-

lenter exsiccantibus. Quod ad causas, quæ morbum nerui non faciunt, sed facultatem potius irritant, hæc est materia vel vaporosa vel corpulenta, & quæcunque illa sit, peccare potest, vel per qualitates manifestas vel per occultas: Si per manifestas, materia irritans debet esse actiua, cuiusmodi est calida & sicca, qualis est biliosa, hæc & acrimonia sui irritare potest, & primis simul qualitatibus neruos inanire: Si hæc materia sit passiua, frigiditas etiam poterit causare conuulsionem densando & prohibēdo, quo minus materia in neruo collecta expelli possit, vnde ex hoc nixu facultas contrahitur, & membrum cōuellitur. Si fuerit materia flatulenta, hæc pariter peccabit vel manifestis qualitatibus vel occultis; manifestis, vt cum sæpe fit conuulsio in digitis & cruribus nocturno tempore, quæ tamen sola frictione euanescit: Si occulta adsit qualitas, hæc potest esse venefica, vt est vapor procedēs à vermibus, vnde in pueris propter vermes sæpe fit conuulsio, quia à vermibus vapor quidam adscendit veneficus, qui cum sit contrarius expultrici, est in causa, vt pars conuellatur; vel à semine putrescente in vtero; vnde fœminæ facillime conuulsionibus corripiuntur: Fit etiam à sumptione hellebori albi, & à causa venefica proueunte à morsu scorpionis, vel alterius animalis venenati: Nonnunquam etiam conuulsio fit ex ebrietate & causis similibus. Ex his dictis facillime sumuntur differentiæ, signa & indicationes

Quo

Quod ad prognosticon, constat, quod conuulsio occupans totum corpus, deterior est ea, quæ tantum partem determinatam detinet; & inter cõuulsiones totius corporis pessima est quæ Tetanos dicitur, quia hæc occupat musculos ceruicis tum anteriores tum posteriores, est enim hæc conuulsio morbus acutissimus, quæ etiam quarta die interficit, quod si quartam pertransierit, salutis spes affulgebit. Si conuulsio prodeat ab inanitione, est periculosa, vt raro possit sanari, nisi in principio, sicut etiã febris Hectica: Conuulsio post phrenitidem lethalis est, non tamen vndique desperata: Si ex superflua euacuatione aliqua, vix tolli poterit, quia in hac virtus admodum languet, *Galeno teste* 12. *Meth. vltimo*, & 5. *Apho.* 3. Si fit à soluta vnitate, vt à vulnere, vix potest salus polliceri, quapropter *Hipp.* 7. *Aph.* 13. dicebat: In vulneribus fortibus Spasmus aut Tetanos superueniens, malum. Si fiat conuulsio ex repletione, & propter nerui inflammationem, non erit curatio impossibilis; si ab humore frigido, qualis est pituita & melancholia, cum non sit impossibile vtrumque humorem euacuare, facile etiam erit, eiusmodi conuulsionem tollere, cui si febris etiam interueniat, optime sperandum erit, *teste Hipp.* & *Gal.* 2. *Aph.* 26. Nam ratione caloris, materia frigida incalescit, crassa incidit, vt habetur 4. *Aph.* 57. A conuulsione, si febris superueniat, liberabitur. Si fiat ab insigni & venefica malignitate, & hæc si prodibit à vermi-

bus erit ſanabilis; ſi ab ictu venenoſi animalis, pro veneni ratione vel maiore vel minore vehementia, vario modo pronuntiabitur. Si fiat à ſpiritu, vt in meatibus narium, quia partes illæ ſpiritu replentur, ne homines ſuffocentur, hæc non modo erit lethalis, ſed mortem etiam proximam, ſignificat, ob ſummam virium imbecillitatem.

CVRA: Si fiat conuulſio ex repletione & propter inflammationē, huic occurrendum eſt ſanguinis miſſione; ſi alia materia peccauerit, emollienda, attenuanda & digerenda erit: A frigidis deſiſtendum, ne materia lapideſcat; *oleum vulpinum & nardinum* partibus affricetur. Probant decoctum *canis pinguis*, cum quo permiſcenda ſunt digerentia, vt: *ſemina ſeſeleos*; hæc decoquantur in aqua, donec caro eſſe deſinat, præterea ſi ab hoc catulo extrahamus inteſtina, & ventrem eius repleamus cum foliis *betonicæ, iuæ, ſaluiæ, viſci quercini* & ſimilium; decoquatur ad prunas in veru, pinguedo quæ deſtillabit, erit optima inunctio. *Auicennas* probat decoctum eiuſdem canis, ſi ex balneo fiat; habet enim vim laxandi partes contractas, & emollicndi ac attenuandi craſſas: Adeps etiam vulpis, cerui, lupi & eiuſmodi animalium, ℔ inunctione plurimum confert. Has inunctiones & pinguedines ſi ad emplaſtri formam deduxerimus, reddemus efficaciores; vt:

℞ *Ol. Chamomel. lumbricati, ol. vulpin. ana* ℔ j.
fol. be-

fol. betonicæ, saluiæ, arist. rot. ana m.j. *castorei* ʒ iij. *aq. fontis* ℔. iij.

Mis. f. decoctio ad consumptionem aq. totius, contusis contundendis, adde *farinæ fœnugræci q. s.* Mis. f. Emplastrum.

In conuulsione ab inanitione: expedit conuulsas partes & totum corpus humectare intus & extra, substantifice & qualitatiue: Extra conuenient balnea, & omnes pinguedines *gallinæ, vituli, suis, ol. amygd. dulc. violarum,* & aliorum quæ humectant: In quem vsum *Auicennas* proponit *balneum ex aqua dulci, alteratum cum maluis, lactuca, violis, nymphæa & althæa radicibus.* Si conuulsio fiat à qualitate venefica, ratione vermium, occurrendum est medicamentis vermes respicientibus, qui necantur ab amaris, euacuantur à soluentibus. Quod ad ea, quæ substantifice humectant, conueniunt *cibi humidi, vt ptisana hordeacea, vel panatella alterata cum amygdalis dulcibus, & seminibus melonum*: Potus sit, *aqua mulsa, non vinum, ne ratione vini materia in partem conuulsam deducatur.*

De tremore & stupore.

CVratio nihil distat à prioribus, neq; etiam materia, neque locus affectus: Tremor igitur & stupor, cum in actione læsa facultatis animalis consistant, hæc actio deprauatur in tremore, diminuitur in stupore. Conuulsio fit à materia crassa, quæ secundum superficiem neruosas partes occupat; Paralysis fit ab eadem ma-

Tremoris quædam species est salius, πάλμος: Barbaris iactigatio.

teria paulo tamẽ tenuiore, quæ totam ſubſtantiam neruoſarum partium penetrat: Tremor fit ab eadem materia, ſed non omnino occupante & anguſtãte neruos partis, quia alias motus ablatus non deprauatus eſſet: Stupor vero cum ſit via ad Paralyſin, videtur pendere à materia pauciore, quæ non ita detinet membrum, vt ſit vel ſenſu vel motu priuatum, ſed vtramque actionem diminutam edit; In tremore igitur motus deprauatur, ſenſus manet integer, quia materia magis decumbit in neruos deferentes motum quam ſenſum: In ſtupore ſenſus magis afficitur. Eſt igitur tremor motus deprauatus totius mẽbri & naturæ; Duo enim potiſſimum ad tremorem concurrunt: Membrum mobile & natura ſeu facultas motrix: Membrum, cum ſit corpus graue, per internam naturam deorſum tendit; facultas vero illud membrum vi ſua ſurſum attollit, vnde ex hoc duplici motu membri deorſum delati, & facultatis ſurſum attollentis, tremor oritur, vnde pars modo ſurſum, modo deorſum fertur, per hoc diſtinguitur à conuulſione & palpitatione, quia in conuulſione facultas motrix non operatur: At in tremore concurrit facultas cum membro: diſtinguitur etiam à palpitatione, quia palpitatio vitium eſt non totius membri, ſed particulæ illius. Quo ad cauſas effectrices, membrum tremore affectũ ſemper moueri non poteſt, vel quia facultas in membrum non tranſmittitur, vel quia non ſuſcipitur: Si

non

non transmittitur, hoc contingit, quando facultas est exsoluta, vt ex fluxu immoderato, vel quia facultas petit alias partes, vt contingit in inflammatione capitis, in qua ob calorē & dolorem tota facultas in partem læsam trahitur, vt propterea sæpe contingat, quod si inflammatio sit in parte dextra, tremor fiet in parte sinistra: si vero facultas non suscipitur; contingit hoc propter semiangustiam viarum, ad differētiam Paralyseos, in qua facultas non suscipitur, quia viæ sunt angustatæ, vnde Paralysis consistit in ablatione motus: at in tremore viæ sunt semiangustatæ, ideo tremor consistit in motu potius deprauato. Hinc differentiæ tremoris facile cognoscuntur; signa oculis conspiciuntur: Indicationes eædem sunt quæ in Paralysi, est enim tremor via ad Paralysin. Cura etiam prorsus eadem est. Ex *Mercuriali* tremor in apoplexia & lethargo pernicioſiſſ. est: *Auenzoar* scribit, *Caput leporis in aq. cum oleo & sale coctum*, atq; à tremulis manducatum tremorem soluere: Idē de cerebro leporis intelligendum est. Conferet etiam *oleum de castoreo & euphorbio, nuchæ & neruis illitum.*

De tortura oris: spasmo cynico, conuulsione canina.

Hic affectus quibusdam est risus Sardonius: Est quandoque species paralyseos, quandoque conuulsionis. Si enim, quod neruis occurrit præter naturam, & musculis faciei potissi-

mum, tale sit, vt vi eius musculi faciei contrahantur, fiet conuulsio: Si iidem musculi relaxentur, fiet Paralysis, & in vtroque vitio, oris tortura continget, quæ nihil est aliud, nisi figura deprauata vel vitiata ipsius faciei, vt habet *Gal.4.de l.aff.2.lib.de caus.morb.7.* quæ figura non est morbus, sed symptoma, quod consistit in obiecto sensibili communi, figura enim deprauata est, obiectum commune visus & tactus. Locus affectus est facies ipsa, quæ aliam figuram repræsentat: Afficitur autem facies secundum musculos oris, quorum actio deprauata est: Causa vel est Conuulsio vel Paralysis, quæ cum morbos efficiant in mala compositione, effectrix causa torturæ oris, erit morbus in mala compositione, nō quidem formaliter, sic enim symptoma est, sed effectiue. Etsi antem tortura fit à conuulsione & paralysi, tamen non vtriusque torturæ idem erit locus affectus; Nam si prodeat à conuulsione, sedes affecta erit pars vitiata; si vero fiat ex Paralysi, in hac sedes affecta erit pars integra, ita vt si pars distorta sinistra fuerit, & hæc à conuulsione prodeat, eadem etiam erit pars affecta, quia ob conuulsionem fit cōtractio secundum partem læsam: At si oris tortura fit secundum partem sinistram, sed ex paralysi prodeat, tunc sedes affecta erit pars opposita pars dextra, quia in tali tortura oris, musculi partis dextræ sunt relaxati, non contrahuntur ad sui principium. Et hæ sunt differentiæ torturæ oris. An autem fiat e

fiat ex Paralysi, cognoscetur, si oris tortura sit secundum partem dextram, & fiat à conuulsione, aderit dolor; si contrahatur pars sana, non ob id remouebitur oris tortura, quia conuulsio est, vbi tortura non adest: Si à paralysi, nullus dolor aderit, & si pars sana cõtrahatur, oris etiam tortura remouebitur. Quod ad indicationes & remediorum materias, has in loco de Conuulsione & Paralysi requires.

Exempla curationum Italica.

De muliere laborante Paralysi, & simul etiam conuulsione pedum: Consilium Oddi.

HÆc mulier afficiebatur resolutione & cõtractione neruorum: Resolutio seu Paralysis est symptoma in læsa actione, estq; priuatio motus, quandoque etiam sensus; Contractio neruorum est motus deprauatus, quando materia in neruis imbibitur, & nerui cõtrahunt musculos. Huius contractionis causa est, intemperies, vel humida vel sicca, *teste Hipp. repletio vel inanitio*: procul dubio hæc nostra intemperie humida afficiebatur, non enim febris præcessit, non vsa est exercitiis, nõ est emaciata, quæ possent testari siccitatem: Causa est debilitas natiui caloris in partibus illis. Statuo igitur, intemperiem fuisse frigidam cum fluxu materiæ frigidæ, siquidem corpus habemus plethoricũ. Sed dubium

bium est, quomodo adsit Contractio & Paralysis simul, cum contrariorum rationem habere videantur. Paralysis enim est motus abolitus: Contractio vero est motus deprauatus. Huic accedit, quod ex *Hipp.* conuulsio fit cum dolore, sed hic nullus est dolor: Conuulsio præterea fit ex materia crassa, quæ adhæret neruis: Paralysis vero fit à materia imbibita neruis. Constat autem laborare vtraque affectione, non tamen vno tempore, sed diuersis: Dico igitur, primum adfuisse Paralysin, postea vero accedente maiore humiditate, accessit etiam contractio: Dolor non sentiebatur ab ægra, quia subito contractio non est facta, sed sensim & paulatim, eaque erat exigua non intensa: Concludendum igitur partes affici humida & frigida intemperie cum materia eiusdem generis. Credo quod istæ materiæ etiam aliunde confluant, non quidem ab vtero, quia menses conuenienter fluunt, fiunt etiam bonæ coctiones, vt nō dicendum sit, partem aliquā læsam esse, sed quia ocio fruitur perpetuo, non mirum inde aliqua excrementa cumulari, quæ à fortioribus membris ad imbecilliora & læsa demandantur: Indicationes insurgunt, vt prospiciamus toti, ne excrementa progignat: Partes euacuatæ roborandæ sunt, ne recipiant: Quia autem morbus diu perseuerauit, vltra octennium, & intemperies est frigida, difficilem curam futuram pronunciaui, sed quia erat iuuencula & robusta satis, sperabam saltē aliquid.

Primum

Primum itaque euacuandum erat corpus: Paulus in disposítionibus talibus, in Conuulsione & Paralysi voluit mittendum esse sanguinem: Arabes contradicunt. Cum enim morbi hi sint frigidi, ex venæ sectione magis infrigidabitur corpus: *Galenus* autem vult, quod stantibus scopis mittendus sit sanguis, vt reuulsionẽ moliamur: Vnde 1. ad Glauconem dicebat, quod secare possumus venam, si adsint scopi mittendi sanguinis: si fluxus adsit materiæ, si corpus sit plethoricum, si vires constent: In præsentia cum corpus habeamus quadratum & robustum, fluxus etiam foueat malum, venam secandam esse puto. Præparamus corpus cum dissecantibus, attenuantibus humores viscidos, & crassos: Hinc sunt *syr. de iua, de stechade, de calamentho, de hyssopo, mel rosaceum*, quia incidit, cum *decocto saluiæ, betonicæ, iuæ, maioranæ.* Præparata materia purgabitur *melle ros. sol. ad* ℥ iij. *cum Elect. diaphœn.* ℥ ij. Conuenit etiam *Elect. diaphœn.* ℥ ß. *Elect. etiam Indum. & pill.* exempli gratia:

℞ *Pill. de sagapeno, Indarum, ana* ℈ j. ß. *agarici trochisc.* ℈ j. Mis. f. pill. ix.

Membra vngenda cum *oleis discutientibus & resoluentibus, & corroborantibus, Ol. de costo, de euphorbio, chamomel. anethino*; Ne autem materia imbibita istis calidioribus magis incrassescat, consumptis partibus tenuioribus emolliẽtia resoluentibus miscenda, vt sunt gummi & olea alias recensita: Balnea quinque modis adhibentur, vel

tur, vel in potu, vel in fomentis, vel in ſtuphis, vel in ſtillicidiis, vel in linitione: In potu non adhiberem, quia iſta non poteſt ſe exercere & obambulare. In ſtuphis debetne collocari? Sed cõuenientes ſane eſſent; ſed quia etiam requirunt aliud, & periculum ſit, ne partes tenues conſumantur, & relinquantur craſſæ; Ideo fomenti inſtar ipſas thermas primo applicandas cenſeo: Lutum *D. Bartholomæi* hoc habet, vt accendatur, vnde obtinet aliquid bituminis, ſalis & ſulphuris, reſoluit igitur & emollit, vnde in noſtro caſu maxime conueniet: Interim cũ hæc fiunt, debemus ipſam inũgere *oleis prædictis*: Ego duobus vtor: Vnum conficitur hoc modo: Accipio

Terebinth. ℔ j. *ß. hederæ* ℔ j. *vermicis* ʒ j. *mellis deſpum.* ʒ ij. *ſalis* ʒ j. Per alembicum deſtillantur, & oleum inungitur.

Alterum hoc pacto fit: Accipio

Nucis moſchatæ ʒ ij. *thuris, therebinth.* ʒ iij. *chamepythis, centaureæ, iuæ* m. j.

Infundo per 24. horas in *vino Maluatico*, & deſtillo oleum, quod maxime reſoluit.

D. Bottonus.

De Germano Mercatore laborante ex Paralyſi, conſilium Italicum.

CLariſſimi viri Nobilis, hic vir conqueritur de imbecillitate crurum, cum aliquo dolore & vẽtriculi imbecillitate ac difficultate anhelitus; cum motus crurum ſit valde labefactatus, neceſſe eſt etiam facultatem eſſe debilem: ſi

initium

initium horum affectuum contemplemur, non puto facultatem principaliter esse læsam; impedimentum autem potissimum prouenit ratione materiæ, quæ occupat dictas partes: Puto autem materiam peccare & vapores, quia dum eas partes calidas tenet, mitigatur dolor: & corpulentum, hoc est, humorem pituitosum, qui sua frigiditate efficit sensum illum frigiditatis, & dolorem pungitiuum & acutum. Qui etsi fieri soleat in plerisque à bile, nonnunquam tamen efficit pituita, quoniam & frigida mordacia sunt, *teste Hipp.* peccare autē materiam frigidam ostendit sensus frigiditatis; Non gignitur hæc materia in illis partibus, sed potius à parte alia fluit, videlicet ventriculo, qui cum sit labefactatus ob intemperiem frigidam & humidam, fit vt cibus non vertatur in optimum chylum, sed multiplicantur humores pituitosi, vnde ad partes extraneas missi hunc dolorem efficiunt. Nec solum à ventriculo materia illa mittitur, quin non etiam à parte affecta attrahatur ratione doloris quem ipse percipit: Eadem materia communicata pulmonibus, vias illorum obstruens potest difficultatem anhelitus causare.

Cvra. Quantum ad imbecillitatem crurum & dolorem, procul dubio materia causans hunc dolorem erit euacuanda; ratione materiæ flatulentæ materiis euacuantibus insensibiliter; ratione humorosæ, sensibiliter; sed quia adest totius plenitudo, totū prius erit expurgandum;

deinde

deinde ad localia descendendum, roborando prædictas partes; pro leniente medicamẽto iam exhibuimus *mel. rosat. solut. permixtum cum syr. ros. solut.* Syrupi præparantes erunt merito ventriculi *syr. de betonica*; merito pectoris *syr. de liquiritia*; merito inunctorarũ *syr. de iuæ.* Postquam tres syrupos sumpserit, sanguis erit mittendus è vena iecoraria. Purgans parabitur ex rhabarbara agarici infusione, additis *manna & diaphœnico*: Localia probantur ratione ventriculi, vt membri manandantis, *aquæ thermales*, quæ calefaciunt exsiccantque; præterea placeret, vt acciperet *decoctum Guaiaci permixtum sarsa:* Poterit autem assumere per tot dies, quot affectus ipse requiret; & puto, quod ex hoc decocto omnino restituetur; Extra adhibeantur vitracea, quæ mirifice probantur, quoniam indigemus & calfactione & robore; vel loco horum lutum, quod resoluendi vim habet, vt S. Petri. *Terebinthus* laudatur præparatus & lotus cum decocto *iuæ*, *betonicæ*, *saluiæ*; Item difficultas anhelitus ad prædicta remedia auferetur. Vnde in decocto Guaiaci poterunt incoqui pectoralia, *passula, liquiritia, epatica*; ratione iecoris calidioris. Victus non his medicamentis respondeat, & vino omnino abstineat, quoniam in doloribus articulorum quandoque fit, vt ægri abstinentes à vino solo hoc remedio restituantur, quoniam vinum est vehiculum materiarum: Potest potus parari ex aqua cum coriandro.

D. Mer-

D. Mercurialis. Etsi excellentiſ. viri, complura vitiorũ, quibus vir hic turbatur, genera ſunt: Omnia tamen videntur referenda ad genus actionum animalium; quarum aliæ deprauatæ ſunt, aliæ diminutæ: Deprauatur actio manuum propter tremorem, diminuitur actio crurum ob motum imminutum: Eſt etiam actio diminuta; actio illa thoracis; Sum eius ſententiæ, eas actiones læſas ob id, quod ea facultas nõ poterit mitti à principio, quæ requiritur ad actiones obeundas. Quare opinor hos omnes motus diminutos eſſe, quod non mittatur integra facultas, vnde fit vt brachia priuata facultate magis valeant ad mouendum ſe naturali motu, id eſt, deorſum, ratione grauitatis. Propterea exiſtimo fieri, cum facultas non integra mittatur ad thoracem, efficiatur ea anhelitus difficultas; eadem facultas cum non mittatur integrè ad crura, non poſſunt. Qui fit vt in cruribus non ſit tremor, cum longinquiora ſint à fonte virtutis ſeu facultatis? Ea eſt ratio, quod cum crura debuerint eſſe ſuſtentamenta totius corporis, maius robur etiam vt ſortirentur neceſſe fuit, & maiorẽ craſſitiem, vnde fit vt ſuo natiuo robore magis queant reſiſtere iniuriis & actioni ſufficere. Cauſa ob quã it, vt facultas à cerebro non mittatur in ea copia, in qua deberet, eſt obſtructio facta in principio ſpinalis medullæ. Quomodo autem impedita eſt hæc via? A materia corpulenta (quia affectus hic diuturnus eſt) frigida & craſſa. Hæc au-

tem gignitur in ipso cerebro ob coctionem eius læsam, quæ vel læditur ob vitium facultatis, vel ratione obiecti. Inclino autem in eam sententiam, hanc materiam gigni ob vitium obiecti, id est, eius materiæ, quæ amandatur ad cerebrum per eius nutritionem, quæ quidem non alia est, quam pituitosa, quæ nunc à capite attrahitur, vel trasmittitur ab epate: Quamobrem cum sic se habeat res, obstructio tollenda erit, materiam eam impactam dissipando; ventriculus igitur calefaciendus ac siccandus, & partes imbecillæ roborandæ ac pristino tenori restituendæ.

CVRA. Sanguis non mittendus, quia antea missus est in Germania & in copia magna. De fonticulis puto, si illi horum vsus conferre poterit, infigendos esse circa nucham. Corpus exquisitissime expurgandum, non quidem semel sed bis, inprimis totum, deinde & caput per masticatoria, quod parabitur ex *masticbe, pyretro, betonica, nigella*: Sternutatorium fit ex iisdem. Propositæ fuerunt aquæ thermales, quibus maxime fido, tum potæ tum in lauacro, tum per stillicidi adhibitæ: Illud etiam amplector vt vtatur decocto *ligni Guaiaci*, & in loco calido, vbi possit sudare: Pillulam ante decoctum assumat ex *betonica, cortice Guaiaci & castoreo* paratam. Prætere vsum magnorum antidotorum, quæ maxim prosunt. Laudatur terebinthus parata, vt dictu est, à viro excellentissimo. Ventriculo f. inu ctiones, cerata, victus ratio omnibus corresp

de

deat. A vino abstineat, & vtatur aqua, cui incocta sit *betonica*.

D. Capouaccius. Amplissime Consessus, constat de quibus conqueritur patiens noster, quia querelæ sunt de tremore manuum paruo, de anhelitus difficultate, quæ tamen perpetua nō est: Conqueritur de dolore, & grauitate ventriculi, de imbecillitate cruris, ita tamen vt maior sentiatur læsio in dextro quam in sinistro: His adiungitur sensus doloris pungitiui, & frigiditatis; Nec uldubio huius læsionis actionis animalis alia causa non est statuendo, quam frustratio eius: Dictum sæpe est, actionem lædi vel ob læsam facultatem communem, vel determinatam: Sum huius sententiæ, læsam esse animalem functionem ob frustrationem facultatis & communis & determinatæ: Per communem facultatem intelligo, quoties morbi occurrunt crebri & diurni: In præsentia nō læditur actio animalis ob morbos cerebri, sed ob morbum diuturnum; Puto autem morbum esse in principio spinalis medullæ, propter obstructionem, vnde affecta sunt brachia, & imbecillitas facta secundum vtrumque crus. Placet autem ratio allata, cur pedes non temere conspiciantur. Vereor autem ne etiam sit obstructio neruorum facta, in regione ossis sacri: Magis autē afficitur secundum vnum crus; quam alterum, ob læsam facultatem determinatam; nam si communis læderetur facultas, qualiter, vnum crus æqualiter etiam afficere-

tur. Opinor autem obstructionem factã solum in neruis, non in venis & arteriis, quia florido colore omnino apparet, & q. nullo detineretur morbo: Quoad anhelitus difficultatem: Si fieret ob illam obstructionem, perpetua esset, esset vniformis, vnde portio aliqua pituitosæ materiæ interdum ad pulmones mittitur, quæ efficit eam anhelitus difficultatem. Grauitas ventriculi oboritur ob eius intemperiem frigidam & humidam, vnde humores consimiles generantur: Principium spinalis medullæ obstruitur à materia missa à capite in modum forte alicuius compressionis ab aere frigidiore externo factæ: Sed quia bene habet secundum caput, habet somnos nequaquam profundos; credo à capite non adeo impartiri illam materiam. Vnde factum, v etiam fere in meliorem statum sine omni me dela secundum eam partem sit traductus; sed ex pressam esse materiam eam à frigiditate ex cere bro: Huius autem materiæ causa est ventriculu frigidior generans eam.

CVRA. Materiæ pituitosæ euacuandæ, c lefaciendæ, attenuandæ & detergendæ sunt; pa tes roborandæ: Ventriculus suo tono restitu debet ad calidum & siccum: Sum eius sententi nõ esse sanguinem euacuandum, quoniam m teriæ potius sunt pituitosæ, & ipsi prius copios est missus: Optimum foret merito tremoris m nuum affigere. Occipiti cauterium, & quide setaceum magis probo in loco sacri ossis; pri

tam

tamen alia experiunda; Materia præparanda iis ſyrupis propoſitis, ſed probo maxime, vt, cum, opus ſit, iterata purgatione inprimis vteremur, præparantibus in conſiſtenti forma, ob difficilem paſſionem materiæ peccantis: Vnde excogitatæ à *Galeno ſpecies hieræ*, quas in præſentia maxime laudo, in quantitate ʒj. alternis diebus vſurpando modo has ſpecies, modo *ſyrupos prædictos*: Aſcenderem etiam ad *mel ſcylliticum*; Probo *diatrion pipereon, diacalamenth.* quod & præparat & alterat: Purgabitur *agarico. pill. cochiis.* Vtrum caput expurgandum ſit quæritur? Credo nos non egere, quia caput non adeo repletum eſt: Poterit tamen aliquantiſper expurgari, per nares & per os etiam: Expeditne vti *thermalibus aquis*? Quantum ad aquas, niſi conſtitutio ſit pluuioſa, puto tempore frigidiore has eſſe efficaciores, quoniam tunc concentratur in terra calor: Et experientia teſtatur, eas aquas etiam frigidiſſimo tempore adhibitas plurimum contuliſſe. Quare & intus & extra vterer iis aquis, & quidem Aponenſibus: Extra in modum balnei & ſtillicidii, ad ventriculum & principium ſpinalis medullæ, & oſſis ſacri adhiberi poſſent: *Decocto Guaiaci* vti debet cum *cortice & ſarſa.* Probo vt imponantur, quæ reſpiciant *neruos, iua, betonica*, &c. Sed cum eo incoquenda in aqua licetne poſtremo infundere vinũ? Fuit *Auicennæ* ſententia in doloribus articulorum maxime probari vinũ merum, quoniam & calefacit & ſiccat: Etſi quid

prohibet vinum id esse caput: Sed quia hic caput non magnopere læsum est, possemus in minori quãtitate postremo loco hoc vti, & vinum concedere: Assumet tamen ante decoctum pillulas illas prædictas quotidie: Probarem *synapismos admotos* principio spinalis medullæ ossi sacro, & vẽtriculo: Victus sit mediocris attenuans. Non improbo potum aquæ, sed quia caput non est affectum, & magis læsio est secundum ventriculum, non vererer exhibere vinum, modice tamen, quoniam materia est remedii calefacientis & exsiccantis.

Consilium in ædibus D. Capouaccii de quodam Magnifico laborante ex Paralysi.

D. *Treuisanus.* Indicationes: Viæ obstruendæ sunt, materia auferenda, quæ obstruit. Est autem materia frigida, & crassa, quæ cum in capite gignatur, cerebrum alterandum & contemperandum & corroborandum erit; vniuersum corpus euacuandum, inde debita victus ratio adhibenda: De prognostico ardua res est, & curatio omnino difficilis; Est enim hic patiens iam in fine cõsistentis ætatis, vires à longo morbo imbecilliores sunt, assuetus est in cibo & potu delinquere, vt nisi largiore vtatur cibo ac potu, vires deficere videantur. Accedit huc etiam quod metuo, ne morbus sit hæreditarius; Pater enim & patruus & frater apoplexia correpti in

terie

terierunt, quod si non occurratur aliqua ratione, non modo paralysis perfecta, sed etiam apoplexia metuenda est: Et arbitror ego, cum referat ille, se primo post somnum solutum cœpisse male habere, leuem apoplexiam paralyseos initium produxisse: Post somnum enim statim vires elanguerunt, neque aptus fuit obire munia debita: Quare propter hæc omnia, curatio perquam difficilis futura est, atque ita etiam aliqua ex parte impossibilis: Vt tamen aliquid agamus, nec sine omni spe relinquamus patientem; inprimis corpus diligenter euacuandum est vel *elect. lenit. vel specieb. hiera, vel mel. ros. solut. cum decocto betonicæ dissoluto*; ad præparãdam materiam vterer *syrupo de betonica & rosato vel de stechade*, cum decocto appropriato, aperirem postea venam. Nam corpus sanguine redundat. Euacuarem primo *pill. cochiis, vel agarico vel rhabarb. & sena cum syr. ros. solut.* ordinarem *potum aquarum thermalium Apponensium*, vel etiam *S. Petri*, quæ calidiores sunt: Stillicidium quoq; ordinarem, in commissura coronali & occipitio, vbi exortus est spinalis medullæ. Vterer etiam corroborantibus, fouerem caput fomentis & lotionibus, & exhiberem *conseruas, & antidota, confer. betonicæ, saluiæ, roriſm. confect. mythridat. theriacam*; cauteria etiam duo adhiberem, vnum in brachio sinistro, alterum in crure eiusdem lateris: Quibus diligentem victus rationem adhiberem.

D. Mercurialis. Ex repentino humorum motu iu-

tu iudico malum ortum esse. Quærendum autem est, ad quas partes humores moti confluant: Iudico ego confluere illas ad vias, per quas facultas motrix ad partem dextram trahit; hæc autem pars est origo spinalis medullæ, vel principium medullæ spinalis. Cum enim facultas ad hoc principium feratur, & inde ad vtramq; partem ferri debeat, primo omnium ad dextram mouetur partem, & ibi fixa & firmata resident, adeo, vt per aliquod tempus patiens neque fari neque moueri neq; sentire potuerit. Quod malum ego non dicerem paralysin esse, sed potius stuporem ratione motus, & corporum ratione sensus; sed quis est ille humor, qui ad illas vias confluit? Materia fuit frigida & crassa, quia non statim malo subleuatur sed longo tantum tempore, quod contingere non solet, vbi vel materia tenuis est vel vaporosa: Fuit igitur pituitosa materia in hac parte genita, primo quidem ratione suiipsius, inde ob cibum & alimentū crassum. Dicebat enim *Hipp. lib. de glandulis*: Cerebrum arcē esse humoris viscidi & pituitosi, qui eo copiosior ibi est, quo cibi crassiores & viscidiores assumuntur. Quare & propter rationem suipsius & propter cibos assumptos pituita ibi est genita: Credo autem delapsam etiam in has partes fuisse materiam, propter importunā Veneris exercitationē: Nam *teste Heraclito*, Venus ad hæc multum facit: Ad hæc conspirauit etiam paterna dispositio, etsi quidam contrarium proferre

ferre possent. Dicebat enim *Hipp. lib. Prorhetico-rum*, epilepsiam, melancholiam, hydropem & podagram esse morbos hæreditatis, apoplexiæ vero non meminit, deinde omnes hi morbi hæreditarii ortum ducũt à membris seminariis vel spermaticis. Apoplexia vero oritur ab humoribus. Etsi autem his demonstrari potest rationibus, apoplexiam morbum hæreditarium non esse: Tamen ego cõtra iudico, à parentibus posse hoc malum communicari: Neq, obstat Hippocratis autoritas. Scitis enim illud vulgare axioma: Nihil valere autoritates ex parte negatiua allatas, neque valet consequentia si dicam. *Hipp.* in hoc vel illo loco eius rei non meminit. Ergo, res hæc ita sese non habet. Imo cum breuis & concisus vbique sit Hippocrates, sub nomine epilepsiæ l. c. voluit comprehẽdere omnes illos capitis affectus epilepsiæ similes: Deinde nõ tantum hæc mala ab humoribus fiunt, sed concurrit etiam ad horum generationem, dispositio membrorum continentium; partes autem continentes sunt vasa spermatica, quæ à parentibus ad morbos tales disponi possunt, & sic hæreditaria fiunt.

Cvra. Causæ igitur internæ huius mali sunt: Humorum copiæ, cerebri dispositio, quibus externæ etiã accedunt; cibi crassi, & incongrua victus ratio. Quare humores euacuandi, caput confirmandum, desiccandum, & causæ externæ tollendæ sunt. Neque despero de sani-

tate, sed multum neque spero. Corpus plenum est, & vt *Plato* nominabat in Timæo, luxurians. Quare sanguis mittendus, fonticuli brachio & cruri dextro applicandi sunt, posterior autē capitis pars non est tangenda, quia est locus affectus, & in præseruationibus dicebat *Gal.* à longe remedia applicanda esse: Lenienda deinceps aluus, præparandum corpus, & expurgandum aliquoties, primo leuioribus, inde vehementioribus medicamentis: *pill. fœtidis, pillulis hieræ*, quæ commendantur à *Scribonio Largo:* Caput deinceps corroborandum erit: Abstinerem à remediis epar & ventriculum respicientibus, quia hæc membra non sunt affecta; stillicidium ordinarem commissuræ coronali, quo non modo per 15. verum etiam 20. & plures dies vtatur, vt hoc pacto fiat impressio; Nam vt dicitur: *Gutta cauat lapidem non vi, sed sæpe cadendo.* Aduentante autumno decoctum Guaiaci præscriberem, cui iniicerem etiam capitalia medicamenta. Tota hyeme bis aut ter in mense sumeret modo *pill. cochias*, modo *oxymel squillit.* modo *mythridat.* Quibus omnibus diligens viuēdi ratio accedat

D. *Capodiuacca.* Vt hic affectus diligenter cognoscatur, moneo, vt ad symptomata præterita, præsentia & futura respiciamus: Præteritum vitium fuit; quod post somnum loqui non potuit, & veluti mente non constabat, sed hoc malum statim curatum fuit; vnde iudico apoplexiam minime fuisse; Dicebat enim *Hipp. in Apl*

apople

apoplexiam fortem soluere impossibile esse, debilem non facile. Quia igitur illico huic malo subuentum est, non potuit dici apoplexia : Fuit igitur torpor quidam pertinens ad functiones principes. Ratione autem vaporis & humoris melancolici & pituitosi obstructiones fieri poterant: A pituita vero diminuta est functionum actio, & actio illa ob nimium motum materiæ, & vinum copiosum & coitum frequentiss. læsa est, & angustia hoc pacto facta est circa neruos ad linguam, & circa principium spinalis medullæ, ad partem dextram; Materia est pituitosa, genita ob humiditatem nimiam cerebri, & ab eodem etiam propter eandē causam suscepta; occasionem dedit gignendæ materiæ vini potus & coitus: In præsenti autem perseuerat motus imminutus secundum partem dextram, & malum hoc est nihil aliud, quam angustia nō secundum omnes corporis partes, sed solum secundū principium spinalis medullæ. Sed quæ fuit hæc materia, quæ angustiam hanc effecit? Si copiosa omnino fuisset & crassa, facultas animalis nō posset tam diu eam perferre, & à materia crassiore facile ita transitus ille inliberi posset, vt non fiat stupor, sed Paralysis potius: Nec puto hoc malum fieri, quod spiritus non transeunt, spiritus enim alias ad totum corpus non deferuntur, sed tantum ad spinalem medullam pertingunt. Fuit igitur materia pituitosa, cuius vi dextra pars cō-traxit obstructionem & frigiditatem. Imminet

autem

autem absque dubio apoplexia, quia parentes illius, & multi ex eius familia agnati, hoc morbo correpti obierunt: neque vero obstat Hippocratis locus citatus, cũ apoplexiam ille sub prædictis morbis subintelligat: Ad hæc vitia hæreditaria non modo ob partium intemperantiam oriuntur: *Nam exempli gratia*, vitium Gallicũ nõ datur hæreditarium semper & in omnibus ob partium genitaliũ aut viscerũ intemperantiam: In lue enim Venerea partes non necessario intemperatæ sunt: quamuis ex parentibus infectis fœtus infecti oriuntur: Deinde etsi pars intemperata adsit, vt exempli gratia, epar calidum: tamen ratione caliditatis epatis nequaquam necessario prouenit morbus Gallicus: sed quemadmodum fit in morsu canis rabidi, idem in tali lue Gallica accidit: Canis rabidus morsu quidem venenum eiaculatur, at morsus ille non est in causa mortis, nisi rabies ista multiplicetur; sed quid multiplicat hanc caninam rabiem? Num distemperantia partis? minime. Sed morsus caninus seipsum multiplicat: Idem accidit in lue Gallica; Cum fit eiaculatio seminis à parente Gallico, euenit vt materia resideat in fœtu, quæ temporis progressu seipsam multiplicat: Deinde à natura malæ dispositionis partium spermaticarum, hæreditarii morbi proueniũt: sed quænam est hæc mala dispositio? R. Potest esse aut intemperies aut mala compositio, aut soluta vnitas: Probat enim hoc experiẽtia, homines qui nascun-

nascuntur ab Epilepticis, non adeptos semper fuisse cerebrum intemperatum, sed potius temperatum, sic qui nascuntur ex calculosis parentibus, non omnes habent renes calidos & epar calidum. Quare sæpe vitiosa proportio natiua membrorum est in causa hæreditariorum morborum. Sed ad patientem nostrum redeamus: Caput patientis à principio generationis fuit calidum & humidum, & iam etiam non vsque adeo insignis adest frigiditas, quia bene adhuc memoratur, quod autem somnos profundos habet, hi potius à pituita sunt: sed Apoplexiæ fiũt à cerebro frigidiore & humidiore: Causa igitur est natiua partium cerebri proportio, quod facile patitur, & non potest expellere vapores semel susceptos.

Cvræ. Quoad contenta. Superfluitates expurgandæ & reuellendæ sunt ratione impetus. Quo ad continentia, pars dextra calefacienda est, cerebrum exsiccandum, & aliqua etiam ex parte calefaciendum est; Quare requirit medicamenta capitalia: Possumus quidem omnia recte præstare, & scopos istos absoluere, quamuis difficile sit ita roborare caput, vt procedente ætate quandoque in Apoplexiam non incidat. Si autem voluerit, seq; obedientem præbuerit, poterimus eum præseruare etiam ab imminenti Apoplexia, materiam reuellendo & proportionem tollendo. Duo fonticuli faciendi in parte opposita, retrahetur enim hoc pacto materia, & euacua-

euacuabitur per partes infernas: An vero præstet in occipitio etiam fonticulum imprimere? &. Si sermo fiat de fonticulo tanquam materia remedii euacuantis & reuellẽtis à capite, nequaquam conueniret eo in loco fonticulus, quia non est euacuandum & reuellendum per locum affectum. Nam ad hanc intentionẽ satis essent duo fonticuli illi; sed si de materia euacuante loquamur, hac de causa fonticulus in occipitio concedi posse videtur: quemadmodum *Hipp.* in doloribus iuncturarum vnctione partium articulorum vtebatur. Quare hac de causa ratione euacuationis in posteriore parte capitis per vnum atque alterum mẽsem fonticulum apertum tenerem, reliquos duos in reliquis corporis partibus omni vitæ tempore tenerem apertos. Difficultas autem est de venæ sectione. Medici Veneti venæ sectionem omnino interdixerũt; Adhæc affectus potius est frigidus; Materia pituitosa est quæ peccat, caput pituita refertum est, & si imminet Apoplexia, causa potius pituitæ imminet, non ratione sanguinis. Sanguis igitur cũ non sit causa morbi, non detrahendus esse videtur: Accedit huc etiam Galeni autoritas, qui 4. *de tuend. val.* 4. scribebat, reperiri infirmos quosdam, qui vel præ timore, vel alia de causa venæ sectionem non admittunt, & in tali casu monebat *Gal.* Medicum, vt à sanguinis missione abstineret, & eo vberius corpus expurgaret: Cumque habeamus hic corpus ita dispositum, vt validissi-

lidissima etiam purgantia sustinere possit, puto medicamētis potius quam venæ sectione agendum. Proderunt etiam frictiones, nam *Gal.* 4. *Meth.* 6. in plethora, & frictionibus, & balneis, & aliis etiam auxiliis plenitudini occurrebat: Ex altera vero parte habemus corpus calidum & humidum, quale solet esse sanguineū, & quamuis sanguis non est causa morbi efficiens; tamen est causa, sine qua morbum tuto remouere non possumus. Periculum enim est, si sanguis nō detrahatur, ne in imam partem confluat, præsertim si materia ad partes infernas deriuetur. Quare iudicarem ego sanguinem detrahēdum esse, sed tamen non transcenderem in sanguinis missione ℥ vj. vel vij. ne copiosa sanguinis emissione corpus refrigeraretur, & vt ita tamen tolleretur causa, sine qua curare non possumus. Purgarem deinde caput per nares, per os, masticatoriis ex calorificis compositis: Aquis prædictis in potu non vterer, ne nimis calefacerent, & exsiccarent, sed essem contentus stillicidio secundum futuram coronalem, & balneo aquæ, & luto etiam roborante: Ligni guaiaci vsus cum hoc tempore non conferat, de eo iam non dicam: Si tamen ventriculus esset robustus, vt ego iudico robustum esse, & iecur non vsque adeo calidum: (Dicebat enim *Gal.* quoties corpus est calidum & humidum, iecoris caliditatem non valde distemperatam esse solere) darem in potu aquas thermales etiam, quia penetrarent ad

caput,

caput, & ad partes affectas, & euaporarent facilime ad cerebrum, & essent hac ratione meliores, & conducibiliores ipso stillicidio; præsertim cum iecur, vt dictũ est, non prohibeat, & quamuis ventriculus, cum sit robustus, tali auxilio nõ indiget, indiget tamen caput, indiget tota pars dextra: De Antidotis etiam nunc nihil dicam, quia hoc tempore non conueniunt: Diligens autem ante omnia victus ratio instituatur. A vino hoc tempore abstineat.

Consilium pro viro Magnifico laborante ex impotentia ambulandi; In ædibus Mercurialis.

D. HIERONYMVS FABRICIVS ab Aquapendente.

DE pluribus cõqueritur hic Nobilis & Magnificus vir, potissimũ vero de impotentia ambulandi, de doloribus circa lumbos & crura, & quia interdum ratione dolorum non potest cohibere vrinam, præter voluntatem illa exit, & quidem valde sabulosa. Hæc sunt mala, de quibus patiens conqueritur, quæ quidẽ omnia sunt potiss. symptomata offensæ facultatis animalis sensitricis & motricis: Et ambulatio quidem est actio facultatis motricis, quæ oritur ex tensione & flexione neruorum & articulorum, & quia hę partes per se motum non habent, sed à musculis & neruis, & hi quidem à suo principio, primo omnium

omnium principium motus perpẽdendum est. Quantum igitur ad musculos & articulos, credo nullam offensionem adesse; mouet enim articulos, & libere musculi contrahuntur & extenduntur: Neque etiam dicendum est, offensionem esse in cerebro, quia hanc partem habet illæsam; habet enim facultates animales sensuũ præcipue interiorum, maxime vigentes; Quare cum nihil supersit quam viæ, per quas facultas motrix à cerebro reliquis membris communicatur, quæ viæ nullæ aliæ sunt, præterquam nerui, credo potiss. neruos offensos esse; qui cũ dupliciter offendi possint, primo vt sunt partes instrumentales; secundo vt sunt organicæ: In hoc nostro patiente læduntur non vt instrumẽtum, quia ita morbus esset maxime in via, & sic pedes mouere non posset, quin etiam adesset obstructio in ipsis cruribus, cũ tamen nulla appareat; fieri enim alioquin non posset, vt cum Musculi ex propaginibus neruorum conflati sint, si nerui tanquam instrumentum læderentur, non essent redditi tumidi, ipsi musculi; cum tamen tumor nullus appareat in cruribus, imo adest emaciatio quædam & exsiccatio harum partium: Quare relinquitur neruos affici, vt sunt partes similares; Cõsideranda autem ea sunt, quæ tum præcesserunt, tum adsunt, tum etiam morbum consequuntur. Præcesserunt causæ refrigerantes; Tantum enim superiori tempore frigus ipse sustinuit, vt etiam vngues pedum illi decidẽt.

quam amissionem vnguium illa postmodũ ambulandi impotentia secuta est: Quare arbitror, neruos insignem pati frigiditatem, id quod & præsens malum indicat: Persentit enim adhuc manifestum frigus in cruribus: Præterea ipsa ambulandi impotentia frigiditatem ipsis membris inducit, cum enim membra non mouentur, frigida euadunt. Sunt igitur nerui frigidi: An autem siccitas frigiditati coniuncta sit, an vero humiditas, crederem ego potius siccitatẽ quam humiditatem adesse, non tamen existimo siccitatem esse admodum validam, sed eam, quę à frigiditate superetur: Quod autem crura emaciata sunt, id euenisse arbitror, nõ ob siccitatem, sed potius propter inertiam, quia cum non exercentur mẽbra, & musculi actionem suam non perficiunt, flaccescere illi & emaciari quasi vidẽtur: Per interualla autem persentit dolores circa coxas, & in cruribus: Credo ego offendi illas partes à iecore, quod habet valde calidum, vnde in partes debiliores acres & salsi humores transmittuntur, qui postea dolores prædictos excitant; sed quærendum est, quomodo intemperies frigida neruos offendat? non enim potest aboleri motus, nisi viæ obstruantur; Si spiritus animales per omnes neruos procederent, forte nerui à frigida intemperie tunc condensarentur, & sic spiritus animales cohiberentur & intercluderentur, ne in omnes partes transmeare queant, vel etiam in ipsis neruis ab intemperie

frigida

frigida ſpiritus animales labefactarẽtur; ſed quia ſpiritus animalis non influit per neruos, ſed tantum facultas quædam, videtur, quod cum hæc vis ſiue facultas ſit incorporea, nihil ipſa pati à neruis poſſit. R. Et ſi hæc facultas eſt incorporea; tamen offendi à neruis frigidis poteſt; Nam cum nerui originem habeant à cerebro, & virtus ipſa ſit à cerebro; ſi cerebrum continget eſſe frigidum: neceſſe eſt euenire neruis & facultati, quod euenit cerebro: quemadmodum videmus contingere in Magnete, in quo vis trahendi ferrum etiam eſt incorporea: nihilominus tamen videmus hanc vim in Magnete aboleri, ſi allium illinatur. Idem etiam facultati motrici & neruis ipſis accidere poteſt: Præter impotentiam ambulãdi adeſt etiam doloris ſenſus circa lumbos, & vrinæ profluuium. Quod autem vrina præter voluntatem exit, id ego fieri puto, nõ quia muſculus læditur (σφιγκτὴρ dictus) ſed propter externum errorem, hoc eſt, propter vrinam ſabuloſam; quæ diu violentius expultricem facultatem exſtimulat, fit vt ſine ſenſu & voluntatis arbitrio exeat: Non autem gignitur hæc vrina ſabuloſa in veſica, ſed à renibus producitur, quos habet calidiſſimos: Dolor vero excitatur ob ſabuloſa illa corpora, quæ ex materia viſcida generantur, & craſſa in ipſo ventriculo nata, atque etiam in epate, quod inprimis acres humores generat; ventriculum vero habet imbecillem, & potius frigida intemperie affectum.

CVRA. Crura calefacienda, iecur & alia mẽbra contemperanda sunt: Neque despero de sanitate, habet enim corpus robustissimũ, & quia à violentissimis causis excitata sunt symptomata, si causæ cessauerint, fieri non potest, quin morbus etiam aliquando cesset. Purgandum inprimis corpus est *syr. rosat. solut. cum sero lactis* adhibito: Præparandum deinceps *syrupis cichoraceis & betonica*. Euacuandum *rhabarb. syr. ros. sol.* conf. Hamech. Venę sectio locum non habet propter siccitatem, si tamen volet, poterit emittere ʒ iij. aut iiij. sanguinis ex hæmorrhoidibus. Et quia habemus caput læsum & crura valde debilitata, non cogitarem de fonticulis; A thermis abstinerem similiter, respiciendo ad iecur & renes calidos: exhiberem serum lactis caprini, primis quidem diebus non in multa quantitate; quod si tunc ventriculus non offenderetur, augerem hoc serum: Crura calefacerem & humectarem; id quod lutum ipsum facilime præstare poterit, est enim calidum, sed quia simul siccum est, & siccandi facultatẽ etiam supra aquas habet; ideo ne officeremus, vellem vt lutum daretur, neque admodum calidum, neq; admodum frigidum, & ita, ne primis vicibus diu consisteret appositum, ne forte exsiccaret. Si enim ita lutum apponemus, à scopo nostro non frustrabimur. Est enim vnctuosa luti materia, & hac ratione etiam humectabimus. Applicetur similiter ad hũc vsum *ol. montium Patauinorum*, est enim tenuis.

obuol-

obuoluantur *crura lana succida*: Inde roborentur partes *ol. mastichino, & ol. de lumbricis*, quod neruis inprimis mirifice confert.

D. Mercurialis. Caliditas renum adest insignis, ventriculus imbecillis, an autem nerui sint refrigerati & exsiccati, dubium apud me est: Si enim adeo essent frigidi, frigiditas illa & siccitas etiam carni communicata esset, & partibus illis vbi sunt nerui: Refert autem ipse patiens, crura nõ admodum recedere à sua natura; quare sum huius sententiæ, esse quidem aliquantisper refrigeratos neruos, sed intemperiem excellentiorem esse in siccitate. Nam si causas externas considero, hæ omnes exsiccare potuerunt, nam plerumque aëri sicco se exposuit; Præterea inquit se in deambulatione circa suram dolorem sentire, & tota insuper nocte torqueri in lecto, non quod doleat, sed quia nõ potest inuenire situm, vbi congrue dormiat: Causa horum duorum malorum non est alia, quam siccitas; Hæc enim ligamenta abbreuiat, ita non possint extendi: Vbi enim vult extendere crura, dolet, non vbi mouere cupit. Quod autem noctu torquetur in lecto, causam afferebat *Gal. 2. de mot. musc.* vbi membra & artus non habent proprium situm, contingit lassitudo, idque ideo, quia partes neruosæ exsiccatæ sunt; non tamen ita exsiccatæ, vt contractio insignis adsit; quod autem è regione lumborum & renum in dorso dolorem percipit, puto ego dolorẽ illum, oriri propter con-

sensum renum, quia est dolor momentaneus, quem modo percipit, modo non percipit, non negarem etiam à capite humiditatem quandam extraneam defluere, ad neruos & musculos, sed an illa humiditas possit impedire motum, non video.

CVRA. Partes calefaciendæ & moderate humectandæ sunt: Curatio admodum difficilis est: Expurgato corpore sumat serum lactis cum *syr. ros. solut.* & cum manna paratum, vtatur luto, ante tamen lutum immergamus ipsum in *oleo tepido*, quod si conferet per 2. vel 3. vices, inuenta est medendi ratio, & sic deinceps luta tuto apponi possunt: Sed & eodem tempore luto ac oleo vti poterit, si fiat ex vtroque quædam veluti pasta: Probo alia omnia, quæ dicta sunt: Abstinendum à venæ sectione & fonticulis, quia corpus hoc nimis exsiccatum est, victus cæteris respondeat.

D. Capodiuacca. Non possum causam animo concipere, vnde impotentia oriatur ambulandi, si ad simplicẽ intemperiem respicio: Quia simplex intemperies diminuere quidem motũ potest; at quia pene motus ablatus est, nescio an id à nuda saltem intemperie proficisci possit. Facultas enim motrix ob intemperiem non impeditur à transitu: Causæ etiam procatarcticæ sunt magis refrigerantes quam exsiccantes: Quare arbitror magis locũ habere frigiditatem quam siccitatem: Sed ad hanc intemperiem simplicem accedit etiam densitas quædam, circa os sacrum,

quia

quia partes illæ sunt plus iusto refrigeratæ; an autẽ sit hæc ipsa facultas læsa, vel spiritus etiam, arbitror ego, cum spiritus nõ nisi ad oculos perueniant, nullam hic mentionem spirituum faciendam: Facultas autem ipsa, quæ defertur ad crura & pedes, sufficit quidem ad mouendos pedes, nõ tamen ad neruos & musculos regendos. Quid igitur agendum? Iecur & renes refrigeranda, crura, coxæ, & partes circa dorsum calefaciendæ sunt. Densitas etiam circa hanc partem remouenda. Iudico ego non tantum curationem difficilem verum etiam impossibilem esse. Angustia est in parte admodum intima, & densitas est producta à causa, quæ ibi admodum fixa est: Vidi exemplum tale in quodam nobili viro, qui cum eandem eundi impotentiam ex immoderata viuendi ratione contraxisset, nunquam postea restitutus est: Si tamen curatio aliqua instituenda est, ego simplici potius purgatione contentus essem; probo omnia lenitiua præparantia & purgantia iam dicta. Probo serum lactis ratione iecoris & renum; probo etiam thermas: Sed quo ad tempus, prius vterer thermis, inde sero: Quia serum opportunius administratur tempore calidiori, quo thermarum vsum sustinere non posset. Vterer etiam lutis, eo quo dictum est modo, vt calefactio fieret citra exsiccationem, vterer etiam ad hunc vsum *ol. lumbricato, mastichino*, quo & Galenus vtebatur in ventriculo exsiccato: Probarem vt in parte

ossis sacri administraretur lutum, item sinapismus, dropax: Quod ad balneum aq. dulcis primo quidem tempore vti illo poterit, vereor tamen ne minus conferat, metuendum enim est, ne ratione laxitatis, partes debiliores reddantur.

Sequuntur Gallica.

Paralysis Cura Caroli Stephani.

℞ *Passularum mundatarum, liquiritiæ rasæ, polypodii quercini, ana* ℥ ij. *iuæ artelicæ, stechados vtriusque, summitatum thymi, maioranæ, pulegii, origani, calamenti, flo. hormini hortensis, ana* p. ij. *cordialium trium, ana* p j. *sem. 4. frigidorum maiorum, minorum, ana* ℥ ij. *saluiæ,* p j. *sem. bombacis,* ℥ j. *anisi, fœniculi, ana* ℥ ij. Fiat decoctio in æquis partibus vini albi & aquæ hordei, ponendo in fine: *Sem. chartami,* ℥ ij. Decoctionis trium testudinum nemoralium vt decet præparatorum, ℔ j. In colatura adde: *Syr. rosar. incarnatarum,* ℥ iij ß. *sacchari,* ℔ j. ß. clarificetur & aromatizetur cum *cinamomi, nucis mosch. caryophyll. ana* ℥ ij. *moschi in nodulo positi gr.* iiij. Addantur *succi limonum & arantiorum, ana* ℥ ij.

℞ *Conser. rosarum, borag. bugloss., violarum, ana* ℥ j. *cichorii,* ℥ ß. *nucleorum pini, pistaciorum, ana* ℥ j. *Sem. bombacis,* ℥ j. *pudendi cerui, coralli vtriusque, boli armeni opt. ana* ℥ ij. *amygd. dulc.* ℥ iij. *micæ panis albiss. siccati, sacchari rosacei, ana* ℔ j. *pulu. lætitiæ Galeni, diamoschi, diambræ, ana* ℈ ij. *aromatici rosati, triasantal. ana* ℥ ß. *fol. auri numero* xx. Fiat conditum

ditum vt decet. Adde: *Mannæ granatæ*, ℥ j.

℞ *Cinamomi electi, nucis mosch. caryophyll ana* ℥ ij. *squinanthi, calami aromatici, galangæ, macis, spicæ nardi, ana* ℥ ij. *ireos, cyperi, ana* ℥ ß. *piperis nigri*, ℥ j.

Misce f. Puluis.

℞ *Amygd. dulc. excorticarum* ℔. ij. ß. *Pistentur, infundatur puluis supra dictus, & includantur vasi terreo superposito aquæ feruenti, addendo in fine moschi & ambræ, ana* ℥ ß. *Omnia ista debent permisceri cum puluere proxime dicto, & contusis amygdalis hæc omnia in vase terreo includantur, & osculum vasis claudatur optime, & bene obturatum papyro grossa, & deinde suspendatur super aliud vas aqua plenum, ita vt non attingat aquam, sed tantum lebetem, & vaporem vas illud accipiat, & intra horam fit oleum, quo nihil præstantius post vniuersalia ad resolutionem,* vt ait Carolus Stephanus.

℞ *Theriacæ veteris, rasuræ eboris, cornu cerui, corall. rub. ana* ℥ ij. *boli armeni opt. margar. albar. electarum, ana* ℥ j. *moschi gr.* ij. *conser. buglossæ, rosarum corticum citri cond. ana* ℥ j. *Fiat opiata, cum syrupo de capillis Veneris.*

℞ *Santali vtriusque subtiliss. pul.* ℥ ij. *xyloaloes,* ℥ ß. *pul. rosarum rub.* ℥ iij. *squinanthi, calami aromat. cyperi, gran. iuniperi, hederæ, ana* ℥ ij. *rad. & sem. pæoniæ, ana* ℥ iij. *cinamomi electi,* ℥ j. *maioranæ, origani, pulegii, ana* ℥ ij. ß. *rad. ireos,* ℥ j. ß. *stechados Arabicæ, betonicæ, flor. chamomillæ, ana* p. ij. *cocognidii,* ℥ ß.

Pulueriſentur omnia ſimul ſubtiliſſime aſpergatur *lana caprinata*, & fiat cucupha, vt decet.

℥ *Ol. amygd. dulc.* ℔.ß. *violarum, roſarum, ana* ʒij. *chamomillæ, anethi, ana* ʒj. *croci,* ϑj. *pulu. hieræ picræ Gal. ſ.* ʒ.ß.

Miſce f. Enema. Detur, nunc.

Gallica. Paralyſis in homine ingenuo.

℥ *Maſſæ pill. aggregatiuarum, fœtidarum, artetícarum, ana* ʒj. *agarici trochiſcati,* ϑiiij. *troch. alhandal. gr.* vj. *cum ſyrupo de ſtechade.* f. Maſſa pillular. ex cuius ʒj. f. pill. vj. Capiat 4. poſt cœnam, præcedenti leui cœna cum cuſtodia.

℥ *Conſer. flor. ſtechados, anthos, zinziberis conditi, ana* ʒj. *azari, corticum citri cum ſaccharo conditar. ana* ʒß. *diambræ, pliris arcoticon, ana* ʒj. *diaphalangæ,* ϑij. *diarhodon. abb.* ϑj.ß. *rad. pæoniæ, viſci quercini, ana* ʒß. *ſyr. de ſtechade. q. ſ.* f. in modum opiatæ, de qua capiatur ad quantitatem *nucis comeſtibilis* quotidie manè & aliquãdo à cœna.

℥ *Aniſi, fœniculi, ana* ʒj. *coriandri cum aceto præparati & decoctione ſaluiæ,* ʒj. *galangæ minoris,* ʒj.ß. *corticis citri ſicci,* ʒij. *cinamomi interioris,* ʒiij. *ſacchari ad duplum omnium,* f. puluis. Vtatur poſt paſtum.

℥ *Aq. fontanæ,* ℔.xx. *mellis* ℔.j. clarificetur & aromatizetur cum *zinziberis, galangæ craſſioris, cinamomi, ana* ʒij. *vtatur loco vini.*

℥ *Vnguenti de bdellio.* ℔.j. *ol. de nucibus indicis, de croco, amurcæ olei lilior. ana q. ſ.* f. Vnguentum. Vn-

gatur

gatur ceruix & totum brachium fero sub somnum. Postridie mane loco pellis leporis apponatur, cui adde *aq. vitæ*, ʒ ß.

℞ *Flor. stechados, anthos, saluiæ, ana* ʒ j. ß. *fol. betonicæ, melissæ, sampsuchi, saluiæ minutæ siccor. ana* ʒ j. *galangæ, caryophyll. nucis moschatæ, cyperi, calami aromatici, ana* ʒ iij. *corticum citri,* ʒ ij. *gr. tinctorum* ʒ j. *pulueriſa & in syndone rubea,* f. cucupha interbastata.

Pro quinquagenario, qui conquerebatur de quadam formicatione in pedibus & manibus, & erat in periculo, ne veniret in paralysin propter nimiam Venerem & vinum. Syl. *Gallica.*

℞ *Oxymellis Galeni,* ʒ iiij. *syr. de stechade,* ʒ ij. *aq. betonicæ,* ʒ vj. *Pro* iij. *dosibus.*

℞ *Agarici trochiscati,* ʒ ß. *syr. stechados expressionis,* ϑ ß. *rhabarb.* f. pill. molles. Capiat mane.

℞ *Limaturæ ligni Guaiaci,* ʒ ij. *aq. fabrorum* ℔. iij. f. Decoctio ad ℔. ß. consumpta. Adde *vini albi,* vbi refrixerit ℔. ß. *Mellis despumati quart.* j.

Bibat mane tepidum in lecto, ad mensuram iij. vel iiij. digitorum, & totidem frigidum initio pastus.

In Paralysi sinistri lateris processus D. Augustini Schurff. Puluis.

℞ *Spec. diagalangæ,* ʒ ß. *salis armoniaci,* ϑ ß. Misce f. Puluis.

Clyster.

℞ *Maluæ, bismaluæ, calamenti, betonicæ, saluiæ, flor. chamomillæ, stechadis citrini, centaurei minoris,*

ana

ana m.ß. *cynimi*, ℥j. *fœniculi, carui, ana* ℥ ß. *acori*, ℥j.

Coquantur pro Clyſtere. Iſtius decoctionis ℔ ℥ xiij. In quibus diſſolue: *Hieræ picræ compoſitæ*, ℥j. ℥ ij. *ol. chamomillæ*, ℥ ij. *ſalis triti*, ℥j.

Miſce pro Clyſtere.

Linimentum.

℔ *Ol. chamomillæ, coſtini deſcrip. Rhazis, de piperibus, ana* ℥ ß. *caſtorei*, ℥j. *nucis moſchatæ*, ∋j. *euphorbii gr.* v.

Cum modico vino aromatico, f. Linimentũ.

Potus.

℔ *Raphani fruſtatim inciſi, num.* j. coquatur *in* ℔ j. *aquæ*, donec redeat ad ℥ vj. coletur, iſtius colaturæ ℔ ℥ iij. *oxymellis ſquillitici* ℥ ß. Miſ. f. Potus.

Potio clara.

℔ *Maioranæ, benedictæ, betonicæ, ſaluiæ vtriuſque, ſticados citrini, iuæ arthriticæ, calamenti, hyſſopi, ana* m.ß. *ſticados Arabici, ana* ℥j. *Rad. petroſelini, fœniculi, ariſtolochi rotundæ, acori, capparis, ana* ℥ ß. *Sem. aniſi, fœniculi, ameos, carui, ana* ℥ ß.

Omnia hæc craſſe cõtuſa coquantur *in* ℔ iij. *aquæ fontanæ* ſecundum artem, vt ſcis donec redeant ad ℔ j. Poſtea colentur. Colaturæ addatur *mellis roſati* ℥ iij. Deſpumetur ad ignem f. potio clara. Huic potioni adde *ſyr. de ſtechade* ℥ ij. ß. Aromatizetur cum *puluere nucis moſchatæ* ℥ xv. Miſ.

Pillulæ.

℔ *Spec. diagalangæ*, ℥ ß. *Pulu. piperis, pyrethri, ſtaphis*

staphis agriæ, salis armoniaci, nucis moschatæ, ana gr. iij.

Fiant cum succo saluiæ pill. ad quantitatem cicerum.

Clyster.

℞ *Maluæ, bismaluæ, centaurii minoris, ana* m.j. *origani, rutæ, saluiæ vtriusque, sticados citrini, iuæ arteticæ, betonicæ, calamenti, ana* m.ß. *Sem. anisi, maratri, siseleos, carui, ana* ℥ ß. *Rad. fœniculi* ℥ ß. *acori* ℥ ß. *pulpæ coloquintidis* ℥ j.

Coquantur pro Clystere. Istius decoctionis ℞ ℥ xiij. In quibus dissoluatur *hieræ picræ compos.* ℥ xv. *olei chamomillæ* ℥ xv. *castorei* ℥ j. *salis gemmæ, communis, ana* ℈ j.

Misce f. Clyster.

Linimentum aliud.

℞ *Ol. chamomillæ, castorei, costini descript. Rhasis, de piperibus, ana* ℥ ß. *in quibus dissoluatur, pul. castorei* ℥ j. *euphorbii* gr. v. *piperis, pyrethri, ana* ℈ j.

Mis. cum modico vino aromatico. f. Linimentum.

Pillulæ.

℞ *Massæ pill. cochiar. fœtidar. de hiera compos. ana* ℈ j. *diagridii,* gr. ij.

Formentur pill. paruæ cum *syrupo de stechade:* inuoluantur *puluere nucis moschatæ.*

Gargarismus.

℞ *Saluiæ* m.j. *lauendulæ, origani, betonicæ, hyssopi, ana* m.ß. *castorei, piperis, pyrethri, ana* ℥ ij.

Coquantur *in* ℔ v. *vsque ad* ℥ x. Postea colatur.

tur. Istius colaturæ ℔ ℥ vj. In quibus dissolue *oxymellis scyllitici* ℥ ß. *hieralogodion* ℥ ß.

Mis. f. Gargarismus. Cui additur *puluis nucis moschatæ* ℥ j. Reliqua pars decoctionis seruetur.

Linimentum.

℔ *Ol. chamomillæ, vulpini, castorei, de piperibus, ana* ℥ ß.

In quibus dissoluatur *castorei* ℥ j. ß. *piperis, pyrethri, ana* ℈ ß. *euphorbii* gr. iij.

Cum modico *vino aromatico* f. Linimentum.

Potus.

℔ *Mellis virginei non antiqui* ℔ j. *aq. puræ* ℔ viij. *iuæ, hyssopi, maiorana, origani, saluiæ, ana* p. ij.

Coquantur secundum artem vt scis, & despumentur, ob medietatis consumptionem. Postea coletur.

Colaturæ addatur *cinamomi interioris optimi* ℥ xv. *nucis moschatæ* ℈ ij. Iteretur vna ebullitione.

Conditum.

℔ *Acori conditi* ℥ j. *conserue anthos, lauendulæ, ana* ℥ ß. *spec. diamusci dulcis* ℥ j. *nucis moschatæ, cinamomi, cubebarum, ana* ℈ j. *cum modico syrupo hyssopi*, f. Conditum.

Clyster.

℔ *Centaureæ, iuæ artetica, saluiæ vtriusque, betonicæ, calamenti, maluæ, rutæ, sticados citrini, origani, chamomillæ, ana* m. ß. *cinamomi, carui, ameos, sileris montani, ana* ℥ ß. *rad. ireos, acori, ana* ℥ ß. *colocynthidis, agarici, ana* ℥ j.

Coquan-

Coquantur pro Clysteri.

Huius decoctionis ℔ ℥ xiij. In quibus dissolme *mellis anacardini, olei rutæ* ℥ ij. *castorei* ℥ ß. *hieralogodion* ℥ ß. *hieræ picræ compositæ* ℥ j. *salis gemmæ communis, ana* ℈ ij.

Misce f. Clyster.

Digestio.

℔ *Syr. de sticados, oxymellis diuretici, mellis rosati, ana* ℥ vj. *aq. saluiæ, betonicæ, ana* ℥ ij.

Mis. f. haustus digestiuus.

Euacuatio.

℔ *Pill. elephanginarum, de hiera simplici, ana* ℥ j.

Reformentur *pill. quarum* ℥ j. accipiat, cum *aq. betonicæ.*

Emplastrum.

℔ *Ol. iuniperini* ℥ vj. *vnguenti marciaton* ℥ ij. *ammoniaci, opopanacis, galbani, ana* ℥ ß. *castorei* ℥ ij. *picis naualis, resinæ, ana* ℥ ij. *ceræ q. s.* f. Emplastrum.

Linimentum.

℔ *Saluiæ, betonicæ, rutæ, stechadis citrini, origani, calamenti, eupatorii, ebuli, maioranæ, ana* m. ß. *iuniperi* ℥ j. *rad. acori, lilior. albor. ana* ℥ ß. *olei oliuarum* ℔ j. *vini optimi Rhenensis antiqui* ℔ j. ß.

Ponantur simul & stēt in infusione per duos dies naturales. Postea lento igne coquantur ad consumptionem vini. Colentur & fortiter exprimantur.

Istius *Olei* ℔ ℥ iiij. In quibus dissoluantur *castorei* ℥ iij *piperis, pyrethri, synapi, ana* ℈ j. *gr. iuniperi* ℥ ij. *sem. rutæ, staphisagriæ, ana* ℈ j. ß. *euphorbi gr.* v.

Ol. vul-

Ol vulpini, castini, castorei, ana ℥ ß. Misce f. Linimentum.

Addatur *pul. nuc. moschat.*

Haustus digestiuus.

℞ *Syr. de sticados* ℥ j. *aq. betonicæ, saluiæ, ana* ℥ xv. Misc.

Pillulæ.

℞ *Mass. pill. de lapide Lazuli, aurearum, sine quibus esse nolo, ana* ℈ j. *diagridii*, gr. ij.

Formentur *pill. cum syrup. de sticade.*

Conditum.

℞ *Diacor* ℥ xv. *Conf. lauendulæ, anthos, rosar. ana* ℥ ß. *Spec. diamusci dulcis, cubebar, nucis moschatæ ana* ℥ ß. *cinamomi interioris, caryophyllorum, zinziberis, piperis, galangæ, macis, spicæ, sticados Arabicæ ana* ℈ j. Cum *modico syrupi de sticados*, f. Conditum.

In Paralysi lateris sinistri pro quodam 72. annum agente.

C. H. D. ERat imbecillitas neruorum, in quibus etsi esset illæsus sensus motus, tamen sensu tactus priuati erant; Nerui autem flaccidi & molles redditi sunt; Cum ex cruditatibus multæ humiditates superfluæ redundent, per quas cerebrũ & spinalis medulla nimiũ refrigerata sunt, in iis potissimum locis, vbi nerui originẽ suam deducunt: Illic nerui flacceſcunt ac molles reddunt, vt cedant ac laxentur, quemadmodum chordæ, quando humectantur, & sic spiritus, à quibus potissimũ nerui reguntur, intercipiũtur & inclu-

& includuntur, vt neruus nec sensus nec motus à spiritibus communicari possit. Cum autẽ eiusmodi humiditas præter naturam, primo in cerebro detineatur, mox ad colli initiũ circa quintam vertebram deuoluatur, nerui qui sensum & motum ad manus deferunt imbecilliores redduntur, & in quodcunque latus humiditas illa vitiosa decumbit, illic nerui flaccescunt, & sic imbecilliores redduntur ad sensum; Si autẽ eadem humiditas in os sacrũ delabitur, pedes sensum amittunt, aut vnum crus, in quo hæc humiditas detinetur, ad motum ineptum redditur: Adhæc sæpe in hoc morbo fit, vt in quibusdam hæc neruorum imbecillitas subito generetur, in quibusdam tardius: Alii dolores inde percipiunt aliquos, alii nullos, vbi humores illi ex neruis in carnem defluunt. Aliis etiam hic morbus molestus est, aliis non item, prout cerebrum magis vel minus continet humiditatum. Et hæc humiditas in cruribus facilius dissipatur quam in manibus: Ratio est, quod robustiores nerui sunt in pedibus & cruribus, quam in manibus; is curatus est his remediis.

℞ *Ol. costini, de castoreo, ana* ʒ vj. *churini, terebinthinæ, hypericonis, ana* ʒ ij. *succi saluiæ, vini Rhenani, ana* ʒ ß. *Pulu. flor. paralyseos, anthus, stechadis Arab. lauendulæ, pulu. vermium terrest. rad. paoniæ, castorei, macropiperis, pyrethri, ana* ℈ ß.

Coq. ad vini & succorum consumptionem, excolentur species crassiores, adde: *Ping.*

castorei, ol. nucis moschatæ, ana ʒ j. *ceræ, q. s.* Pro vnguento.

℞ *Herb. primulæ veris,* m. j. ß. *lauendulæ, chamæpythios, saluiæ, ana* m. j. *rutæ, verbenæ, satureiæ, maioranæ, pæoniæ, stechadis citri & Arab. ana* m. ß.

Conquassata dentur in carta pro fotu.

Imminente nouilunio hic puluis datus est ex *succino albo,* ad corroborationem capitis, cum *aq. cerasorum & lauendulæ*: Postea vsus est hac aqua paralytica ad calefaciẽdos & exsiccãdos neruos;

℞ *Flor. anthus, maioranæ, lauendulæ, ana* m. ß. *gran. iuniperi, bacc. lauri, zinziberis, caryophyll. piperis longi, ana* ʒ ß. *vini sublimati,* ʒ v iij. *aq. lauendulæ, ex baccis iuniperi, ana* ʒ vj.

Misce pro aqua paralytica, qua brachia & pedes lauari debent.

℞ *Rad. acori,* ʒ vj. *pyrethri,* ʒ ij. *herb. paralyseos, betonicæ, ana* m. ß. *origani, rutæ, saluiæ, lauendulæ, ana* p. j. *cubebar.* ʒ j.

Decoq. ad tertias colaturæ ℞ ʒ xviij. in quibus dissolue: *Mellis rosati col. anthosati, syr. de stechade, oxymellis, s. ana* ʒ j. ß.

Misce pro Gargarismo.

℞ *Mythridatii,* ʒ j. ß. *theriacæ el.* ʒ j. *castorei, pulu. saluiæ, ana* ϑ j. Misce pro sudorifico.

℞ *Succini albi,* ϑ iiij. *spec. diarhod. abb.* ϑ j.

Misce f. puluis pro præseruatione in nouilunio vel ante sumendus.

℞ *Ol. vulpini, costini, vermium terrest. præp. chamomeli, ana* ʒ vj. *pulu. vermium terrest. præp.* ʒ ij. ß.

rad.

rad. acori, pyrethri, castorei, ana ℈j. *ceræ parum.* f. Vnguentum.

℞ *Ol. nucis mosch.* ʒij.

℞ *M. pill. de hiera s. de opopanaco, cochiar. ana* ℈j. f. cum *aq. saluiæ pillulæ*, numero 40.

℞ *Sacch. albiss. aq. betonicæ dissol.* ʒiiij. *ol. succini albiss. gutt.* iij. *nucis mosch. macis, ana gutt.* ij. *caryophyll. cinamomi, ana gutt.* j. *margar. præp. corall. rub. præp. ana* ℈ ß. *cornu cerui vsti,* ℈ j.

Misce f. conf. in Rotulis.

℞ *Olibani, masticis, sandaracæ, ana* ʒ vj. *gummi hederæ, nigellæ torrefactæ, ana* ʒ ß. *asæ dulcis, styracis cal. ana* ʒij. *coriandri, macis, nucis mosch. ana* ʒ j. *flor. anthus, stechadis, ana* p. j.

Conquassentur omnia crasso modo, f. suffumigium; lanæ suffiantur multum, & calidæ neruis admoueantur.

℞ *Chebulor. cond.* ʒ vj. *zinziberis conditi,* ʒ v. *cal. aromat. cond. emblicorum condit. cort. citri conditi, ana* ʒ ß. *arant. condit.* ʒij. *nucis mosch. cond.* ʒ j. *cinamomi inciſi,* ʒ ß. *macis inciſi,* ℈ j. *flor. anthus, pæoniæ, ana* ʒ ß.

Condita incidantur crasso modo, & aromata item, addantur conſeruæ, f. mixtura, caque ſolida.

In ſpontanea laßitudine pedum ac tibiarum. C.H.D.

MAteria in ſuris collecta eſt, vnde motus impeditur, ac difficulter ambulat; Huic balneum pro pedibus paratum eſt.

℥ *Verbasci, summit. iuniperi, meliloti ana q. s. Coq. ad dimidium amphoræ, adde: Salis nitri, vitrioli albi, aluminis, ana* ℔ß.

Extinguatur in hac aq. ferrum ignitum, aut ferri scoria, lauentur ei pedes per horam.

A balneo fricentur ei pedes suræ ac crura, præsertim tibiæ.

℥ *Herb. hypericonis, primulæ veris, saluiæ, iuæ arthriticæ, artemisiæ, matricariæ, pulegii, origani, betonicæ, chamomeli, thapsi barbati, ana* m ij. *gran. iuniperi,* ʒ j. ß.

Conquassata dentur pro lotione pedum.

℥ *Rad. & fol. ebuli,* p. v. *fol. iuæ arthriticæ, saluiæ, roris marini, ana* m. ß. *betonicæ,* p. iij. *lumbricorum vino lotorum* ʒ x. *ol. anethini,* ʒ ij. ʒ ij. *cherini,* ʒ ix. *succi ebuli, caulium, ana* ʒ j. *vini opt.* ʒ ix.

Coq. ad vini consumptionem, colentur & exprimantur, & iterum leniter coquantur, adde: *Bacc. lauri,* ʒ j. *thuris albi subt. pulu.* ʒ ij. *salis opt. triti,* ℈ iiij. *mucilag. rad. althææ,* ʒ j. *ceræ, q. s.* f. Vnguentum molliusculum.

C.H.D.

In Paralysi linguæ, pedum tumoribus, retentione vrinæ & alui adstrictione seu constipatione.

HIc corripiebatur Paralysi vtriusque cruris & linguæ, quæ tam densa erat, vt nec expedite loqui, nec recte deglutire posset, ad hæc tres habet tumores, vnũ in capite, reliquos duos in pectore versus latera. Ex his vnus versus latus sinistrum

siniſtrum dolorem illi mouet : Vrina insuper plus iusto retinetur, & ex alui obstructione abdomen ac venter intumescunt. Omnia hæc mala ex præmadefacto vētriculo & humiditate cerebri nimia proueniunt, vnde tumores illi excitati & orti sunt; Ex nimio etiam vsu medicamētorum purgantium, eorumq; violentorū & catarcticorū debilitatus est : Quod ad linguæ Paralysin, hæc nimium pituita referta est, ideoque inprimis opem & remedii auxiliū postulat. Sumat igitur de hac aqua cochlear vnum, ac sub lingua diu teneat, vt operetur, postea vel deglutiat, vt lubet, vel eiiciat.

℞ *Aq. rosar. saluiæ, maioranæ, lauendulæ, spiritus vini, ana* ℥ j. Mis. pro aqua.

Postea linguam sæpe hoc Mythridatio vngat:

℞ *Castorei* ℥ ij. *theriacæ optimæ* ℥ ß. *pulu. saluiæ, pæoniæ, ana* ℈ j. *thuris* ℈ ß.

Mis. f. pillulæ instar bechicarum.

Ab vsu Cassiæ in purgationibus abstineat, est enim venenum apoplecticis. Antequam autem his bechicis vtitur, præmittat gargarismum sequentem:

℞ *Herb. paralyseos* m. j. ß. *betonicæ, saluiæ, ana* m. j. *hyssopi, origani, ana* m. ß. *Rad. acori* ℥ v. *pæoniæ* ℥ iij. *pyrethri* ℥ ij. *stechadis Arab.* ℥ iij.

Coq. in s. q. aq. ad tertias : Colaturæ ℞ ℥ xv. in quib. dissolue: *Oxymellis squillit. mellis ros. col. ana* ℥ j. ß. Mis. pro gargarismo.

Cum autē linguæ Paralysis immediate à cerebro

rebro humido ortum ducat, corroborandum erit cerebrum, & nerui debilitati ad priſtinum vigorem ſuum reducendi ſunt, ſed propter difficultatem deglutiendi nō poſſunt idonea huic malo remedia adhiberi, quapropter mederi debemus, in quantum poſſumus. Præſcripſi igitur conditum, de quo mane poſt linguam purgatam ſumat quantitate caſtaneæ, & frequenter in ore fruſtulum nucis moſchatæ teneat.

℞ *Chebulor. cond.* ʒ v. *cal. armat. cond.* ʒ ß. *conſ. anthus. Flor. pæoniæ, ana* ʒ iij. *betonicæ, lauendulæ, ana* ʒ ij. *diacori* ʒ ß. *ſpec. dianthus pliris arch. ana* ʒ ß. Cum pauculo *ſyr. de ſtechade.* f. Conditum.

Poſtea pro confortatione cerebri ac neruorum præſcripſi pomum, quod ſemper odoret ante prandium.

℞ *Ladani puri* ʒ j. ß. *ſtoracis cal.* ϑ ij. *Galliæ moſch. blattæ, byzant. caryophyll. ligni aloes, ana* ϑ j. *macis* ϑ j. f. ex his pomum ſyndoni inuolutum.

Dedi etiam puluerem mane futuræ coronali inſpergendum:

℞ *Sandaracæ, caryophyll. nucis moſch. macis, coriandri præp. Flor. ſtech. Arab. roriſmar. ſtoracis cal. roſ. rub. maſticis, cort. thuris, ana* ϑ j. Miſ. f. puluis.

Ad retentionem vrinæ hæc ſequentia eidem ſunt ordinata:

℞ *Herb. parietariæ* m. iij. *agrimoniæ* m. j. *linariæ, chamomeli ana* m. j.

Conquaſſata dentur in ſacculo, qui decoq. in medietate *aq. & vini*, imponat ſacculum calide,

calide, sub vmbilico, vbi est vesica, reiteretur sæpius.

Postea vtatur oleo eo loci:

℞ *Ol. chamomeli* ℥ j. *scorpionum* ʒ ß. Mis.

His nihil proficientibus decoquantur radices in aqua, & dulcoretur aqua saccharo. Hanc aquam bibat singulis diebus mane & vesperi:

℞ *Rad. graminis, rad. restæ bouis, ana* ʒ j. *liquiritiæ* ʒ ij. *Herb. parietariæ, agrimoniæ, ana* m. ß. *cic. rub.* ʒ vj.

Conquassata dentur ad decoctum.

In retentione vrinæ frequenter accidit, vt venter & abdomen indurescant ac distẽdantur, contra hanc duritiem, si adest, superimponat omentum agni frixum in sartagine; In Paralysi cruris vtriusque decoquantur sequentia, & calide imponantur, seruenturq; crura calida.

℞ *Bacc. lauri, iuniperi, caryophill. zinzib. ana* ʒ ß. *Flor. anthus, saluiæ, lauendulæ, primulæ veris, satureiæ, ana* p. j. *vini sublimati, aq. lauendulæ, ex baccis iuniperi ana* ʒ vj. Mis.

Hoc autem vnguento spina dorsi inungi debet:

℞ *Ol. vulpini* ʒ ß. *castorei, iuniperi, chamomeli, ana* ʒ ij. ß. *lumbric.* ʒ vj. *succi saluiæ, lauendulæ, vini opt. Rhenani, ana* ʒ iij. *Pulu. vermium terrest. stechadis Arab. Flor. anthus, ana* ℈ ij. ß. *castorei* ℈ j.

Coq. lento igne ad cõsumtionem succorum & vini, excolẽtur species crassiores, f. cum *cera q. s.* vnguentum.

Quoad tumores, his imponat Emplastrum mollificatiuum.

℞ *Emplastri de meliloto* ℥ j. *diachyli* ℥ iij. Mis.

In alui adstrictione vtatur suppositoriis. Post vsum horum remediorũ conquerebatur de linguæ Paralysi, quæ nollet remitti: Deerant enim purgantia, quibus vti non poterat ob virtutem debilem, quare vsus est hac aqua, quam in ore diu tenuit.

℞ *Saluiæ, rutæ, origani, hyssopi, betonicæ, ana* m. j. *stechadis* ℥ iij. *Rad. polypodii* ℥ vj. *cal. aromat. pæoniæ, pyrethri, ana* ℥ iij. *Sem. fœniculi, anisi, ana* ℥ ij.

Misce dentur contusa.

Vsus est etiam hoc syrupo.

℞ *Oxymell. squillit.* ℥ ij. *syr. de stechade mellis ros. ana* ℥ j. Misce.

Item hanc aquam sorpsit:

℞ *Syr. de stechade,* ℥ j. ß. *aq. virtut. cinamomi, ana* ℥ j. Misce.

Lauetur etiam lingua hac aqua:

℞ *Herb. paralysis, maioranæ, lauendulæ, roris marini, saluiæ, ana* m. ß. *satureiæ,* p. j. *bacc. lauri, gran. iuniperi, ana* ℥ j. ß. *caryophyll. zinz. ana* ℥ j.

Incidantur & conquassentur & superinfundatur, *aq. lauendulæ.* ex baccis iuniperi, *ana* ℔ j. Misce.

Sæpe etiam purget linguam *aq. saluiæ.*

Imponat etiam linguæ has Rotulas.

℞ *Nuc. mosch. castorei, ana* ℥ j. cum *succo saluiæ, q. s.* f. Rotulæ siue orbiculi instar lupinorum.

Tempo-

Tempora illinantur *ol. nucis mosch.*

Obiit autem patiens, antequam hæc medicamenta ipsi sunt allata.

Virgini Paralyticæ. C.H.D.

℥ *Rad. polypodii*, ʒij. *pæoniæ, cal. arom. ana* ʒj. *iridis*, ʒß. *herb. chamædryos, betonicæ, primulæ veris, ana* p.j. *sem. anisi, fœniculi, ana* ʒj. *passul. enucl.* ʒß.

Coq. in f. q. aq. ad tertias: Colaturæ ℥ ʒvj. in quibus infunde per noctem: *Fol. senæ Alex.* ʒv. ß. *turbith. el. agar. troch. ana* ϑij. *rhab. el.* ʒß. *spicæ Ind. gr.* iiij. *cinamomi, zinzib. ana* ϑß. *flor. stech. anthus, ana* p.ß.

Mane colentur & exprimantur: Colaturæ adde *Mannæ el.* ʒx.

℥ *M. pill. Arab. coch. sine quibus ana* ϑij. *arthritic. de hiera cum agar. ana* ʒß. *alhandel gr.* ij. cum *aq. betonicæ*, f. pill. 90.

℥ *Spec. dianthus, piris arch. ana* ϑij. *aromat. ros.* ϑj. *fol. betonicæ, euphragiæ, scordii, ana* ϑj. *flor. anthus*, ϑß. *sem. pæoniæ, fœniculi, ana* ʒß. *sileris mont.* ϑj. *rad. zinzib. cal. aromat. pæoniæ, meu, galangæ, ana* ʒß. *cubeb. macis, ana* ϑß. *cinamomi el.* ϑij. *sacch. albiß.* ʒvj. Misce.

Vltimo pro corroboratione neruorum dedi oleum ad spinam dorsi.

℥ *Ol. lumbricor. terrest. vulpini, costini, de cast. castorei, ana* ʒij.ß. Misce.

In tortura oris. F.H.D.

TOrtura oris, qua interdum corripiebatur, dicitur alias spasmus Cynicus: Sunt qui ri-

sum appellent Sardonium & conuulsionem caninam. In hoc symptomate aliquid præter naturã accidit musculis faciei, cuius vi nerui modo contrahuntur, modo relaxantur. Dependet autem à musculis oris præter naturam affectis. Est igitur symptoma, non morbus, læditur autem actio istorum musculorum, vel ex Paralysi, vel ex conuulsione. Est igitur morbus in mala compositione. Cum autem hæc tortura fit ex conuulsione, tunc pars contorta est sedes & locus affectus; Cum ex Paralysi, sedes morbi non est pars distorta. Nam dũ fit oris tortura ex parte dextra, Paralysis est secundum partem sinistram, & sic sedes morbi est secundum partem sinistram; Nam in hac tortura oris musculi partis sinistræ non contrahuntur ad propriũ principium, quia non sunt relaxati musculi in parte dextra, in qua non est morbus. Cum autem tũc musculi propria ratione contrahantur, sed non tendãtur, nisi à musculis oppositis, id est, à musculis partis sinistræ, musculi partis sinistræ non possunt esse in causa, vt extendantur musculi partis dextræ, quia non possunt contrahi, sunt enim relaxati. Sed in tortura oris ex conuulsione, pars affecta est pars contorta, quia ob conuulsionem fit contractio in parte læsa. In hoc indiuiduo erat tortura oris, non ex Paralysi, quæ nulla præcessit, sed ex conuulsione: Et erat malum leue, quia per se euanescebat. Ego cum viderem, adesse simul ventriculi languorem, epar calidum,

calidum, vnde euaporationes in caput: laborabat etiam subinde vertigine, & dolore capitis. Hunc patientem sic curaui.

℞ *Rad. fœniculi, cichorii, ana* ℥ j. *pæoniæ* ℥ ß. *Herb. betonicæ. fumiterræ, ana* p. ß. *Flor. primulæ veris, cichorii, anthus, ana* p. ß. *Fol. senæ el.* ℥ v. *rhabarb. el.* ℥ j. *agar. trohisc.* ℥ ß. *epithymi cret.* ℥ j. *galangæ, cinamomi, ana* ℈ ß.

Coq. in iure galli, adde Colaturæ: *Mannæ el. calabr.* ℥ x. *aq. cinamomi* ℈ ß. Mis. pro hausta solutiuo.

℞ *Fol. aquilegiæ* ℥ ß. *nucis mosch.* ℥ j. ß. *aluminis vsti* ℈ ij. *mellis virginei* ℥ j. ß. Mis. f. quasi linimentum.

Pro quodam Scriba, in tremore manuum. F. H. D

TRemor ille est ab humiditate phlegmatica nimia ipsis neruis impacta, quæ scilicet deducenda est:

℞ *Syr. de betonica, de stechade, mellis ros. col. ana* ℥ iij. *aq. saluiæ, betonicæ, ana* ℥ j. *cinamomi* ℥ ß.

Mis. pro hausta digestiuo.

℞ *M. pill. de hiera cum agar.* ℥ ß. *aggregat.* ℈ j. *cochiar.* ℈ ß. Cum *aq. saluiæ* q. s. f. pillulæ num. 30.

Deinde pro corroboratione cerebri conditum præscripsi.

℞ *Conf. anthus, saluiæ, betonicæ, ana* ℥ iij. *lauendulæ* ℥ ij. *calami aromat. cond.* ℥ iij. *zinzib. cond.* ℥ v. *chebulor. condit.* ℥ ß. *Spec. dianthus, piris arch. diamosch.*

mosch. dulcis. aromat. ros. ana ∋ j. *pulu. sem. pæoniæ, euphragiæ, macis, ana* ∋ ß. *rad. buglossæ cond.* ʒ v. *citri cond.* ʒ ß. *cinamomi incisi,* ∋ ß.

Condita incidantur & mixtis reliquis detur conditum.

Ceruix & manus sæpe inungatur destillato ciusmodi:

℞ *Aq. epatis vitulini destill. nossell.* j. *lauendulæ, saluiæ, ana nossellum dimidium, spiritus vini tantundem.* Misce.

Vel vtatur hoc vnguento:

℞ *Ol. lumbricorum,* ʒ vj. *vulpini, costini, chamomeli, ana* ʒ ij. *succi saluiæ, lauendulæ, vini Rhenani, ana* ʒ ij. *pulu. verm. terrestr.* ʒ j. *stechadis Arab. saluiæ, ana* ∋ j.

Coq. lento igne ad succor. & vini consumptionem, excolentur species crassiores, f. cum cera q. s. Vnguentum.

In impotentia ambulandi D. Balthasaris Brunneri Consilium & cura.

PAtiens erat epate, corde & renibus calidioribus, ventriculo & cerebro frigido; ventriculus chylum non bene elaborat nec conficit; manet itaque chylus aquosus, vnde multa è naribus & ore fluit pituita, & venter inferior vt plurimum fluidus est; caput autem valde debilitatum est à perpetuis effumationibus & euaporationibus in æqualibus ac distemperatis, ascendentibus ex ventriculo frigidis, ex epate, corde & renibus,

nibus, calidis, vnde multum mucci à naribus eiicitur, & ab ore multum saliuæ exit, deinde hoc vitiosa humiditas à cerebro ad spinam dorsi non tam ad neruos quam neruorum tendines (die Spanadern) quæ crura ac pedes mouent, defertur, vnde motus ille in deambulando impeditur; hinc post exiguum etiam motum lassitudo veluti vlcerosa persentitur: Tendines itaque ab illa humiditate noxia flaccidi, musculos ægre tollunt, vnde lassitudo illa oritur; quod autem in tendinibus & musculis error sit præcipue, inde apparet, quod hæc molestia ambulandi in suris potissimum & supra genua sentitur, eo loci, vbi tendines ligamentis iunguntur, non etiam in toto crure & pedibus, qp certe fieret, si nerui illi præcipue ab humiditate illa superflua læsi essent. Etsi autem patiens sæpe vsus est thermis, vnguentis, emplastris & fomentationibus, tamen hactenus nihil profuerunt, quod hinc factum esse puto, quia hæc remedia, ad tendines penetrare non potuerunt, quare existimo, interna auxilia plus profutura, quæ frigiditatem & humiditatem ventriculi cerebri, neruorum, ac tendinum corrigerent, calefacerent partes illas, & residuum peccantis materiæ tollerent, sudoribus; si enim ventriculus inprimis suo innato temperamento restitueretur, minus pituitæ generari & ibi colligi posset, & sic minus vaporum cerebrum repleret, minus etiam humiditatum per spinam dorsi in neruos aut tendines defluereret. Hoc

ret. Hoc præstaret inprimis cura ligni, quæ complexionem hominis multum potest emendare, & humiditates etiam illas superfluas exsiccare & absumere: Nec obstat, si quis obiiciat, per decoctum ligni caliditatem augeri in corde iecore, liene ac renibus, vt hoc pacto caput magis repleatur, & augeantur catarrhi, nam in hoc patientis corpore, prædicta viscera caliditatē amplius non excedunt, ob multos excessus in rebus non naturalibus: Secundo sarsa parilia caliditatem ligni Guaiaci multum corrigit ac temperat: Tertio potest etiam lignum Guaiacum sine sarsa parilia destillatis aquis temperari, ne caliditas eius prædictis membris noceat; quarto in hac cura epati & renibus subuenire poteris vnguentis & linimentis leniter refrigerantibus. Ante vsum autem ligni Guaiaci corpus exquisite purgandum est, hoc modo: Primo vtatur pillulis mane, tribus ante prandium horis.

℞ *Spec. hierę, ſ. agar. trochiſc. rhabarb. opt. ana* ℈j. *cum ſyr. de capillis Veneris.* f. pillulæ numero 27. deaurentur.

Deinde vtatur hoc syrupo, singulis horis matutinis, de quo sumat 4. cochlearia, calide mane hora quinta, postea per dimidiam horam superindormiat, non tamen sudet, & vsque ad horam decimam ieiunet, hic syrupus plerumque quater operari solet, quod si sæpius fieret, patiens sequenti die quiescat, vel de hoc syrupo minus sumat, vel si non quater operetur, plus de eo sumat.

mat. Cum autem dimidia syrupi pars exhausta est, per diem vnum quiescat, & hoc ipso die, venam iecorariam tundi permittat; sequenti autem die syrupum priorem continuet, quousque duret.

℞ *Rad. cichorii,* ℥ j. *boraginis, buglossæ, ana* ℥ ß. *fœniculi, rhapontici, ana* ℥ vj. *calami aromat.* ℥ ß. *polypodii querc.* ℥ j. *liquiritiæ,* ℥ vj. *tormentillæ,* ℥ iij. *cort. rad. de cappar.* ℥ j. ß. *tamarisci, fraxini, ana* ℥ iij. *cort. mirobal. chebulorum, citrinorum oleo amygd. dulc. fricat. ana* ℥ iij. *pulpæ tamarind.* ℥ vj. *iniubar. sebesten, ana numero* v. *sem. anisi, fœniculi, ana* ℥ ij. 4. *frig. maior. ana* ℥ ß. *minor. ana* ℈ j. *herb. cichorii, endiuiæ, boraginis, ana* m. j. *agrimoniæ, card. bened. veronicæ, ceterach, fumariæ, primulæ veris, betonicæ, ana* m. ß. Coq. in s. q. aq. pro ℔ ij. in quibus iterum coquantur: *Radix hellebori nigri ex Stiria allati,* ℥ ij. ß. *caryophyll.* ℥ ij. *fol. sennæ,* ℥ ij. ß. *epithymi Cretici,* ℥ j. ß. *flor. buglossæ, violar. boraginis, salviæ, melissæ, ana* p. j.

Vbi satis coxerint, stent in infusione horis iij. post colentur sine expressione pro ℔ j. in qua infunde per noctem: *Agar. trochisc.* ℥ ß. *rhabarb. opt.* ℥ ij. *spicæ* ℈ j. *schænanthus* gr. xv.

Expresso adde succorum primulæ Veris, *Fumariæ, ana* ℥ j. *syr. de betonica* ℥ j. ß. *sacch.* ℥ vj. *mannæ el.* ℥ ij. ß.

Coq. ad spissitudinem iustam syrupi, qui aromatizetur cum ℈ j. *specieb. diambræ, &* ℈ ij. *spec. diarhod. abbat.*

Post

Post vsum syrupi quiescat per diem vnũ naturalem, vel etiam duos : Deinde mane sumat has pillulas,& ieiunet quinque horis,inde prandeat.

℞ *M. pill. cochiar. de fumaria, aggregat. ana* ℈ j. Cum *aq. fumariæ*, f. pillulæ numero xxv.

Sequente die mane sumat ad corroborationem principalium viscerũ, tale Mythridatium.

℞ *Mythridatii opt.* ʒ j. *conf. boraginis* ℈ iiij. Mis. pro confortatione.

Postea incipiat vti decocto ligni, ac primo sumat de eo ʒ v. calide mane hora iiij. & superdormiat,ac sudet vsq; ad horam septimam,hinc abstergat sudorem, & pro corroboratione epatis, ventriculi ac capitis sumat rotulas quinque, ieiunet vsque ad horam octauam, deinde prandeat, & bibat de hoc potu. A meridie hora iij. tantundem sumat de decocto,ac sudet vsque ad horam quintam, post sudoris absterssionem sumat iterum 4.rotulas,ac hora sexta cœnet; Hũc processum seruet tribus vel quatuor septimanis: Si autem bis in die sudare non potest, vtatur decocto saltem mane, & continuet curam ad sex hebdomadas. Toto curationis tempore etiam atque etiam videat, ne aluus obstruatur,ac fæces plus iusto diutius retineantur, si aluus sua sponte non cedat,Enemate vel El. lenitiuo sollicitetur, vt humiditates per curam ligni ad egestionem præparatæ deiiciantur,& ne in hypochondriis obstructiones fiant. Quo die Enemate vel

Electua-

Electuario lenitiuo vtitur, abstineat à decocto ligni, ac saltem de potu in prandio ac cœna bibat.

℞ *Rad. sarsæ parilia*, ℥j. ß. *ligni Guaiaci in tenuiss. pollinem triti*, ℔ß. ß. *cort. ligni*, ℥iij. *rad. scorzoneræ*, ℥j. ß. *passular.* ℥j. *sem. anisi*, ℥ij. *cinamomi*, ℥j. ß.

Coq. *in* ℔ß. *aq.* viij. *super prunas ad medietatem, prius per horas* 24. *in loco calido in aq. feruentissima infusa: Cinamomum autem & semen anisi post finem coctionis iniiciantur.* De hoc decocto bibantur ℥v. *vsque ad* viij. paululum dolin angendo. Et hæc potio sudorifica. Deinde:

℞ *Residuum seu fæces prioris decocti*, adde: *Sem. anisi*, ℥j. *cinamomi*, ℈iiij. *santali citr.* ℈ij.

Coq. in ℔ß. viij. *aq. ad tertias*: Colatura detur pro potu in prandio ac cœna.

℞ *Rad. sarsæ parilia*, ℥j. *cort. ligni*, ℥iij. *ligni Guaiaci*, ℥j. ß. *sem. anisi, cinamomi, ana* ℈ij.

Coq. in ℔ß. *aq.* viij *ad tertias:* Pro potu in prandio ac cœna.

℞ *Spec. diambræ, diamosch. dulc. aromat. ros. ana* ℥ß. *diarhod. abb. diatrion santal. ana* ℈ij. *sacch. soluti in aquis cichorii, & betonicæ*, ℥iij. f. conf. in Rotulis.

Si vero calor epatis & renum ex hac ligni cura forte augeatur, conuenient hæc vnguenta renum & epatis regioni applicanda, mane & vesperi, post sudorem.

℞ *Vnguenti ros. mes. santal. ana* ℥j. *aceti*, ℥ß. *cum ol. nymphææ alb.* f. Linimentum.

℞ *Vnguenti in frigid. gal. rosar. mes. ana* ℥j. *rosar. rub. spodii, ana* ℈ ß. *spicæ gr. v. camphoræ gr.* iij. cum *ol. ros. odorifero,* f. Vnguentum, applicetur epati.

Quod ad pedum imbecillitatem & difficultatem vel impotentiam ambulandi, diebus post vsum decocti ligni 14. mane & vesperi post sudorem, fomentetur locus affectus in pedibus & cruribus hoc fotu.

℞ *Herb. rorismarini, mentastri, pulegii, nasturtii, flor. chamomeli, meliloti, stechadis Arab. saluiæ, fol. lauri, rutæ, hypericonis, sem. anisi, fœniculi, carui, cymini, ameos, ana* ℥j. ß.

Coq. in s. q. aq. & vini ad tertias: Vtatur pro fotu.

Post hunc fotum statim vtatur hoc oleo ad locum affectum.

℞ *Ol. caryophyll. destillati,* ℥iij. *amygd. amar.* ℥ij. ß.

Misce pro oleo pedibus ac suris applicando.

Hoc oleo applicato ac bene illinito, pelles vulpinæ duæ loco affecto superimponantur ac horas duas: Pelles autem singulæ prius fumum recipiant, ex pulucre isto carbonibus imposito & sic affectis membris imponantur.

℞ *Ol. caryophyll. destillati,* ℥j. ℈j. *pulegii destil.* ℥iij. *amygdal. amar.* ℥ij. ß.

Misce pro Oleo.

℞ *Myrrhæ, masticis, ana* ℥ij. *olibani,* ℥j. ß. *caryophyl. cinamomi, nucis mosch. ligni aloes, macis, ana* ℥.

Omni

Omnia simul subtiliter puluerizentur, deinde puluerés aq. ardenti irrorentur & exsiccentur, idque fiat sexies, demum iterum puluerizentur & seruentur ad vsum prædictum.

Empyrica in Paralysi & Conuulsione.

Krampff vnd Schlaff der Glieder: Σπάσμῳ φλεγώδης;

℞ *Farinæ hordei, rutæ, pulegii.*

Misce siccata puluerizentur, adde *coriandri, q. v.* tunde in tenuem pollinem, f. Emplastrum cum vino: Imponatur membris affectis.

Item; Alligentur cortices salicum loco affecto.

Decoctum Paralyticum.

℞ *Herb. lauendulæ, stech. Arab. ana* ℥ ß. *thymi, epithymi, ana* ℥ iij. *fol. sennæ,* ℥ iij. *agar. trochisc. hermodactyl. turbith. opt. abrasi, ana* ℥ ij. *sem. carthami in petia,* ℥ ß. *rad. liquiritiæ, fœniculi, ana* ℥ j. *sem. anisi, fœnic. ana* ℥ ß.

Coq. in *aq.* ℔. v. adde: *Mellis despumati* ℔. ß, *oxymellis comp. syr. de stechade, ana* ℥ ij.

Iterum bulliant, aromatizentur caryophyllis & cubebis, f. potio.

℞ *Hydromellis, bulliat cum hyssopo & piperis,* ℥ ß. *vt remaneat clara.*

Paralytico febricitanti ex vsu calidorum.

℞ *Herb. cuscutæ, cichorii, ana* m. j. *thymi, epithymi, ana* ℥ ij. *fol. sennæ,* ℥ ij. *agar. troch. hermodactyl.*

ana ʒj. *sem. carthami ligati in petiam raram,* ʒ iij. *rad. cichorii, scariolæ, endiuiæ, ana* ℥ j. *sem. endiuiæ, acetosæ, scariolæ, ana* ʒ ß. *prun. Vngar. numero* x.

Coq. in s. q. aq. *sacch. opt.* ℥ iij. *in lep. ros.* ʒ iiij. Iterum colentur bene clarificando.

℞ *Herb. primulæ veris. cuscutæ, ana* m. ß. *fol. sennæ,* ʒj. ß. *agar. trochisc. hermodactyl. ana* ʒj. ß. *sem. carthami in petia,* ʒ iij. *rad. cichorii, endiuiæ, ana* ʒ vj. *sem. endiuiæ, scariolæ, ana* ʒ ß. *prun. Vngar. numero* v j. *passul. sine arillis,* ʒ j. Coq. in aq. ℔. ij. ß. *sacch. albiß.* ℔. ß. *syr. de cichoreo,* ʒ iij. Misce s. potio, aromatizetur cinamomo.

Ad loquelam recuperandam in Paralysi.

℞ *Succi pæoniæ, saluiæ, ana* ʒ j. *pulu. castorei.*

Misce vel pone tantum ipsum castoreum sub lingua, patientes iuuat mirabiliter.

Clyster in hoc casu optimus.

℞ *Anethi, florum chamomillæ, sampsuchi, sinapi, meliloti, carthami, ana* m. j. *sem. lini, fœnugraci contritorum, ana* ʒ ij. *ficlæ vel blatis,* m. ij. *sulphuris. pulpæ coloquinthidis, ana* ʒ ß. *ficus siccas,* x x. *verbenæ, centaurii minoris, ana* ℥ j.

Omnia coquantur in vino & colaturæ, adde *Olei antiqui,* ʒ iij. *mellis despumati,* ℥ j. f. Enema Et valet ad omnes passiones artheticas.

Ad vocem recuperandam.

℞ *Pulu. sinapis, piperis, hyssopi, nasturtii, castorei ana gr.* iij. cum *modico succo pæoniæ* pone sub linguam.

Si quis loquelam ex quacunque causa amiserit, ad

rit, administra illi modicum vinum calefactum, in quo dissoluatur: *Pulu. castorei, nucis moschatæ,* certa quantitas. Iuuabit vehementer.

In Paralysi.

℞ *Terebinthinæ,* ℔.j. *vini aromatici,* ℔.j. *gummi hederæ,* ʒ ß. *ammoniaci,* ʒ iij. *caryophyll.* ʒ ij. *myrrhæ rub.* ʒ iij. *cinamomi, croci, ana* ʒ j. ß.

Illum putrefactum ad spatium 8. dierum de stilla ℔.j. primo erit aqua clara alba, illam serua priusquam coloretur colore aureo: Colorem etiam serua seorsim: Huius aquæ ℔.j. admisce pinguedinis serpentis ℥j. vel paulo plus, & resoluatur calore lento in vitro: Hac aqua inunge sæpe membra læsa & stupida, simul mixtis omnibus.

Contra spasmum in quacunque parte corporis.

℞ *Ol. lini, butyri maialis absque sale, medullæ bouis aut cerui ex ossibus, ana* ℥ ij.

Misce bene, & perungatur cum eis locus calide.

Contra Paralysin manus.

℞ *Vrticam, coq. in propria vrina, & cum his laua partem paralyticam, & sanabitur.* Vel:

℞ *Ol. lini partes duas, calcis viuæ partem vnam.*

Quicquid in fundo manserit, optimum est, hoc vteris.

Vel: ℞ *Axungiam caponis priusquam lauetur, succum vrticæ,* cum tota planta, *Brancæ vrsinæ, sem. cymini.*

Super impone parti paralyticæ.

Tremor manuum.

℔ *Saponem communem, vini ardentis ſublim. q.ſ. zinzib.* ℈ j. *flor. lauendulæ, ſaluiæ, ana* ℈ j. ß.

Macerentur per dies 8. in *vino ſublimato*, colaturæ adde, *aq. abſinthii, ſaluiæ, mentæ, ana* ℈ iiij. *vini maluatici*, ℈ iij. Inungatur pars paralytica.

Oleum de anſere valet in paralyſi, D. S. W. vſus eſt in duce Pruſſiæ.

℔ *Anſerem veterem maſculum deplumatum & euiſceretur & lauetur optimo vino foris & intus*: deinde ℔ *Thuris albi, maſticis, myrrhæ, ana* ℥ ij. *vnguenti Martiatonis*, ℥ vj.

Piſa ne imponatur anſeri, anſerem bene conſuendo, deinde anſer aſſetur, & ſuperponatur vas, in quod liquor ab anſere deſtillans recipiatur, quo totaliter accepto accipe pro qualibet ℥ j. *liquoris*, ℈ j. *pul. vermium terreſtr.* rurſus f. paſta, quæ imponatur alembico, & deſtilletur ſecundum artem.

In paralyſi partis dextræ.

℔ *Succini albiß.* ℈ j. *ſpec. diarhod. abb.* ℈ ß.

Miſce f. puluis, detur in ℥ ij. *aq. ceraſorum ſylueſtrium.*

Deinde inungebam ſpinam dorſi cum *oleo de caſtoreo, & oleo rutæ*, & dabam *Hypoglottides*:

℔ *Caſtorei, ſtaphiſagriæ, ana* ℈ j. ß. *maſticis el.* ℥ j. *euphorbii, reſinæ, pini, ana* ℈ j. f. cum *mucilagine tragacanthæ maſſa*, ex q. f. pillulæ, inſtar bechiorum vtrinque compreſſæ, his reſtituta eſt.

In im-

In impotentia ambulandi: F.H.D.

EGo aliquando in simili casu post balneum ex *iua, arthritica, betonica, artemisia, pulegio, flor. chamomeli, & baccis iuniperi* paratum, aut etiam non præcedente balneo, hoc vnguento feliciter vsus sum:

℞ *Rad. & fol. ebuli,* m. ij. ß. *betonicæ,* m. j. ß. *iuæ arthriticæ, saluiæ, roris marini, ana* m. j. *lumbricor. lotor. in vino* ʒ ij. ß. *ol. anethini,* ʒ iiij. ß. *cheirini,* ʒ ij. ß. *succi ebuli, caulium, mucilag. rad. altheæ, ana* ʒ ij. *vini opt. albi.* ℔ j. ß.

Coquantur ad vini consumptionem, colentur & exprimantur, & iterum leniter coquantur. Inde adde: *Bacc. lauri,* ʒ ij. *thuris albi subtilissime pulverizati,* ʒ ß. *salis opt. triti,* ʒ ij. ß. *ceræ q. s.* f. Vnguentum molliusculum, mucilagine altheæ præscripta in fine addita, non in prima decoctione.

In spasmo pedis: Vnctio:

℞ *Ol. rosar. omphacini, chamomel. ana* ʒ j. *vitellum oui, croci,* ʒ ß. *ceræ nouæ parum.* f. Vnguentum.

Digestiuum sic:

℞ *Syr. acetosæ, de stechade, aq. saluiæ, iuæ, artemisiæ, ana* ʒ j.

Purgans:

℞ *Turbith. pulu.* ∋ j. *pill. de hermodactylis,* ʒ ß. f. pillulæ numero v. capiat paulo ante somnum, vel etiam media nocte.

Clyster paretur ex *ol. violar.* ʒ iij. *cassiæ, sacch. rub. ana* ʒ j. *cum decocto de vitello oui, & salis parum.*

Emplastrum resolutiuum:

℞ *Furfuris subtiliter triti*, m. j. *farinæ, sem. lini, hordei, chamomeli, ana* m. ß. *lupinorum*, ℥ j. Bulliant in lixiuio, & adde *syr. acetosæ, s.* f. Emplastrum.

Vnctio ad genu:

℞ *Ol. laur. ol. sem. lini, ol. de spica, ana* ℥ ß. Multum profuit.

℞ *Ol. de terebinthina, laurini, chamomel. ana* ℥ j. *ceræ parum.* Misce f. inunctio calide.

Lotio resolutiua & confortatiua neruorum:

℞ *Flor. chamomeli, stech. Arab. rad. acori, althæa, herb. calamenti, fol. lauri, saluiæ, ana* m. j.

Fomentetur pes spasmosus.

Inde: ℞ *Pinguedinis vrsi*, ℥ iij. Vngatur locus.

Vel: ℞ *Vnguenti Agrippæ*, ℥ ß. *pingued. anatis*, ℥ j. Misce & vnge.

Contra contractionem alicuius membri ℞. *pellem ouis* nouiter excoriatæ, & vnge eam illa parte, qua caro fuit, pinguedine alicuius animalis, vel butyro non salso, vel oleo aliquo, & sic statim membrum humectatur & rectificatur. Oleum lumbricorũ neruos debilitatos confortat, & valet iuncturarũ doloribus, Oleum sambuci morbis cerebri & neruorum confert.

℞ *Costi amari*, ℥ ß. Infundatur *in* ℔ ß. *vini fortiss* 24. *horis*, adde *Ol. oliuæ veteris* ℔ ß. Bulliant ad vini consumptionem, postea adde *pulu. piperis, castorei, euphorbii, ana* ℥ j. ß. *cum cera.* f. Vnguentum paralyticum.

SPICI-

SPICILEGIVM IX.

DE CATARRHO.

De morbi essentia.

Vide Hipp. 2. Aph. 40. 3. Aph. 12. 13. 14. 20. 23. 31. 5. Aph. 24. 7. Aph. 13. & 39. & 6. Epidem. & 6. Aph. 11.

DE Catarrho consule *Galenum* 3. *de sympt. causis* 4. 1. *de tuenda valetudine* 1. & 3. *Aph.* 12. 13. & alibi passim.

Catarrhus cum sit fluxus materiæ præter naturam, hoc est, excrementitiæ, non fit à quacunque materia, quia nõ ab insensibili, sed necessario à materia vaporosa, q̃ sensibiliter expurgatur, & est vel biliosa, pituitosa vel melancolica. Est igitur Catarrhus fluxio materiæ copiosioris, vt in ꝓportione nõ correspondeat assumtis, & in primis qualitatibus, modo hæc materia erit calida, modo frigida, &c. in secundis modo particeps erit salsedinis, modo amaritudinis, modo putredinis, & in colore quandoque erit alba, quandoque citrina vel alterius coloris : Quod ad tempus, non seruabit tempus determinatũ, sed assidue defluet, à capite, cum patientis molestia; Et quod ad locum, potissimum exibit per os, vt defluat ab ore modo in ventriculum, modo ad intestina, modo in reliquas subiectas partes. Hæc igitur considerẽtur de materia, quatenus mobilis est. Quia vero omne, quod mouetur, mouetur à termino a quo, ad terminum ad quem, videndum, qua-

le sit defluxionis initium : Hoc ipsum est caput, Catarrhus enim nihil aliud est, quam defluxio à capite ad reliquas subiectas corporis partes: Mouetur autē hæc materia dupliciter, vel quia impellitur, vel citra impulsionē: Impusio fit à causa caput refrigerante, vt ab aere frigido, & longe magis, si cum frigiditate copulata fuerit siccitas. Et sic ventus Aquilonaris, cum sit frigidus & siccus vim habebit inducendi Catarrhum, impellendo materiam à capite ad partes subiectas: Si vero hæc materiæ fluxio citra impulsionem fiat, bifariam id continget, vel quia hæc materia liquatur, vel quia condensatur: Liquatur autem à causis calefacientibus, vt ab aere calidiore, à vento australi, ab igne & ab odoribus calidioribus : Densatur vero à causa contraria, scilicet à frigiditate, quę vapores caput petentes condensat, qui postea sensibiliter expurgantur modo per os, modo per nares, &c. Hanc causam tradit *Aristoteles in libro de somno & vigilia*, vbi ait, quod sicut in mundo vapores à terra sursum elati ad mediam aeris regionē, ab illius frigiditate densantur, & propter condensationem fiunt sensibiles, ac descendunt per pluuiam : Ita si vapores in humano corpore eleuentur à subiectis partibus, & cerebrum petant, ab illius frigiditate cōdensantur, & sic descendunt. Hoc itaque pacto fit Catarrhus à frigiditate. Quod ad terminum ad quem, Materia in Catarrho vel fluit in totum corpus, vel in partem determinatam : si in par-

ter

tem, hæc vel recipiet fluxum huius materiæ, vel attrahet: Si recipiet, erit imbecillis vel à natura vel ascititie. Natura imbecilles sunt adenes in inguinibus, ad quas partes glandulosas consueuit natura propellere humores superfluos: ascititie autem pars fit imbecillior, propter intemperiem frigidam & humidam, quæ pars debilior reddita facile ab aliis partibus suscipit defluxum materiæ: Si vero fluxio fit attrahendo, hæc attractio fit dupliciter, vel ratione caloris, vel doloris: Quare his omnibus modis materia in Catarrho defluet à capite vel in totum corpus, vel in partem determinatam. Postremo viæ requiruntur, & magnitudo, super qua fit motus: Viæ autem istæ duplices sunt, quædam latiores, vt Oesophagus & Trachæa arteria: si per Oesophagum fluat materia, descendet in ventriculum; si per Trachæam arteriam, in pectus & pulmones defluet, vnde tussis excitabitur: Quædam autem viæ sunt angustiores, & hæ triplices: *venæ, arteriæ, nerui.* Si materia per venas mouetur, sanguini necessario permiscetur, & sic maciem causabit in toto corpore; fit enim macies proter frustratam functionẽ, hoc est, nutritionem, quæ fit, quoties ad partes peruenit bonum alimentum. Cum autem à capite, materia excrementitia defluit, & quidem per venas, hæc materia sanguini permixta, cum non sit apta nutritioni, est in causa, vt corpus, sicut consueuerat, non nutriatur, vnde qui destillationibus crebris

tenen-

tenentur, progressu temporis emaciantur: Hæc eadem materia per venas defluēs, si ibidem putrescat, febrem etiam causat, & quidem continuam, quæ catarrhalis dicitur. Si vero per arterias fluat materia, causabit cordis affectus; Melancholiam, Syncopen, Palpitationē, &c. Quod si per neruos fluxerit, pro partium varietate & diuersitate materiæ, varios efficiet affectus, vnde si ad iuncturas decumbat, articulares excitabit dolores; si ad pedes, podagram; si ad pectus, tussim, &c. Ex his igitur constat, Catarrhum esse defluxionem materiæ excrementitiæ: Cum autem omne excrementum alicuius sit coctionis excrementū, hoc ipsum non ad primam, neque ad secundam, sed ad tertiam coctionem referendum est, excrementum enim est cerebri, in quo tertia coctio celebratur, quare necessarium est, vt coctio cerebri in aliquo deficiat, aliter enim non fiet Catarrhus: Hinc qui capita habent optime temperata, hi destillationibus non corripiuntur. Itaque videndum est, quæ sit causa vitiatæ coctionis in cerebro: Potest autem coctio cerebri lædi dupliciter; ex accidente, & per se; Ex accidente læsio fit in facultatibus coctioni inseruientibus, coctione ipsa integra manēte: Facultates hæ sunt: Retentrix, Concoctrix, Attractrix, Expultrix. Quando igitur Attractrix vel non attrahit, quod debet, vel plus iusto attrahit, aut Retentrix non iusto modo retinet, aut expultrix citius expellit quam par est, tunc necessario

sario Catarrhus generabitur. Quando autē læditur coctio per se; idque dupliciter: vel læsa sua facultate, vel eadem impedita: Læditur autem, quia labefactatur propter intemperiem modo calidiorem, modo frigidiorem: In calidiore fit Catarrhus salsus, in frigidiore fit insipidus, cuius *Gal. meminit 3. de sympt. causis 4.* Eadem facultas si impediatur, poterit impediri potissimum propter poros capitis clausos & angustatos, vt sic consueta euaporatio prohibeatur, quæ per suturam coronalem fieri solet, per quam veluti caminum fuligines cerebri expurgantur, hinc vapores cohibiti condensantur, & in subiectas partes protrusi, Catarrhum efficiunt: Deinde potest hoc impedimētum fieri etiam à causa externa, tum necessario, tum non necessario occurrente, vt à cibo & potu, à medicamentis calidis & frigidis. Ex his dictis, tota Catarrhi essentia facile colligitur: Est igitur Catarrhus fluxio materiæ excrementitiæ, à cerebro in subiectas partes decumbens, facultate Cerebri modo labefactata, modo impedita, siue vtroque modo læsa.

Cura Catarrhi.

QVod ad Pharmaciam respiciētem partem, hæc duplex est, prout alia respicit partem generantem, alia suscipientem. Quod ad generantem, si sit caput, euacuandum erit caput purgiis, masticatoriis, errhinis, &c. Notandum autem est, vt caput non semper per os & nares euacuemus.

cuemus. Per nares enim non tantum purgatur, quando materia in capite subsistens, ad pectus & pulmones decumbit, tunc igitur materia ad nares deriuetur, vt hoc pacto à pulmonibus auertatur, per masticatoria autē nequaquam curetur, sic enim augeremus potius motū in pulmones, & foueremus imminentem morbum in pulmonibus. Si vero in oculos decumbat materia, nō euacuabimus per nasalia siue errhina, sed potius vtemur masticatoriis, metus enim est, si per nares curemus, vt magis magisque motum materiæ in oculos promoueamus, si autem tunc agemus per masticatoria, auertemus ac deriuabimus ab oculis materiam; Si vero materia decumbit à capite per spinalem medullam, in partes alias, tunc & masticatoriis & errhinis caput euacuabitur: Si vero materia in ventriculo fuerit, vt ibi gignatur, vel in vtero vel in epate, prouidentia de illis partibus habenda est, de quibus alibi agetur. Circa alterantia intemperiem capitis, si caput sit calidius, refrigerantibus insistendum, vt lotionibus, inunctionibus, stillicidiis frigidis, quibus tamen non licebit vti, nisi capite prius optime expurgato. Hinc *Aetius* probat stillicidium frigidæ, vt auxilium actu frigidum admoueatur cerebro. Hoc autem stillicidio vtemur in capitis intemperie insigniter & impensè calida, nec adsit, quod tale stillicidiū prohibeat; Potest autem idipsum prohibere fluxus materiæ in fauces, in pulmones, in pectus; In his à stillicidio

cidio actu refrigerante abstinendum, propterea *Auicennas* monebat, vt raro in hoc casu vtamur stillicidiis actu refrigerantibus. Probat autem idem *Auicennas* balneum aquæ dulcis, quo tamẽ non semper vtendum. Nam si febris Catarrho sit adiuncta, obseruetur, an sit hectica vel putrida, & quod ad destillationem, distinguendum, an sit destillatio materiæ calidæ vel frigidæ, & quæcunq; ea fuerit, an materia cruda sit vel cocta. Si destillatio sit frigida & copulata cũ febre putrida, & hæc materia sit concocta & euacuata, tunc licet vti balneo, cuius vi reliquum materiæ insensibiliter euacuetur, propterea in hoc casu balneum conueniet non solum aquæ dulcis, ac tepidæ, verum etiam paulo calidioris, vt hoc pacto sudorem permoueat, quo caput etiam ipsum exsiccetur. Si vero destillatio frigida sit coniuncta cum febre putrida, materia vero adhuc sit cruda, & corpus nondum euacuatum, tunc ab omni genere balnei abstinendum erit. Si destillatio calida coniuncta fuerit cum febre putrida, & simul cruda sit, à balneo abstinendum, vt hoc pacto materia incrementũ sumat, & augeatur: Si vero sit concocta, & euacuatio totius præcesserit, tunc tuto balneo vtendum, vt hoc pacto reliquum euacuetur. At si cocta sit materia, prius euacuandum, inde balneo vtendum est. Si destillatio sit frigida, sed cum febre Hectica coniuncta, balneum euacuans nõ conueniet, neque ratione febris, neque ratione materiæ.

teriæ. Etsi autem ratione fluxionis materiæ frigidæ & humidæ, non conueniet balneum, tamen ratione Hecticæ conueniet, si sit alterans, hoc est, humectans corpus, quatenus materia cocta fuerit & imminuta, tunc enim magis ad febrem, quam ad materiam respiciemus; si vero materia esset cruda & copiosa, neque prius euacuata, à balneo omnino abstinendum est. Si destillatio hæc sit calida & cum Hectica, licebit vti balneo, tum ratione febris, tum ratione materiæ, præsertim vbi hæc materia sit concocta, & maiori ex parte euacuata: Sit autē balneum hoc aliquo modo sudorem prouocans, præsertim in initio febris, vt aliquo modo materia destillationis euacuetur. At si febris Hectica progressa fuerit, prorsus à balneo sudorem promouente abstinendum. Quod ad victus rationem, aër frigidus semper vitandus est, siue Catarrhus sit frigidus, siue calidus. Cibus sit optimi succi. *Auicennas Aetius* & reliqui ferme omnes, nihil magis in Catarrho nocere dicunt, quam cibum copiosum; quare patiens adsuescat sumere cibi dimidium, copia enim cibi à virtute præscribitur, in Catarrho autem, virtus non est robusta, præsertim virtus cerebri, quæ in Catarrho valde laborat; à cibi autem copia, virtus magis debilitatur, coctio turbatur, & Catarrhus augetur. Si vero quæritur, an in Catarrho cibus esse debeat parcior in prādio, quam in cœna, hic recurrendum erit ad virtutem, quæ licet eadem sit in prandio

& cœna, tamen respectu alterius prohiberi potest æqualis cibi quantitas, tum in prandio, tum in cœna. Hoc prohibens est materia catarrhalis, quæ magis potest sui præsentia ad prohibendum cibum copiosum in cœna quam tempore prandii, quia magis replet cœna caput quam prandium: Noctis enim tempore patientes dormiunt; in somno autem maior fit euaporatio ad caput, quã interdiu, vbi propter vigilias fit maior inanitio & resolutio; prandium igitur Catarrhosis debet esse largius cœna. Videtur autem *Galenus* aduersari, qui in historia de puero epileptico duas partes exhibet in cœna, & vnam in prandio? Ad hoc dicendum, Galenum ibi loqui de epilepsia in puero, puer autẽ indifferenter dormire consueuit die ac nocte, vt quocunque tempore fiat in puero æqualis in caput euaporatio, copiosius cibandus sit puer in prandio quam in cœna, quia inter cœnam & prandium maius interuallum temporis interiacet, quam inter prandium & cœnam. Potus vini in Catarrho calido non confert, quia est vehiculum materiæ.

Exempla curationum,

Consilium Italicum Hieronymi Capouaccii.

HIeronymus Capouaccius Comiti cuidam Germano annorum 24, temperaturæ calidæ & humidæ sic consuluit. Hic Comes post

saltationes sudauit, & repente exposuit se aeri frigido, mox iterum calidiorem locum intrauit, inde cœpit affligi Catarrho; præterea sentit raucedinem ac difficultatem anhelitus, vt fere suffocari videatur; adest & ventriculi intemperies, multum enim appetit, parum concoquit, percipit etiam grauitatem capitis, cumque se exercet, materia descendit ad crura, vt reddantur frigida, ac dolet circa vtrumque hypochondrium, præcipue dextrum. Iam si causas Catarrhi habuerimus, causas etiam habebimus symptomatum omnium. Catarrhus cum sit è genere fluxionum, requirit membra recipientia, quæ hic sunt: Fauces, pulmo, ventriculus, pedes. Cum descendit ad trachæam arteriam, fit difficultas anhelitus, cum ad pulmones, fit tussis, cum ad fauces, fit raucedo, cum ad pedes, fit frigiditas istarum partium; viæ per quas fluit, sunt manifestæ: Materiam credo pituitam esse partim insipidam, partim dulcem, quod indicat sapor, quem interdum insipidum, interdum dulcem percipit. Causæ materiæ pituitosæ apparebunt ex membro mandante, quod hic duplex est: Cerebrum & ventriculus. Caput calidum & humidum est, id indicant excrementa per nares & os: Somni sunt profundi, id quod humiditatem capitis indicat: Caliditati autē testimonium præbet ingenium velox, & capillorū calor. Ab hoc temperamento capitis, attractum fuit plus alimenti, quam oportuit, vnde eo collectæ sunt superflui-

perfluitates pituitosæ, quoniam calor capitis nõ potuit illas corrigere, falsæ non sunt; quia nõ est adeo insignis caliditas. Secundum membrum mandans est ventriculus, qui nunc frigidus est & humidus, cum antea fuerit calidus & humidus, & optime concoxerit; præterea tota temperatura corporis calida est & humida. Persistente hac ventriculi intemperie, ex adsumptis cibis, maxime intempestiuo tempore, coacernantur pituitosæ superfluitates, & concurrente caliditate epatis & ventriculi concoquentis, eleuantur vapores ad caput: Ita caput est mandans, & rursum respectu ventriculi est recipiens. Cur autem ventriculus generat pituitam? Quia frigidus est & humidus. Talis autem redditus est ppter errata in victu, vt in itineribus, per equos dispositos, vnde etiam in tumorem hypochondrii dextri incidit; & propter illas inordinatas motiones pars materiæ distributa est in totum corpus. Ex his facile est causas reddere omnium symptomatum. Quod ad intentiones curatiuas, primo intemperies ventriculi & capitis corrigenda est: Verum id fieri nequit, nisi præsens materia in ventriculo & capite expurgetur: Non potest autem caput cõmode euacuari, nisi prius totum euacuetur: Totum autem euacuari non potest, nisi prius fiat præparatio, & ante hãc eductio materiæ in viis ductuũ. Quod ad prognosticon, dicebat *Hippocrates*; morbos consentientes cum temperatura & ætate facile remoueri

posse, sed non tam cito. Sanguis mittendus esset, propter obstructiones epatis & tumorem hypochondrii dextri, sed ipse venæ sectionem non libenter admittit. Darem potius pharmacum, primo leniens, vt cassiam cum hiera: Præparem materiam syrupis abstergentibus, moderate calefacientibus & attenuantibus, vt; *melle rosato, syrupo de liquiritia, de farfara, acetosæ simplicis, de cichoreo propter epar, cum decocto ex hordeo, passulis, boragine, &c.* Administrata secunda purgatione, peruenirem ad *syrupos & decoctiones betonicæ*, easque adhiberem calidas, non tepidas, vt vult *Cardanus*, quia relaxaretur ventriculus, & concitaretur vomitus. Primum purgantia sint leuiora, vt agaricus, deinde fortiora, vt *pillulæ cochiæ*, quibus adderem *mastichinas*, quia in debili ventriculo fortia vitanda sunt; statim post pillulas exhiberem iusculum, vt dissoluantur facilius. Bis eas in mense dandas esse *cardanus* consuluit, nescio qua ratione, cum sint nimis fortes. Ad particularem partis euacuationem habemus gargarismos, masticatoria: Sed his non suadeo vtendum, ne materia trahatur ad pectus, quo alioqui raptum habet: Igitur succo blitis, maioranæ, nares solum inungerem, nec facile ad fortiora deuenirem, ne calefieret caput. Pectus expurgari posset eclegmatibus. Si Catarrhus nimium flueret, vtendum esset *diacodio*, si non, *syrupo de liquiritio, de pino*, &c. Roborantia ad intra sint; *conf. betonicæ, aromat. ros.* quod ratione odoris caput etiam respicit.

spicit. A confectione *mythridatica* abstinerem, cum æstas immineat, & ipse sit epatis calidioris: Vsum thermarum nō improbarem, modo non sint tales, quæ plus calefaciendo noceant, quam exsiccando prosint: Magis exsiccando roborarem caput cum lixiuio, & miscerem *betonicam, rosas, chamomelum*, &c. Quantum ad victus rationem, aer eligatur idoneus, cibi sint boni nutrimenti, concoctu faciles, abstinendum à leguminibus, piscibus, auibus palustribus; Cardanus concedit cibos assos, *betonicam, carnes leporinas iuuenes, somnos longos*: Ego malim carnes elixas, betonica in cibo ingrata est, & leporinis cibarem eum parcius. Somnum magis probarē moderatum. Neq; vero sæpe vtatur pharmacis fortioribus, ex præceptō *Hippocratis* 3. *Aphor.* 15. Ex crebro vsu pharmacorum inducitur malus habitus, & male etiam cōsuetudo, quia natura non insurgit ad excretionem, nisi stimulata. Hyeme vterer aloeticis, æstate cassia. Ad cauteria nō deuenirem nisi viderem periculum, ac tamen in cruribus, illis vterer, cum materia eo inclinet: Embrocationes in capite sint rariores; Nam *Galenus* monet, capiti æstuanti non debere applicari stillicidia, nec calida, nec adstringentia, artificiales autem ex lixiuio tuto adhiberi possunt.

In Catarrho: Pro quodam prouinciali: Patauii in viridario Diui Ioannis. Consilium Marci de Oddis. Anno 1578.

REuerendus Dominus laborat ex destillatione capitis, ad partes inferiores. Occupat autem materia ista catarrhosa modo vnam modo alteram partem: Fluxus autem iste morbus procul dubio non est, sed aut causa morbi, aut symptoma, videndum ergo in quo consistat ista fluxio, quæ sit causa fluxionis, & quæ materia. Sunt autẽ in fluxu quatuor considerãda: Membrum mandans, membrum recipiens, materia quæ fluit, & loca per quæ. Mandans potest mandare aliquam materiam, non quod aliunde tale excrementum excipiat, sed potest etiam ita affectum esse vt mittat excremẽta ad alias partes: Recipiens est pars imbecillis ipsius corporis, aut quia male est affecta. Dicebat *Gal. 6. de san.* quando in corpore sunt humores superflui & excrementitii, tunc cutis & adenes tanquam partes maxime imbecilles recipiunt ista excrementa, quia reliqua membra sunt fortiora, vnde fit sæpe, vt quidam laborent affectionibus in cute & inflãmatione in adenibus: Quod si partes morbo laborent, procul dubio non ad partes imbecilles materia deueniet, sed prius ad imbecilliores, vnde recipiens, aut est imbecillum, aut male affectum. Respectu materiæ procul dubio potest fluere quæcunque materia à cerebro. Potest enim fluere sanguis & per os eiici à dilatatione

vena-

venarum in sanguine proueniens; Potest etiam fluere cholera pura, quemadmodum per nares sæpe videmus materiam biliosam exire. Si itaque fluit sanguis & bilis, non fiet Catarrhus, sed materia pituitosa proprie generat Catarrhum: sed potest illa materia in multiplici esse differentia. Si enim partes sunt valde imbecilles, & non possunt vllo pacto concoquere materiam, quæ ad ipsas trãsmittitur, procul dubio pituita acida ad inferiores partes protrudetur: Si vero aliquo modo materia concoqui cœpit, fluet pituita insipida: Si bene concocta fuerit materia, subdulcis fluet: Salsa autẽ ex materia pariter tenui & crassa constat. Deinde Catarrhus consideratur etiam penes vias, per quas defluit. *Hippocrates autem lib. de glandibus*, statuebat septem vias, per quas materia catarrhalis fluit; Nos reducemus has vias omnes ad quatuor; Vel enim materia ista defluit ad foramina capitis, ad aures, oculos, palatum, nares. Vel defluit per vias latas, quę duplices sunt, œsophagus & aspera arteria: vel dilabitur per vasa, arterias & venas, vel denique ad neruos & spinalẽ medullam per vniuersum corpus. Cum igitur materia catarrhalis considerẽtur penes ista quatuor, videndum est, in quo cõsistat dispositio & morbus in hoc præsente fluxu. Si consideramus nostrum ægrotum; cerebrum est id quod mandat & transmittit materiam ad partes inferiores; Sed vnde dependet hæc materia? Præsuppono temperiem huius pa-

tientis calidam & humidam. Habet enim venas latas, & est musculosus & pilosus. Ventriculus autem est frigidus & humidus, quia conqueritur de coctione tarda, neque enim potest capere cibum nisi tardo tẽpore, & si in maiore quantitate illum ingerat, digerere eum & concoquere non potest; Caret etiam siti, & cupiditate bibendi non corripitur, vnde colligitur, ventriculum esse humidum: Cerebrum etiam etsi potius calidum quam frigidum est; tamen ex cõtinuis studiis & mala victus ratione magis ad frigiditatem declinat, & ad humiditatem potius quam siccitatem; Dicebat enim *Gal. lib. 3. de locis affect.* Frigida & humida temperies magis apta est ad transmittendos vapores ad cerebrum, & inde ad partes inferiores: Ventriculus autem ipse adiuuat transmissionem vaporum ad ipsum cerebrũ; Quia cum non recte cõcoquuntur cibi in ventriculo, fiunt plurimę euaporationes, quibus repletur cerebrum, vt idem *Gal. dicebat 3. Aphor. 12.* Deinde cerebrum cum & ipsum frigidum sit & humidum, ipsos vapores incrassat & infrigidat, etsi sint per se calidi; quin etiam cerebrũ ipsum pituitam gignere potest, præsertim hoc aere qui replet caput ventis australibus spirantibus. Porro membrum recipiens non est vnicũ, sed multiplex: Quandoque enim ad fauces peruenit, & raucedinem efficit; quandoque ad pectus labitur, & generat difficultatem anhelitus & quandam constrictionem; quandoque transmittitur

ad aspe-

ad aſperam arteriam & pulmones, & generatur tuſſis. Omnia autem iſta in ægro cõcurrunt. Iſta autem membra recipientia quamuis non ſint affecta; tamen ratione materiæ ſuſcipiunt quaſdam affectiones, malas intemperies, malas compoſitiones & obſtructiones, vt merito etiam dicantur affecta. Dicebat enim *Galenus ad Glauconem*: Mandans pars eſt cauſa, recipiens eſt diſpoſitio & morbus. Quare hoc in caſu præcipua affectio eſt in partibus recipientibus. Materia itaque quæ demandatur ad iſtas partes, eſt pituita, ſed quænam? eſt ſubdulcis, quandoq; etiam inſipida, nunquam autem habet ſalſedinem vllam; Adeſt igitur diminuta concoctio, non autem deprauata. Iſta autem diminuta concoctio eſt in omnibus corporis partibus: Primo enim ventriculus inde cerebrum laborat & imbecilla ſunt. Recipientes autem partes ratione materiæ, quæ eo demandatur, imbecilliores ſunt. Ergo & pars mandans & recipiens labefactata eſt ac deſtituta calore proprio innato. In curatione itaque huius Catharri, cerebro & partibus imbecillioribus occurrendum eſt, & quia totum corpus mandat ad cerebrum, ideo reſpiciẽdum etiam eſt ad totum. Euacuanda etiam eſt materia in cerebro, & ipſum corroborandum eſt, ne recipiat; Totum etiam corpus mundandũ eſt, & in recipientibus materia euacuanda, & prohibendum, ne recipiant excremẽta, aut diuertendum, vt materia alio fluat; His indicationib. o-

mnibus difficile erit satisfacere: Malum enim est inueteratũ, & intemperies adest humida, & ipse est in primo senio constitutus, vires corporis nõ sunt robustæ, nec nos facile possumus roborare partes istas; Habemus etiam Cerebrum factum imbecillum, ratione victus, studiorum, cogitationum, curarum: Non tamen omnino desperandum, quia ex medicinis iam adhibitis melius habuit. Euacuemus igitur totũ corpus: Sed hic de venæ sectione quæritur; Quia autem causæ efficientes potius frigidæ sunt, quam calidæ, & materia quoque frigida est, ideoque vena non erit secanda; Sed quia corpus est robustum, & temperies calida & humida, in qua solet generari copia sanguinis, ratione diuersionis à partibus superioribus, non ratione euacuationis sanguis mitti potest, si non per venæ sectionem, at saltẽ per cucurbitulas scarificatas. Materia crassa & viscida est, aliqua ex parte tenuis non cocta: Quare ante purgationẽ humores sunt præparandi: Medicus enim præparat; natura concoquit; Medicus adiuuat naturam præparando: Præparemus igitur cum illis, quæ habent vim incidendi, attenuandi, & aliquo modo calefaciendi, vt sunt: *syrupus de betonica, oxymel. de liquiritia, de quinque radicibus*, &c. Concocta materia euacuetur, cum *melle rosato, diaphœnicone, manna*, &c. Nam ratione pectoris & *thoracis, manna exhibendum est*, vt leniamus & aperiamus pectus, & vt materia deinde facilius possit extrahi, &

ideo

ideo cum *manna agaricus trochiſcatus* miſcendus eſt. Valentiores ſunt *trochiſci achandel, grana* x. *vel* xij. Facta euacuatione corroborandæ ſunt partes inferiores, ne ſuſcipiant; Cerebrum etiam corroborandum cum calidis & ſiccis, vt ſunt *frictiones, ablutiones, pulueres, cinamomi, caryophyllorum, ſtechadis*, & ſimiles. Corroboremus etiam per diuerſionem, diuertentes materias per caputpurgia, maſticatoria, &c. Sed per gargariſmata minime debemus attenuare partes iſtas, nec corroborare, quia poſſunt eſſe in cauſa vt minor copia trahatur ad pectus. Ad roborandas vero partes ſuſcipientes, multa ſunt, ſed quia per thoracem & pulmonem fluit materia, præparandum nobis erit vacuandum cum eclegmatibus, *ſyrupo de farfara & liquiritia, cũ pulueribus iua, iridis, & ſem. citri*, ex quibus fiat lambitiuũ, quod educet materias de pectore. Roborentur vero partes confectionibus, *theriaca noua, ſpec. diarhod. abb. aromatici roſ. mythridatico*, & iis quæ habent vim exſiccandi, ſed quia totius corporis temperies valde prona eſt ad gignendas materias illas pituitoſas, totum corpus reſpiciendum & corroborandũ eſt calefacientibus & exſiccantibus, vt eſt theriaca antiqua, quia valenter exſiccat corpus: Theriaca vero noua non tam potenter exſiccat, ſed lenit potius, ideoque eam pectori leniendo præſcripſimus. Proſunt etiam hac in re decoctiones *ligni Guaiaci, ſarſa parilia*, &c. Victus ratio accurate habenda eſt; Sit in aere frigidiore

diore vel calidiore, sed ficciore; Calidus enim & humidus aer vitandus est. Cibis vtatur non tenuibus, quia morbus longus est, sed plenioribus & magis crassis. At nunquid cœna copiosior debet esse prandio? Sunt qui putant in Catarrho cœnam in pauca quantitate assumendam, & prandium liberale instituendum esse. Dicunt enim, Catarrhum absumi debere exsiccatione: Esuriat, vigilet, sitiat, qui reumata curet. Ego vero cum *excell. patre meo Oddo de Oddis* sum eius opinionis, quod & in aliis & maxime in hoc affectu cœna copiosior debeat esse prandio; Rationem ipse attulit in libris, de prandii ac cœnæ portione, *lib.* 2. *c.* 8. Maior quantitas ciborum assumpta in cœna facit, vt cibi non possint euaporare ad cerebrum, quemadmodum etiam dicebat *Galenus lib.* 12. *Meth.* 3. In die porositates & meatus corporis, sunt dilatati & aperti, noctu constricti & magis constipati; si igitur cœna maior est, excrementa illa ad cerebrum ascendere non possunt, quia meatus sunt constipati: In prandio autem, quia meatus sunt aperti, ideo vapores magis ascendunt in cerebrum, illudque replent. Deinde si plus comedimus in prandio, in alimenti istius distributione, quando cerebrum nutrietur, maior copia fluet ad nutrimentum cerebrum, quam alias; Ita nocte magis ac citius replebitur cerebrum. In cœna autem, cum fiat concoctio in ventriculo, cerebrum alimento humido humectabitur, & porositates cerebri

crunt

erunt apertæ, & facile difflabuntur. Porro vinum non debet exhiberi in principio, sed post concoctam materiam: vinum enim facit, vt humores crassi maxime penetrent. Quod ad euacuationes, studendum, vt aluus semper sit aperta clysteribus, sed quia ab his abhorret, recipiat earum loco vuam passam, quam ego sic præparare soleo:

℞ *Senæ mundæ* ʒ v. *cinamomi* ʒ iij. *sem. anisi* ʒ ij. *aq. fontanæ q. s.* f. Decoctio.

Huic adde: *pulu. tartari* ʒ xv. *senæ pul.* ʒ xx. *sacch. ros.* ʒ v.

Mis. expone soli, & eo vtere. Dosis ab ʒ j. ad ʒ j. ß.

Sequuntur Gallica.

IN destillatione frigida: A capite frigido, in ventriculum frigidum, epar imbecillum, calidum, ac renes calidos. Purgatio pro vice vna humorum in ventriculo:

℞ *Hydromelitis* ʒ ij. ß. In his infunde *fol. senæ mund.* ʒ ij. In colatura dissolue: *Pulu. hieræ, s.* ʒ iij.

Expressionem *drachmæ vnius rhabarbari electi*, infusi vt decet: *Syr. capill. Veneris. de menta. ana* ʒ ß.

Misce f. potus, detur mane hora v. ante prandium.

Hæc purgatio pluribus vicibus repetita est: Postea ordinata sunt sequentia:

℞ *Succi pomorum dulc. buglossæ, boraginis, fumiterræ, lupulorum, endiuiæ, cichorii, scariolæ, ana* ʒ ij.

Depu-

Depurentur succi & reponantur ad partem: Inde:

℞ *Thymi, epithymi, scolopendrii, adianthi, cap. Veneris, flor. trium cord. ana* p. j. *polypodii querc. recent.* ℥ ij. *sem. anisi, fœniculi, ana* ℥ iij. *carthami,* ℥ j. ß. *summit. absinthii in fine decoctionis,* m. ß.

f. Decoctio, cocta ad quartaria ℥ iij. postea infunde: *Fol. senæ mund.* ℥ iij *agar. el. rec. troch.* ℥ x.

f. Expressio post x. horas, quæ misceatur cum succis prædictis, postea in expressione colata & prædictis succis dissoluatur: *Syr. violati, buglossæ, ana* ℥ ij. *de capill. Veneris,* ℥ j. *de menta,* ℥ j. ß. *sacch. puriß.* lb. *ß.*

f. Syrupus perfecte coctus, ponendo in fine decoctionis: *Rhabarb. el.* infusi, vt decet, ℥ ß. super lentum ignem, f. decoctio perfecta, & aromatizetur cum *cinamomi el.* ℥ j. *zinzib. albi & rasi,* ℈ j. *ligni aloes,* ℈ ß. *Dosis,* ℥ ij. *cum* ℥ iij. *aq. buglossæ vel cichorii, aut fumiterræ, aut hydromelitis.* Capiat 8. aut 10. die semel:

Sequitur Corroboratio.

℞ *Coriandri præp.* ℥ iij. *anisi,* ℥ ß. *corall. rub. nucis mosch. cinamomi el. ana* ℈ j. *rosar. rub.* ℈ ß. *sacch. ros. tab.* ℥ iij.

f. Puluis, quo vtatur post pastum, & loco huius pulueris vtatur tragæa communi, vel etiam interdum tosta panis.

Prohibitio fumorum:

℞ *Cons. rosar. antiq. quart.* j. *syr. de rosis siccis,* ℥ ß. Misce & repone in pixide, &c.

Capiat

Capiat ad magnitudinem fabæ vel caſtaneæ in ingreſſu lecti.

Ad roborandum ventriculum & epatis intemperiem corrigendam, vtatur ſequenti electuario, ſingulis diebus mane capiendo tabulam vnam:

℞ *Spec. aromat. roſ. lætitiæ gall. diamarg. frig. triaſantal. diarhod. abb. ana* ℥ j. *cort. citri cond.* ℥ j. ß. *ſacch. albiß. diſſol. in aq. bugloſſæ, q. ſ.*

f. Electuarium per tabulas, ponderis, ℥ iij.

Sequens autem ſuffitus ad cohibendam deſtillationē & incraſſandum Catarrhum, ne tam promte fluat, admittatur:

℞ *Vernicis vel ſandaracæ,* ℥ j. *maſticis,* ℥ iij. *roſar. rub.* ℥ j. f. Puluis groſſus pro ſuffitu.

Procurentur etiam frictiones deorſum verſus in partibus infernis, maxime ſero ac mane, leniter fricetur caput pannis lineis mundis & calidis, extrinſecus admoueatur ſuper ventriculum pellis lupi iuuenis, vel ſacculus factus ex rebus ſiccis, & quæ vim habent roborandi ventriculum:

℞ *Mentæ, ſambuci, roſar. rub. abſinthii, ana ſiccatar.* m. j. *caryophyll. nucis cupreſſi, galangæ, ligni aloes, ana* ℈ ij. *cymini, corallorum rub. coriandri, ana* ℥ j.

f. Puluis, qui inter duos ſyndones reponatur, cum pauca bombace carminata, & fiat ſcutum interpaſſatum, vt decet, & appendatur ſtomacho auerſum.

℞ *ceroti ſtomachici confort. Gal.* ℥ ij. ß. *galangæ, ligni aloes, corall. rub. pulu. ana* ℥ ß. *abſinthii ſicci,* ℥ j.

Mala-

Malaxentur simul cum *ol. mastichino*, & f. *massa*, quæ extendatur super alutã, ad formam scuti, cooperiatur syndone cum bastituris lineis, vt decet, applicetur stomacho. Hoc Emplastrum valet, cum stomachus cibi tenax nõ est, & male concoquit.

Ad Grauedinem seu coryzam: Ex humiditate cerebri, & caliditate renum & iecinoris:

℞ *Cichorii cum toto, scariolæ, lupulorum, fumiterræ, capill. Veneris, ana* m. j. *flor. boraginis, bugloßi, violar. herb. cuscutæ, ana* p. j. *passular. mundat. tamarindorum, ana* ℥ j. *sem. carthami, polypodii querc. ana* ℥ j. ß. *liquiritiæ rasæ*, ʒ ij. f. decoctio ad ℔ j. in qua infunde: *Fol. senæ mund.* ℥ vj. *agar. el. rec. troch.* j. ß. In expressione colata dissolue: *Succi boraginis, bugloßi depur. ana* ℥ j. ß. *sacch. albiß.* ℔ j. f. Syrupus mediocriter coctus. *Dosis*, ʒ ij.

Si hæc dosis non præstiterit effectum sufficientem, addatur secunda vice infusionis *rhab.* ʒ j. *vel* ℈ ij.

Antequam autem sumat ex prædicto syrupo, capiat medicinam sequentem.

℞ *Catholici boni*, ʒ vj. *vel* ℥ ß. *diaprun. laxat.* ʒ j. ß. *syr. viol.* ℥ j. *hydromelitis vel ptisanæ rec. q. s.* ad dissolutionem prædictorum, f. potus, vel cum *saccharo bolus.*

Abluatur caput cum lixiuio claro, in quo bulierit *maiorana, saluia, rosmarinus, flores chamomeli*, & id genus alia, addantur *ouа*, & in fine perfunda-

fundatur caput *vino albo odorifero calido*, deinde diligenter siccetur, mane fiant frictiones ad brachia & crura. Vtantur *vino albo, vel subrubello claro* mediocriter diluto. Fugiat somnum pomeridianum; Indantur aliquando clysteres emollientes.

Ad Catarrhum, Gallica.

℞ *Diaireos, s.* ℥ ß. *sacch. ros. diatrag. frig. ana* ℥ j. *boli armeni loti aq. ros.* ʒ iij. f. puluis, vtatur ea hora somni.

℞ *Rhab. el. pulu.* ϑ ij. *cum syr. violaceo, f. pill.* iiij. Capiat hora prima noctis.

℞ *Sandaracæ,* ℥ ij. *masticis, xyloaloes, storacis cal. ros. rub. ana* ʒ j. f. Puluis pro suffitu.

℞ *Spec. diaireos, s. diatrag. frig. diaireos solo. ana* ʒ j. *diarhod. ab.* ʒ ß. *succi liquiritiæ,* ϑ j. *sacch. albiß. q. s.* f. Tabulæ vt manus Christi,

In Catarrho ex morbo Gallico exulcerante fauces, palatum & gingiuas.

Tumor erat enatus in fronte, paratus verti in suppurationem, erat etiam tumor in pectore, & dolor sub genu,

℞ *Summit. lupuli, cuscutæ, scolopendriæ, endiuiæ, cichorii, ana* m. j. *polypodii quercini, passul. mundat. tamarindorum, ana* ℥ j. *sem. melonum, anisi, ana* ʒ iij. *flor. trium cord. ana* p. j. *agar. el. rec. troch. in fine decoctionis positi,* ℥ ß. *epithymi,* ℥ j. *fol. senæ mund.* ʒ iiij.

f. Decoctio ad quartas tres, in qua dissolue:

Succi fumiterræ, lapatii acuti, boraginis depurat. ana ℥ ij. *sacch. albiſſ.* ℔. j.

f. Syrupus mediocriter coctus, quo vtatur in hebdomada ſemel, *Doſis* ℥ ij. cum ſero lactis.

Si talis doſis non præbeat effectum ſufficientem, addatur expreſſio ʒ ß. *vel* ϑ ij. *rhabarbari el.* infuſi vt decet. Tandem concluſum eſt, vt vteretur decocto Guaiaci, bis in die, & vt faceret diætam.

Ad inhibendum & incraſſandum Catarrhum.

℞ *Syr. roſ. de iuiubis, de papauere, ana* ℥ j. *boli armeni loti in aq. roſ.* ϑ iiij.

Miſce f. potus, de quo capiat duo cochlearia parua, ij. vel iij. horis à cœna.

Ad Catarrhum, pectori & pulmonibus incumbentem.

℞ *Paſſular. mund.* ℥ j. *ficuum, dactylor. ana numero* ij. *iuiubar, ſebeſten, ana numero* viij. *rad. liquiritiæ raſæ, ſem. aniſi, anæ* ℥ ij. *adiantbi, capill. Veneris, hordei, flor.* iij. *cord. ana* p. j. *agar. trochiſc.* poſiti in fine decoctionis ℥ j. *fol. ſenæ mund.* ℥ j.

f. Decoctio ad quartas iij. In colatura diſſolue: *Syr. violati, de cap. Veneris ana* ℥ j. ß. *ſacch. albi,* ℔. ß.

f. Syrupus mediocriter coctus. *Doſis,* ℥ ij. cum *hydromelite*, vel decoctione *paſſularum, liquiritiæ, aniſi,* &c. vel cum decoctione *hordei mundi.*

℞ *Sacchar. roſ. tab. ſpec. diatrag. frig. ana* ℥ j. *boli arme-*

armeni loti aq. ros. ʒ iij. f. Puluis, vtatur hora somni.

℞ Spec. diatrag. frig. ʒj. ß. diaireos, diarhod. ana ϑ ij. sacch. dissol. aq. ros. q. s. f. Puluis, detur ad ʒj. Teneat frequenter in ore.

In Catarrho varia causante symptomata.

PRo quodam Magno Domino Gallo, habente intemperiem vētriculi frigidam, cum insigni caliditate epatis, dolore renum, refrigeratione testiculorum, & aliquando vexabatur Sciatica, nonnunquam dolore humerorum, & id ipsum accidit, quia solebat prius illi ex dextra capitis parte humor quidam fluere coloris ruffi, qui fluebat veluti ex aliquo lichene, quem lichenem tulit annis integris decem, atq; eo ita continenter fluente, nunquam tentatus est supra dictis symptomatibus, ex eo autem tempore, quo fluere desiit, in illa omnia incommoda supra commemorata incidit. Hic autē lichen vel potius exulceratio ista illi contigerat ex hemicrania, quæ in oculum descendebat. Et tunc applicata sunt refrigerantia, & repercutientia affectæ parti, ita vt materia repulsa fuerit in partes superiores, quæ quidem erat intra pericraneum. Omnes enim istæ Hemicraniæ nihil aliud sunt, quam humor mordax, qui per futuras capitis & poros egreditur, & propter crassitiem cutis in capite non potest subito exhalare, vnde dolores isti magni excitantur. In tali casu nunquam de-

bemus vti rebus nimium refrigerantibus, ne tumorem in affecta parte retineamus, & ex eo fiat fluxus Catarrhalis per subiectas partes corporis, sicut sæpe accidere videmus, quin potius procuranda est euaporatio prædictæ materiæ per anodyna & mediocriter discutientia. Patiens autem iste à Medico quodam Gallico magni isthic nominis, sic curatus est. Primo ventriculus & caput purganda sunt, epar mediocriter refrigerandum, & bono regimine impediendum, ne similis materia generetur & accumuletur in dictis partibus. Vt autem purgentur duæ illæ partes, capiat duobus diebus, quod sequitur:

℞ *Oxymelitis Galeni, æstate aquosioris, hyeme mellitioris,* ℔.j. *pro* iij. *dosibus,* per horam ante pastum.

Tertio die mane:

℞ *Pulu. agar. rec. troch.* ℈ij. *cum oxymelle, s. expressionis,* f. adiectio, cum ℈ ʒ. *agarici troch.* f. pillulæ molles: Capiat mane quater in anno. Si parum euacuabunt, adde vere, æstate & autumno *rhabarb.* ℈j. *hyeme, pulu. hieræ picræ Galeni,* ℈j.

Hoc peracto, postridie mane fricabit in lecto totum corpus, nuda & carnosa manu 40. aut 50. vicibus. Deinde sudabit *sumptis* ʒ iiij. *oxymel. Gal. aut aq. acetosæ & hyssopi, ana* ʒ ij. Cum *saccharo & pauculo cinamomi,* passetur per manicam. Capiat calidum mane in lecto post frictionē vel aliam exercitationem, vt sudet largius: Et hoc faciat per ij. aut iij. dies, & cum sudauerit, tergat diligenter caput ac totam spinam. Post hanc euacuatio-

cuationem admoueat naribus, *folia meliſſæ aut betonicæ, aut maioranæ aut Mercurialis*, compreſſa manibus, & ea tantiſper relinquat, donec ſternutationem eliciant, tunc emungat naſum linteo calido, ſæpius ac vehementius, & hoc faciat quotidie, donec aſſuefecerit cerebrum, vt ſe expurget per meatum iſtum. Poſt paſtum dentes expurget roremarino, aut ſimili, deinde linteolo nitido. Ante paſtum mãdet maſtichen aut vuam in furno coctam, quam deinde exſpuat; matutino tempore bene pectat caput. Poſt hanc purgationem & vacuationem, abluat mane caput, facie prona, deinde exſiccet: Abluat autem lixiuio facto ex cineribus ſarmentorum: Saluberrimum erit exercitium iciuno ſtomacho ad ſudorem vſque, & hoc ſæpiſſime, ſed tutius poſt prædictas euacuationes pro femore ordinatum eſt emplaſtrum ſequens:

℞ *Ceræ nouæ quart. j. butyri rec. ſine ſale, parum vſti,* ℥ ij. *pulu. Mercurialis exſicc.* ℥ ß.

f. Emplaſtrum pro coxendice ſeu femore, vt debet. Mane ientaculum ſumat ſine potu ex prunis Damaſcenis, prunulis & ouis recentibus, aut prandeat tempeſtiuius, hora nona in æſtate, decima in hyeme. Vtatur cibis delicatis, & ſolitis, ſed in minori quãtitate & veſperi aſſatis. Vinum ſit tenue, album aut ſubrubens, nempe prædictis reſpondens ſcopis. Salſamenta omnia, aromata, ſinapi, allia, cœpe, porra, vſu crebro

& multo nocent, quia sanguinem calefaciunt, & in vaporē vertunt. Dormire mox à pastu, malum, bibere, peius, præsertim valde frigidam. Fructus gustabit parcius, præter paucos dictos sibi in ientaculo.

Ad epatis calorem refrigerandum, sine ventriculi frigidi offensa, post pastum sumat sequēs:

℞ *Pulu. tragematis communis*, ʒj. *sacch. ros.* ℥ ij. *cinamomi*, ʒj. *ros. rub.* ʒij. Misce.

Bonum etiam est, deuorare hora somni, grana tria masticis, aut potius pillulas duas, ex *mastichinis* ϑ ß. *cum rosarum siccarum syrupo*. Hoc etiam emplastrum capiti imponatur.

℞ *Ladani*, ʒß. *benzoi*, ʒij. *ceræ nouæ*, ℥ vj.

Cum *ol. Nardino* fiat cerotum in molliori tamen forma, cui adde puluerē sequentem.

℞ *Piperis, caryophyll. cinamomi, ana* ʒij. *stechadis*, ℥ iij. *flor. rosar. chamomeli, maioranæ, ana* ʒij. f. Puluis tenuissimus, misce cum cerato, f. emplastrum pro capite.

In Catarrho & destillatione ad pectus: Cura D. Casparis Hoffmanni.

CAtarrhus in hoc patiente causabat raucedinem, tussim, exspuitiones frequentes, repletionem capitis. Huic sequentia ordinata sunt:

℞ *Rad. polypodii*, ʒj. *peoniæ, calami aromat. ana* ϑj. *herb. betonicæ*, p. j. *hyssopi, scabiosæ, ana* p. ß. *fol. sennæ el.* ʒv. *agar. trochisc.* ʒj. *rhabarb. el.* ʒß. *epithymi*,

thymi, ℥ j. *sem. anisi, cinamomi, ana* ℈ j. *rad. iridis illyr.* ℈ ß. *flor. cichorii*, p. ß.

Incisa & conquassata stent in infusione iuris gallinæ q. s. per noctem, mane parum bulliant, postea adde: *Mannæ el.* ℥ x. Colatura clarificata detur pro hausto.

℞ *M. pill. de hiera cum agar. Arab. cochiar. ana* ℈ j. *agar. trochisc. gr.* vj. *cum aq. hyssopi, q. s.* f. Pillulæ xxxv.

℞ *Spec. aromat. ros.* ℥ j. *diaxyloaloes, dianthus, diarhod. abb. ana* ℥ ß. *cinamomi el.* ℈ ß. *sacch. albiss. dissol. aq. betonicæ, q. s.* affusis: *Ol. cinamomi gutt.* iij. *macis gutt.* j. Misce f. conf. in Rotulis, dosis mane & vesperi numero v. vel vj.

Sequentes Rotulæ ad expectorationem faciunt, de his sæpe sumat, inter tussiendum, quoties opus fuerit:

℞ *Spec. diaireos, s. diapenidii, ana* ℈ ij. *diatrag. frig.* ℥ ß. *pulu. rad. ireos, sem. melonum, ana* ℈ j. *vrticæ*, ℈ ß. *sacch. candi*, ℥ iij. *sacch. albiss. in aq. scabiosæ dissol.* ℥ iij. f. Rotulæ.

Alteri in casu simili hæc præscripta sunt. D. C. H.

℞ *Rad. cichorii, fœniculi, ana* ℥ j. *pæoniæ, cal. aromat. iridis illyr. ana* ℈ j. *herb. betonicæ, scabiosæ, ana* p. j. *fol. senæ el.* ℥ v. *rhabarb. el. agar. troch. ana* ℥ ß. *sem. anisi*, ℈ j. *zinziberis, cinamomi, ana* ℈ ß. *spicæ Ind. gr.* iij. *flor. cichorii*, p. j.

Conquassata infundantur per noctem in iure gallinæ macro, vt saltem madefiant, mane bulliant parum, colentur, & colaturæ

adde: *Mannæ calab.* ℥x. Miſce pro hauſtu ſolutiuo.

Hinc vtatur Morſulis:

℞ *Amygd. dulc.* ℥j. *pinearum, piſtaciorum, ana* ℥ ß. *cinamomi el.* ℥ iij. *zinzib.* ℥j. *galangæ, caryophyll. ana* ℈ ij. *nucis moſch. macis, ana* ℈ ij. ß. *cardamomi, cubebar. ana* ℈ ß.

Incidantur omnia craſſo modo, hinc adde: *ſacch. albiſſ.* ℔j. *zinzi. albi pulu.* ℥ ij.

Diſſolue *ſacch. aq. card. bened.* affunde vltimo *ol. cinamomi gutt.* xv. f. conf. in Morſulis. Significetur, Morſuli cum ſpeciebus & aromatibus inciſis.

D. C. H. In Catarrho ad dentes fluente & ventriculi cruditatibus.

℞ *El. eleſcoph.* ℥ ij. ß. *diaphœnic.* ℥ iij. ß. *lenitiui* ℥ vj. *conſ. betonicæ* ℥j.

Miſ. pro bolo, duabus doſibus ſumendo.

℞ *Spec. aromat. roſ.* ℥j. *diaxyloaloes, pliris arch. diarhod. abb. ana* ℥ ß. *pulu. pæoniæ, galangæ, zedoariæ, ana* ℈ ß. *ſacch. albiſſ.* ℥ iiij. ß. *diſſol. aq. card. bened. affuſis ol. cinamomi & aniſi ana gutt. ij.* Miſ. f. conf. in Rotulis.

℞ *M. pill. azaiereth. aggregat. ſtomachic. cochiar. ana* ℥ ß. *cum aq. betonicæ, q. ſ.* f. pillulæ num. L x. duabus ſumat diebus, ante cœnam, pillulas x v.

D. C. H. In Catarrho cauſante raucedinem & exſpuitiones frequentes.

℞. *Rad. althææ, pæoniæ, ireos, liquiritiæ, ana* ℥ ij. *herb. farfaræ, ſcabioſæ, adianthi, ana* p. j. *ſem. fœniculi,* ℥j.

li, ℥ j. *maluæ*, ℥ ß. *hordei integri*, p j. *passul. enucl.* ℥ ß. *taricar. ping. numero* iij.

Conquassata decoq. in s. q. aq. In colaturæ ℥ vj. infunde per noctem: *Agar. trochisc.* ℥ j. *sol. sennæ el.* ℥ ß. *rhabarb. el.* ℥ ß. *cinamomi el.* ℈ j. *flor. scabiosæ, anthus, ana* p. ℈.

Mane calefiant, colentur, exprimantur, in colatura dissolue: *Mannæ cal.* ℥ j.

Misce pro hausstu.

℞ *M. pill. de agar. de hiera, s. Arabic. cochiar. ana* ℥ ß. *cum aq. scabiosæ q. s.* f. pillulæ L x.

De his sumat hora vna ante cœnam x v. continuet per biduum.

Ad raucedinem tollendam hoc lambitiuum proderit:

℞ *Mucilag. sem. cydoniorum, sem. maluæ, althææ, ana* ℥ ß. *spec. diatrag. frig.* ℥ j. *rad. liquiritiæ pulu.* ℥ j. ß. *sacch. penidii, candi, ana* ℥ ß.

Misce f. in modum Looch.

His autem Rotulis ante & inter concionandum vsus est.

℞ *Pulu. gummi Arab. tragacanthi, amyli, ana* ℈ ij. *farinæ hordei*, ℥ j. *succi liquiritiæ*, ℈ j. *sacch. candi albi*, ℥ j. puluerizentur omnia subtiliter, adde: *Sacch. albiss.* ℥ iiij. *dissol. aq. violar. q. s.* f. Rotulæ.

In Catarrho defluente ad brachium dextrum, ibique dolores excitante:

℞ *M. pill. de hiera cum agar. de fumoterræ, ana* ℈ j. *aurear. Arab. ana* ℈ ß. *cum aq. betonicæ, q. s.* f. pillulæ numero xxx.

Sequens autem puluis, cum *vino ſaluiæ* inſtar linimenti in panno lineo extendatur, & calide brachio dolenti applicetur:

℞ *Pulu. rad. althææ*, ℥ vj. *parietariæ, flor. chamomeli, ana* ℥ v. *vermium terreſtr.* ℥ ß. *farinæ hordei, fabar. ana* ℥ ß. *ſem. lini, fœnugræci, ana* ℥ iij.

Miſce f. puluis.

Deficiente *vino ſaluiæ*, *ſuccus ſaluiæ*, exprimatur, & *vino Rhenano* indatur, vel infunde *vino guttulas aliquot olei ſaluiæ.*

Cura D. Ioannis Sleceri:

In Catarrho varia ſymptomata cauſante, viſcerumque praua affectione; pro quodam adoleſcente.

CErebrum adoleſcentis frigidum & humidum eſſe, copia excrementorum indicat, quæ impedito curſu naturali modo in neruos opticos influunt, vnde viſus hebetior redditur, qui pene cœcitatem minatur; modo in maxillas ac dentes, vnde ὀδοντα λγία, modo in ceruicem & ſcapulas, vnde dolor circa eas partes ſentitur: Adeſt etiam tinnitus aurium & capitis grauitas; adſunt & alia ſymptomata, ex epatis & partium nutrientium vitio. Cordis dolor, de quo maxime conqueritur: Nauſea; fœdus faciei totius color: Abdominis moles immodica: Pedum, faciei ac totius habitus ſubtumidus, qui cachexiam minatur, vnde viſcerum obſtructio & impuritas arguitur. Primo victus ratio ſit tenuis & ex-

& exquisita. Bibat loco *cereuisiæ ac vini, decoctum Guaiaci simplex, cum passulis paratum*, idque satis dilutum, parum comedat, tantum ne vires concidant: Abstineat à *lacticiniis & frixis in sartagine, ab alliis, cæpis, sinapi, nasturtio, ab oleribus & fructibus crudis.* Curam incepit à clystere.

℞ *Herb. althææ, malvæ, violaria, atriplicis, Mercurialis, ana* m. j. *agrimoniæ, eupatorii, cuscutæ, ceterach, cap. Veneris, salviæ, betonicæ, lupulor. ana* m. ß. *rad. cichorii,* ℥ ß. *fœniculi, apii, ana* ʒ iiij. *ireos,* ʒ j. ß. *liquiritiæ,* ʒ vj. *polypodii,* ℥ j. *sem. anisi,* ℥ ß. *card. bened.* ʒ j ß. *furfurum in petia ligat.* m. j.

Decoq. f. a. colaturæ ℥ ℥ ix. in quibus dissolue: *El. diaphœnic.* ʒ iij. *bened. laxat.* ʒ ij. *hieræ, f.* ʒ j. ß. *ol. anethini, lil. alb. chamomel. sacch. rub.* ʒ iij.

Misce pro Enemate.

Postea vsus est digestiuo per dies quatuor, singulis matutinis.

℞ *Rad. ireos,* ʒ j. *fœniculi, apii, graminis ana* ʒ ij. *liquiritiæ,* ʒ iij. *polypodii,* ℥ ß. *pæoniæ,* ʒ j. ß. *sem. anisi, card. bened. fœniculi, ana* ʒ ij. *carthami contusi,* ʒ iij. *herb. betonicæ, salviæ, eupatorii, ceterach, lupulor. ana* m. ß. *flor. & fruct. cord.* m. ß. *fol. sennæ mundat.* ℥ j.

Decoq. in f. q. aq. ad tertias: Colaturæ: ℞ ℥ x. *Syr. de eupatorio, de betonica comp. ana* ℥ ij. *oxymellis helleb.* ℥ j. Misce pro potione longa.

Inde sumpsit hoc purgans:

℞ *Decocti residui,* ʒ iij. Infunde: *Rhab. el.* ʒ j. *zgar. troch.* ℈ ij. *cinamomi el.* ℈ j. *spicæ gr.* iiij.

Stent

Stent in infusione per noctem, deinde fiat expressio, post leuem ebullitionem, in qua dissolue: *Diasereos*, ℥ j. Misce.

Postea præscripsit decoctum ligni Guaiaci, quo singulis diebus bis vsus est, mane hora v. ℥ iiij. & hora tertia pomeridiana tantundem: Diebus interiectis, si quando aluus erat durior, sollicitauit eam clystere molliori. In ipsis autem sudoribus, maxime in initio eorum mane quotidie caput fricari iussit sacculo calente, cui iniecerat milium, *sal. sem. anisi, fœniculi, bacc. lauri*, vt plus esset milii quam salis, reliquorum pondus parcum sale: Interim ad exsiccationem & corroborationem cerebri, bis in die, detersо & siccato capite, suffitum fecit ex tali puluere.

℞ *Sem. nigellæ Rom. styrac. cal. benzoi, ana* ℥ iij. *caryophyll. macis, saluiæ, ana* ℥ j. *succini*, ℥ ß. *thuris, mastices, ana* ℈ ij. *rosar. rub.* ℥ ß.

Misce f. puluis pro fumo.

Quotidie etiam mane & ante cœnam vtebatur caputpurgio tali:

℞ *Herb. saluiæ, maioranæ, flor. betonicæ, ana* m. ß. *rad. ireos, artanitæ, asari, ana* ℥ ß. *terantur simul, deinde affunde: Vini albi, hydromelitis, ana* ℥ ij.

Exprimatur succus, qui attrahebatur per nares. Interdum etiam sumpsit radicem cyclaminis, quæ præcisa & aptata in tabulos oblongos duorum ferme digitorum, macerabatur in aq. vitæ, demum inserebatur in nares, modo in dextram, modo in sinistram, vt ita prono capite

pitui-

pituita decurreret, & ex vtraque nare abunde flueret.

Post vsum horum pharmacorum Dei beneficio conualuit. Ne autem postea vel viuendi intemperantia vel negligentia in similes affectus recideret, singulis mensibus purgabat corpus syrupo sequenti, qui ad omnes affectus eius est accommodatus.

℥ *Rad. apii, fœniculi, petroselini, graminis, cort. rad. capp. ana* ℥ ß. *ireos,* ℥ j. *herb. endiuiæ, cap. Veneris, eupatorii, cuscutæ, agrimoniæ, ceterach. saluiæ, stechadis, maioranæ, betonicæ, ana* m. j. *flor. cordial. epithymi, ana* p. j. f. s. a. decoctio in s. q. aq. Colaturæ, ℥ ℥ xvj. Infunde: *Fol. sennæ,* ℥ ij. *agar. trochisc.* ℥ ß. *turbith. gummosi,* ℥ j. *rhabarb. el.* ℥ ß. *spicæ,* ℈ ß. *cinamomi acutiß.* ℥ j. *zinzib.* ℈ ij.

Stent in infusione horis 24. inde bulliant leuiter & exprimantur, hinc dissolue: *Sacch. albiß.* ℥ vj. *coq. in formam syrupi tenuioris.* De hoc sumpsit per 4. dies pro vna *Dosi,* ℥ iiij. horis matutinis, idque crescente luna.

Die post syrupum quinta sumpsit pillulas.

℥ *M. pill. s. quibus, cochiar. aggregat. ana* ℈ j. *cum aq. maioranæ.* f. pillulæ numero xxv.

Cura D. Ioan. Sleceri:

In affectu cerebri Catarrhoso, intemperie ventriculi frigida, & iecoris imbecillitate, cum materia multa phlegmatica, & renum constitutione calculosa.

Hunc

HVnc affectum indicabat pallor faciei, & ibidem venarũ anguſtia, ructus acidi, nauſea & oriſicii ventris compreſſio ac grauitas: Vrinæ tenues, ſubſpiceæ, & ſpiceæ, ſine hypoſtaſi, ſed cum ſedimento craſſo: Cerebri actiones languidiores: Somnolentia, &c. Monuit vt bis in anno purgaretur, vere & autumno, circa vltimam lunæ quadram. His ſic curatus eſt.

℞ *Rad. polypodii, liquiritiæ, fœniculi, ana* ℥ ij. *ſem. aniſi,* ℥ j. *carthami contuſi,* ℥ j. ℈. *flor. & fruct. cord.* m. ß.

Decoq. ſ. a. colaturæ ℞. ℥ iiij. Infunde: *Fol. ſenæ,* ℥ ß. *agar trochiſc.* ℥ j. *rhabarb. el.* ʒ ij. *ſpicæ gr.* iij. *zinzib.* ʒ ß.

Stent in infuſione per noctem, mane ebulliant leuiter & fortiter exprimantur, in expreſſo diſſolue: *Diaphœn. fern.* ℥ iij. *ſyr. de liquiritia,* ℥ ß. Miſce pro hauſtu.

Poſtea præparentur humores ad expulſionem hac potione quater ſumenda; horis matutinis.

℞ *Herb. ſaluiæ, maioranæ, betonicæ, euphragiæ, ſtechadis, hyſſopi, cap. Veneris, chamæpythios, agrimoniæ, eupatorii meſ. abſinthii, ana* m. ß. *rad. rubiæ, fœniculi, aſparagi, graminis, apii, ana* ℥ ij. *ireos,* ℥ j. *rhapont. liquiritiæ, cichorii, polypodii, ana* ℥ v. *ſem. aniſi, fœniculi, card. bened. ana* ℥ ij. *carthami contuſi,* ℥ ß. *flor. & fruct. cord.* m. j. *cort. mirobal. omnium in ol. amygd. dulc. fricat. ana* ℥ iij. *fol. ſenæ,* ℥ j. ß. *agar. troch.* ℥ ij.

Decoq. in duabus partibus *aq. & vna vini ad tertias;*

tertias: *Colaturæ* ℥. ℔. j. *Syr. de betonica comp. de eupatorio, oxymell. helleb. ana* ℥ ij. *ol. cinamomi gutt.* ij. Misce pro potione longa.

Post huius vsum exhibitæ sunt pillulæ:

℞ *M. pill. de hiera cum agar. aggregat. cochiar. ana* ʒ j. *cum aq. fœniculi, q. s.* f. pillulæ xxv. Inuoluantur pul. masticis.

In discrasia ventriculi frigida, capitis catarrhosa, renum calculosa, & calore epatis. D. I. 3.

TEmperamentū totius corporis ad calidum & siccum vergit: Plerunq; enim totius habitus, epatis & cordis naturam sequitur. Caliditatem autem epatis, venarum latitudo, sanguinis caliditas, bilis flauæ abundantia, euidenter indicant. Ventriculi vero constitutio frigida & humida est, qui ad appetendum quidem nonnihil valet, ad concoquendum autē minime. Quare cibi præsertim frigidi, cito acescunt, cum alterationem tam facile nō susciplant. Vnde crebræ eructationes illæ. Etsi autem gaudet frigidis, tamen ab eorum vsu immodico offenditur, ob id & pituitæ multum generat, & cibos humidiores appetit. Cerebri autem temperamentum humidum, indicat facilis ad somnum pronitas & plena imaginationibus somnia. Abundat etiam excrementis & crebris destillationibus: Ad quæ omnia ventriculi imbecillitas, eiusque orificii laxitas, atque epatis & renum in mittendis vaporibus caliditas non parum adiuuant.

Cere-

Cerebrum igitur optime muniendum est, pectus etiam & pedes: Odores qui sua grauitate cerebrum valde feriunt, fugiendi sunt: Spiritus enim conturbant, humores colliquant, & fluxiones proritant: Qui autem cerebrum sua suauitate corroborant, facile admitti possunt, vt est *odor. rosarum, violar. cheirorum, caryophyllorum hortensium, rorismarini, chamomeli, Ital. anthos, saluiæ*, in primis *maioranæ*. Hæc enim naribus admota, humores in cerebro abundantes per illos meatus maxime deriuant, præsertim si prius euacuato corpore, *succus saluiæ inprimis & maioranæ vel puluis cum succo betæ*, naribus attrahantur. Pro potu, post corporis euacuationem conueniet hordei decoctum sequens:

℞ *Hordei mundi*, m. ij. *coq. ad crepaturam: Huius decocti colati* ℞. ℔. vj. *conf. rosar. buglossæ, ana* ℥ iij. *masticis, carnium cydoniorū rec. aut cond.* ℥ iiij. *vuar. pass.* ℔ ß. Coq. denuo s. a. colatura detur ad vsum.

Singulis septimanis, horis tribus ante prandium sumat compositionem sequentem:

℞ *Conf. rosar.* ℥ j. *rhabarb. el. crasse inciſi,* ʒ j. *pulu. masticis, spicæ ana gr.* iij.

Misce f. Electuarium pro dosi vna.

Cætera præsens præscribet Medicus, cui cura demandata est.

D. I. S.

In Catarrho salso, empyemate & principio Phthyseos.

LAborauerat Catarrho salso per aliquot septimanas, cumque Catarrhus indies in pulmoni-

monibus colligeretur in maiore copia & putresceret, reiecit tandem per tussim purulenta sanguine mixta copiose, tandem etiam per vomitum cruenta & purulenta varia, cum multis viscidis phlegmatibus reddebantur. Aderat anxietas pectoris, difficilis respiratio, nausea, dentium dolor & vomitus cum summa debilitate virium. Cum ad eum vocatus veniissem, in summo periculo constitutum esse coniugi dixi, & quare nõ citius Medicum vocassent, cum ea expostulaui: Tentauerat autem ipsum curare propria coniux, & varia decocta pectoralia exhibuerat, sed frustra: Inde enim Catarrhus motus quidem at non remotus erat. Quare iussi vt mox remouerentur, quæ capiti & pectori exterius applicuerat, inepta & insulsa coniux: Et primo caput, pectus ac pedes à frigore munire iussi, deinde sorbitionibus multis vt vteretur, volui, vitaret salsa, acria & vaporosa omnia, cruda item & nimium condita, & quæ cum aceto parantur edulia. Abstineret à vino, biberet cereuisiam claram, interdum decoctum passularum cum rad. ireos, mastiche, & aliquot frustulis mali cydonii paratum. Ex melicrato etiam Lithuanico interdum biberet, ac buccellam intingeret vnam atque alteram panis similacei. Deinde clysterem ordinaui.

℞ *Herb. althææ, maluæ, violariæ, parietariæ, Mercurialis, brancæ vrsinæ, ana* m.j. *flor. chamomeli,* m.j. *rad. liquiritiæ, cichorii, polypodii, ana* ʒvj. *sem. ani-*

ſi, ℥ iij. *furfuris macri*, m. j. *ficuum ping. prun. Damaſc. ana numero* v.

Decoq. ſ. a. pro enemate: Colaturæ ℔ j. *El. diaphœnic.* ℥ v. *caſſiæ ext. pro clyſt.* ℥ j. *hieræ*, ſ. ℥ ij. *ſacch. rub.* ℥ ß. *ol. violar. chamom. lil. alb. ana* ℥ j.

Miſce pro Enemate.

Circa veſperam ad introitum lecti, dedi hunc potum calide:

℞ *Syr. de iuiubis, conſolidæ maior. ana* ℥ j. *aq. tuſſilaginis, ſcabioſæ.* Miſce pro hauſtu.

Poſtridie vt materia contenta in pectore, & impacta tunicis ventriculi, nonnihil euacuaretur, dedi hoc purgans:

℞ *Rad. liquiritiæ, cichorii, polypodii, ana* ℥ ij. *ſem. maluæ*, ℥ ß. *carthami contuſi*, ℥ j. ß. *fol. ſenæ*, ℥ iij. *trochiſc. de agar.* ℥ j. Coq. ſ. a. Colaturæ ℞ ℥ iij. In his diſſolue: *Mannæ el.* ℥ j. ß.

Miſce detur pro hauſtu ſolutiuo.

Ab hoc ſatis commode ſine virium iactura euacuatus eſt, & reiecit ſexies per receſſum copioſa phlegmata & quidem putrida, vnde circa pectus melius habuit. Tuſſis vero & exſpuitio purulenta, & deſtillatio à cerebro non remiſerunt. Quare vt Catarrhus nonnihil ſiſteretur, iuſſi vt de *conſerua roſarum & nuce moſchata* ſumeret per diem aliquoties per interualla: Circa noctem vero ℥ j. *diacodii*, idque continuaret per triduum, quod cum feciſſet, & capiti etiam aliquid pulueris infra ſcripti adſperſiſſet, Catarrhus fluere deſiit.

℞ *Pulu.*

℞ *Pulu. nucis mosch. myrrhæ, thuris, mastices, ros. sar. rub. ana* ℥ j. *maioranæ, caryophyll. succini albi, ligni aloes, sandaracæ.* Misce pro Tragæa.

Deinde ad meliorem expectorationem & ad Catarrhum nonnihil inhibendum, ordinaui *rotulas & syrupum*, de quibus sumpsit interdiu, etiam de nocte aliquotics, alternatim:

℞ *Extr. card. bened.* ℈ j. *scabiosæ,* ℈ ß. *sacch. albiß.* ℥ j. *saccharum dissoluatur aq. cardui*, deinde adde extracta, & affunde: *Syr. de succo cardui, & de scabiosa, ana* ℥ j. Misce pro syrupo.

℞ *Spec. diaireos, s. diapenidii, diatrag. frig. ana* ℈ ij. *extr. liquiritiæ gr.* iiij. *marg. præp.* ℈ j. *sacch. albiß.* ℥ iij. ß. *dissol. aq. scabiosæ* & f. s. a. conf. in Rotulis.

Epithema etiam ad pulsus ordinaui;

℞ *Aq. ros. fragrantiß.* ℥ v. *cinamomi,* ℥ j. *aceti ros.* ℥ ij. *spec. pro epithemate cord.* ℥ ij. *camphoræ gr.* ij. *croci gr.* v. Misce pro Epithemate.

Ad corroborandum ventriculum ordinaui sacculum exterius applicandum.

℞ *Herb. mentæ,* m. j. *absinthii, saluiæ, origani, calamenti, agrimoniæ, flor. ros. rub. ana* m. ß. *sem. anisi,* ℥ ij. *coriandri,* ℥ iij. *cymini,* ℥ j. *rad. cal. aromat. galangæ, ana* ℥ j. *nucis mosch.* ℥ j. ℞.

Ex his incisis & contusis f. sacculus interpassatus in syndone rubeo, pro stomacho.

Ad renes vero, cum calor in illis resideret, quemadmodum apparebat ex vrinis, ordinabam illi vnguentũ vesperi & mane vsurpãdum:

℞ *Vnguenti ros. mes.* ℥j. *populeon.* ℥j. *spec. ceroti santal.* ℥j.

Misce exacte.

Errhinon etiam ad nares humectãdas & Catarrhum per illas vias deriuandum ordinabam.

℞ *Aq. verbenæ, saluiæ, maioranæ, ana* ℥j. *sacchari,* ℥ij.

Misce pro Errhino.

Quibus deinde miscui *de succo betæ depurato,* ℥j. His omnibus & singulis, cum hoc ordine vsus fuisset, pristinam sanitatem recuperauit.

Volui tamen, vt pro præseruatione singulis mensibus bis sumeret pillulas, duabus ante cœnam horis.

℞ *M. pill. Arab. hieræ cum agar. cochiar. ana* ℈j. *cum aq. saluiæ, q. s.* f. pillulæ numero 27. deaurentur superficietenus.

D.I.S.

In cachexia, destillatione à cerebro frigida & excrementitia ac nephritide per interualla affligente.

LAborabat cachexia, quã ex subtumida corporis mole & colore corporis ac faciei non satis viuido iudicare & cognoscere licuit facile, quæ originem habebant ab epatis & lienis imbecillitate & partium earum obstructionibus. Conquerebatur etiam de variis affectibus potissimum vero de destillatione, è capite frigidiore & excrementitio, modo in maxillas, ceruicem & scapu-

scapulas, modo in pulmones & inferiora decũbente cum tussi & impedita respiratione, quod erat signum futuri asthmatis; alter erat dolor nephriticus ex interuallo recurrens à concreto & inhærescente in sinistro rene calculo, qui renem ipsum vellicabat, ac tandem dolorem nephriticum excitabat. His accedebat peritonæi in dextro inguine, nimia laxitas, quæ enterocelen minabatur, ex tussiendi impetu causata. Quibus morbis omnibus, tam varie complicatis, cum nõ nisi summa industria occurri posse prædixissem, primo victus rationem præscripsi: Aerem temperatum & purum imperaui, victum εὐχυμον tenuem & siccum. Deinde bolum dedi ad expurgandas primas vias; vt sequitur:

℞ *El. diaphœnic.* ʒ ij. ß. *diacarthami,* ʒ j. ß. *pulu. rhabarb. el.* ʒ ß. Misce *cum saccharo,* f. Bolus.

Postea ordinabam potum, de quo sumeret per octiduum singulis horis matutinis ℥ v. calide:

℞ *Rad. cichorii, acetosæ, bruſci, asparagi, petroselini, saxifragiæ, ana* ʒ vj. *herb. agrimoniæ, endiuiæ, cuscutæ, ceterach, cap. Veneris, betonicæ, stechadis, hyssopi, tussilaginis, pimpinellæ, ana* m. j. *sem. endiuiæ, althææ, melonum, ana* ʒ ij. *liquiritiæ,* ℥ ß. *fol. sennæ,* ℥ j. *agar. troch.* ʒ iij. *flor. & fruct. cord.* m. j.

Decoq. in s. q. seri lactis cap. ad tertias: Colaturæ ℞. ℔. ij. quibus adde: *Syr. de betonica comp. de eupatorio, de liquiritia, oxymellis helleb. ana* ℥ iij. *ol. cinamomi gutt.* ij. Misce.

Hoc decoctum cum sumpsisset, satis conuenienter interdum bis vel ter quotidie euacuatus est, vnde color faciei nonnihil mutatus, moles etiam corporis extenuata est. Quare die nona, pillulas sequentes ordinaui.

℞ *M. pill. s. q. cochiar. aggregat. ana* ʒj. *cum aq. saluiæ.* f. pill numero XXI.

Inde in capite & hypochondriis nõnihil melius habere cœpit. Quare vt detergerem accuratius & eluerem, quod iam pridem in pulmones influxerat, nec non etiam renes respicerem, decoctum sequens ordinabam, de quo quotidie mane ac vesperi per quatriduum sumeret dosin vnam calide.

℞ *Rad. polypodii, liquiritiæ, helenii, ana* ʒ vj. *ireos* ʒ ij. *sem. card. bened.* ʒ j. ß. *carthami contusi,* ʒ ß. *saxifragiæ,* ʒ iij. *herb. hyssopi, satureiæ, tussilaginis, pulmonariæ veræ, flor. betonicæ, ana* m. j. *iuiubar. sebesten, ficuum ping. prun. vngar. ana numero* viij. *vuar. passul.* ʒ iij. *ligni Guaiaci* raspati, infusi in s. q. aq. feruentis per horas 24. Decoq. simul s. a. ad tertias. Colaturæ ℞ ℔. ij. *syr. de liquiritia, mellis opt. colati ac despumati,* ʒ vj.

Misce pro potione longa.

Postea etiam ordinabam rotulas, de quibus indifferenter per interualla sumeret iij. vel iiij. tenendo eas sub lingua donec soluerentur.

℞ *Spec. diatrag. frig. diapenidion, diaireos, ana* ʒ j. ß. *sacch. albiss.* ʒ v. *dissol. aq. alkakengi. q. s.*

f. s. a. confectio in Rotulis.

Vt au-

Vt autem & destillatio illa à capite exactius euacuaretur, volui vt de pillulis infra scriptis alternis diebus sumeret numero xxi. duabus ante cœnam horis, vesperi vero & mane de syrupis infrascriptis cochlear vnum.

℞ *M. pill. assaiereth, Arabic. hieræ cum agar. aggregat. ana* ℈ ij. *cum aq. saluiæ,* f. pillulæ numero 84. Inuoluantur pul. liquiritiæ.

℞ *Syr. de iuiubis, de liquiritia, de hyssopo, ana* ℥ j. ß. *looch. de pulmone vulpis,* ℥ ij. *aq. flor. scabiosæ,* ℥ j. *extr. card. bened.* ℈ j. *scabiosæ,* ℈ ß. Misce.

Ad regionem vero renum, vnguentum præscripsi:

℞ *Vnguenti dialthææ, s.* ℥ vj. *ol. chamomeli, amygd. dulc. lil. alb. verbasci, violar. rosati, ana* ℥ ij. *scorpionum,* ℥ iij. *adipis taxi,* ℥ ß. *camphoræ,* ℈ ß. *ceræ parum.* Misce pro vnguento.

Pro corroboratione vero & exsiccatione capitis, ordinabam sacculos, qui quotidie ante prandium calide capiti applicarentur:

℞ *Maioranæ, saluiæ, stechadis. flor. betonicæ, anthus, ana* m. ß. *sem. anisi, fœniculi, sileris montani, bacch. lauri. iuniperi, ana* ℥ ß. *milii,* ℔ ß. ℔. *salis,* ℥ iij. Misce f. ex incisis contusis ac torrefactis in sartagine sacculi duo, qui calide applicentur quotidie, semper alternatim innouando.

Ad enterocelen vero imminentem ordinaui decoctum, cum quo iussi fouerent alternis diebus, supino decumbenti inguen laxius, atque

vſuale illud emplaſtrum ad herniam Fernelii, ſuperimponerent.

℞ *Nucum cupreſſi, balauſtiorum, pſidiæ, gallar. ana* ℥ j. *empetron tragi, ſol. quercus, ana* m. j. *aluminis,* ℥ iij. *fabar.* ℥ iiij.

f. ſ. a. in ſ q. aq. decoctio ad fotum calide cum ſpongia applicandum: Biberet autem per tres ſeptimanas ante prandium & cœnam ad ℥ vj. *de decocto ſeq.*

℞ *Ligni Guaiaci raſp.* ℥ iij. *herb. empetri tragi,* m. iiij. *vuar. paſſular.* ℔. .

Decoq. ſ. a. in ſ. q. aq. ad caſum medietatis. Colatura ſeruetur ad vſum.

His remediis reſtitutus eſt.

D. I. S. *In Catarrho capitis, nariuм ſiccitate & hæmorrhoidum fluxu periculoſo.*

Primo præſcripſi bolum:

℞ *Caſſiæ rec. extr.* ℥ ß. *el. diaphœnic.* ℥ ij. *rhab. el.* ℈ ij. *ſpicæ gr.* ij.

Miſce *cum ſacch.* detur Bolus.

Erat autem epate calidiſſimo, cerebro à natura frigidiore renibus etiam calidis: Monui autem, inſtituendum eſſe vſum medicamentorum ante vltimam lunæ quadram, luna ſemper exiſtente in declinatione: Poſtridie ſumendus erit potus, qui diuidatur in quatuor partes, & ſingula pars ſumatur veſperi & mane continuando per biduum:

℞ *Rad. cichorii, polypodii, liquiritiæ, ana* ℥ vj. *pæoniæ, caryophyllatæ, ireos, ana* ℥ j. ß. *fœniculi, apii, graminis,*

minis, acetosæ, ana ʒ iij. *cort. mirobal. omnium, ana* ʒ iij. *rhapontici,* ʒ iij. *sem. anisi, fœniculi, card. bened.* ʒ ij. *carthami contusi,* ʒ iij. *tamarind.* ℥ iij. *fol. sennæ,* ʒ j. *trochisc. de agar.* ʒ ij. *epithymi,* ʒ j.

Decoq. in s. q. seri lactis caprini ad tertias: Colaturæ ℔ ℔. j. *syr. de cich. cum rhabarb. de betonica comp. oxysacch. s. ana* ℥ ij.

Misce pro potu, quo sumpto pillulas præscripsi, quibus sequenti die vteretur, ita vt illa die horis matutinis sumeret vnam medietatem pillularum postridie alteram:

℞ *M. pill. hieræ cum agar.* ℈ ß. sine quibus, *cochiar. ana* ℈ j. *aggregat.* ℈ ß. *cum aq. saluiæ,* f. pillulæ numero 25. deaurentur, ac dupletur dosis.

Post vsum harum pillularum sumat de electuario quotidie vesperi ac mane, ad magnitudinem nucis iuglandis.

℞ *Spec. dianthus,* ʒ j. ß. *diambræ, diamosch. dulc. ana* ʒ j. *diarhod. abb.* ℈ iiij. *diatrion sant.* ʒ j. *calami aromat. zinziberis ana conditorum concisorum,* ʒ iij. *conf. rosar.* ℥ j. ß. *syr. acetos. citri, q. s.*

Misce pro Electuario.

Interdum etiam conuenict ante prandium & cœnam masticare aliquot *grana olibani aut masticis,* interdum vtatur Rotulis ex *diatrag. frig.* In vere etiam nõ incommodum fuerit, si post euacuationem corporis aperiatur vena media brachii dextri, neque vltra ʒ v. sanguinis educatur: Interim etiam post corporis totius, & partium conuenientem euacuationem, maxime profu-

turum est ad exsiccationem & corroborationem cerebri vti sacculis sequentibus:

℞ *Herb. saluiæ, maioranæ, flor. betonicæ, stechadis citr. ana* m.j. *gran. iuniperi,* ℥j. *sem. anisi, fœniculi, cymini, cubebar. ana* ℥iij. *bacc. lauri,* ℥ß. *calami arom.* ℥j. *milii,* ℔.ß. *salis,* ℥iij.

Incisa & contusa torrefiant in sartagine, deinde reponantur in sacculis duobus, qui calide applicentur capiti ante prandium.

Denique vt nares humectentur & mucus assuescat fluere per loca consueta, alternis diebus immittat naribus nasalia vsualia, præsertim post vsum pillularũ, ventriculo ieiuno & capite prono: Quotidie quoque bene humectabit nares cum aqua sequente:

℞ *Aq. maioranæ, saluiæ, prunellæ, nymphææ, violar. ana* ℥ij. *sem. pap. albi,* ℥ij.

Misce f. horum Emulsio, s.a. cui adde: *Pulu. sacch. albiss.* ℥iij. Misce.

In Catarrho & leni Apoplexia.

I.S.D.

LAborauerat febre quotidiana & habuerat quinque paroxysmos, postea cum ex propria ordinatione pharmaca sumpsisset purgantia, & febris nonnihil remisisset, in leuem apoplexiam incidit, ita vt intra quadrantem horæ nec loqui nec se cõmode mouere posset. Quare dederant ei adstantes *theriacæ* ℥j. *in aq. lauendulæ* dissolutam, cum nihil aliud ad manum esset, vnde sensus & motus & linguæ vsus illi restitutus est. Erat autem corpore crasso & obeso, temperatu-

peraturæ calidæ & humidæ: Contraxerat hunc morbum ex intemperantia in victu, & ex nimia ingurgitatione vini potentis meracioris. Quare præscripta victus ratione porro ordinaui clysterem.

℥ *Herb. althææ, parietariæ, atriplicis, chamomeli, ana* m.j. *saluiæ, hyssopi, stechadis, betonicæ, centaurii min. rutæ, ana* m. ß. *rad. aristolochiæ,* ʒ iij. *polypodii, cichorii, ana* ʒ ß. *agar. candidi in petiam ligati,* ʒ ij. *fol. sennæ,* ʒ vj. *furfur.* m.j. *prun. Vngar. numero* vij.

Decoq. s. a. pro Enemate, colaturæ: ℥ ℔.j. adde: *El. diaphœnic. bened. laxat. ana* ʒ ß. *hieræ logodii,* ʒ j. ß. *hieræ, s.* ʒ ij. *ol. rutæ, chamomel. mollis ros. col. ana* ʒ j. Misce pro clystere.

Ad ingressum lecti propinabã hũc hausturn:

℥ *Flor. & fruct. cord.* m. ß. *herb. centaurii, rutæ, betonicæ, stechadis, saluiæ, maioranæ, ana* p.j. *fol. sennæ,* ʒ ß. *trochisc. de agar.* ʒ j.

Decoq. s. a. Colaturæ ℥ ʒ iiij. *Syr. de betonica comp.* ʒ vj. *oxymellis helleb.* ʒ ß. Misce pro hausturn.

Postea die sequenti dedi pillulas sequentes:

℥ *M. pill. hieræ comp. cochiar. ana* ϑ j. *aurear. aggregat. ana* ϑ ß. *cum aq. lauendulæ:* f. pillulæ numero xxi. Inuoluantur *spec. plir. ar.*

Inde sedes copiosas habuit xj. materiæ viscidæ & pituitosæ. Volebam igitur, vt adhuc per quatriduum continuaret decoctum sequens, quotidie inde sumendo mane ʒ v.

℥ *Saluiæ, maioranæ, centaurii min. stechadis, euphragiæ, betonicæ, hyssopi, ana* m. ß. *Rad. acori, galangæ, cy-*

gæ, cyperi, ana ℥ j. ß. *aristol. rot.* ℥ ij. *ireos* ℥ j. *polypodii, cichorii, ana* ℈ j. *Sem. anisi, fœniculi, ana* ℥ j. ß. *carthami contusi* ℥ iij. *cort. mirobal. chebul. citrin. ana ol. fric.* ℥ v. *Herb. cuscutæ, cap. Ven. ceterach. ana* m. ß. *fol. sennæ* ℈ j. *trochisc. de Agar.* ℥ ij. Decoq. in s. q. aq. ad tertias: Colaturæ ℔ j. *Syr. de betonica comp. de præsio, oxymellis helleb. ana* ℈ ij. *aq. lauendulæ* ℈ j. Mis. pro potione.

Quinto die post vsum potionis, iussi, repeteret pillulas priores, quod magno cum fructu fecit. Tandem pro corroboratione ordinaui Electuarium, de quo sumeret quotidie vesperi & mane ad magnitudinem nucis iuglandis, & septimo die ab vsu pillularum aperui venam mediam brachii dextri, & eduxi ad ℈ vj. sanguinis successu felice:

℞ *Spec. diamosch. dulc.* ℥ j. *pliris arch.* ℥ iij. *syr. de beton. comp. q. s.* f. Electuarium.

In Catarrho: Curationes Francisci Hildesheim D.

In Catarrho ad pectus decumbente condita tali vsus sum.

℞ *Conf. rosar.* ℈ ij. *flor. betonicæ, tunicæ, lil. conualli. ana* ℈ ß. *cort. citri recent. cond. arant. cond. ana* ℈ ß. *spec. aromat. ros. diarrhod. abb. diamarg. frig. ana* ℈ ß. *miuæ cydoniorum* ℥ vj. *cum syr. acetos. citri q. s.* f. l. a. conditum.

Interim etiam aliquoties imperaui caput abluere lixiuio segmentorum vitium, in quo decocta essent sequentia:

℞ *Herb.*

℔ *Herb. ſaluiæ, maioranæ, betonicæ, euphragiæ, ſerpilli, verbenæ, ſtech. citr. ana* m.j. *flor. roſar. rub. cheirorum ana* m.ß. *chamomeli* m.j.ß. *rad. ireos, caryophyl. ana* ʒj. *agarici* ʒj. *fol. ſenæ* ʒj.

Inciſa & conquaſſata coquantur ad lotionem capitis.

Ventriculi etiam regionem exterius inungebam:

℔ *Ol. maſtichini, abſinthii, cydoniorum, menthæ ana* ʒiij. *rutæ* ʒij.ß. *laurini* ʒß. *ſpicæ* ϑß. *iuniperini* ϑß. *ſpec. diagalangæ* ʒj. *ceræ parum.* Miſ. pro vnguento.

Hæc etiam pillularum doſis pro præſeruatione, duabus ante cœnam horis ſingulis menſibus conueniet:

℔ *M. pill. de hiera c. Agar. Arabicarum, cochiar. ana* ϑj. *cum aq. betonicæ.* f. pillulæ 27. Inuoluantur *puluere Maſticis.*

Quod ad calculum, quo infeſtabatur, poſt vſum pillularum de hac potione ante prandium ac cœnam, ſumſit; Et continuetur hæc potio, donec abſumta fuerit:

℔ *Rad. graminis, aſparagi, bruſci, ireos, ana* ʒj.ß. *tormentillæ* ʒiij. *liquiritiæ* ʒß. *vuar. paſſul.* ʒiiij. *conſ. roſar.* ʒiij. *ſem. 4. frig. maior. ana* ʒij. *iuiubarum, ſebeſten, ana numero* vij. Decoq. ſ.a. Colaturæ ℔ j. *ſyr. althææ Fernelii* ʒiiij. Miſ.

Inungatur etiam exterius renum regio hoc vnguento:

℔ *Ol. roſar. myrtini, ana* ʒij. *chamomel.* ʒiij. *ſcorpio-*

ſcorpionum ℥ ß. *ladani* ℥ j. *ſpec.ceroti ſantal.* ℈ iiij. *ceræ parum.*

Miſce pro Vnguento.

F.H.D. Ego in crebris deſtillationibus & catarrhis ac doloribus capitis, hunc puluerem capitalem expertus ſum multis profuiſſe:

℔ *Spec. dianthus* ℥ iij. *diamoſchi dulc.pliris arch. aromat.roſ.ana* ℥ j.ß. *cubebar.* ℥ ij. *cardamomi, ſeſeleos, ana* ℥ j.ß. *aniſi, fœniculi, roriſmarini, lauendulæ, anthus* ℥ j.ß. *ſtechadis Arab.ſpicæ Ind.cinamomi, caryophyll. zedoariæ, galangæ, zinziberis, nucis moſch. macis, ana* ℈ ij. *pulu.rad.pæoniæ* ℥ ij.

Tritis & commixtis ſingulis, f. puluis capitalis, qui vſui reſeruetur.

℔ *Puluer is huius* ℥ j. *ſacch.albiß. in aq. lauendulæ q.ſ.diſſol.* ℔ j. f.conf.in morſulis.

F.H.D. Catarrhoſus de hoc nodulo in vino non præſentibus caloribus, aut in Melicrato Lithuanico vel Danico ſæpe bibat:

℔ *Raſuræ cornu cerui* ℥ iij. *eboris, cornu alcis, ana* ℥ j.ß. *vnicornu* ℥ ß. *ſuccini albiß.* ℥ ij. *marg.præp.* ℥ j. *corall.rub.præp.* ℥ ß. *ligni aloes* ℥ ß. *galangæ* ℥ ij. *cinamomi acutiß. cort.citri ana* ℥ iij. *rad.& ſem.pæoniæ* ℈ v.

Hæc omnia *in ſucco citri & granatorum* irrorentur & exſiccentur, idque fiat ſexies, demum iterum puluerizentur, dentur in nodo ex tela linea alba cum filo.

F.H.D. Prodeſt & puluis pro facculis capitalibus in catarrho tenui:

℔ *Roſar.*

℔ Rosar. rub. lauendulæ, flor. anthus, pæoniæ, nigellæ, ana ʒ iij. carab. alb. olibani, masticis, ana ʒ ij. spec. diamosch. dulc. dianthus, diapæonias, ana ʒ. j. camphoræ ϑ ß.

Incisis & conquassatis & commixtis singulis, f. puluis pro sacculis in catarrho.

Puluis pro catarrhosis à cœna. F.H.D.

℔ Cinamomi el. ʒ ß. fragm. lap. precios, ana ϑ ß. ossis de corde cerui ϑ j. sem. melissæ ʒ ß. corall. rub. præp. coriandri præp. ana ϑ j. pellicul. ventric. galli ʒ j. sacch. albiss. ʒ j. ʒ ij. Misc.

Sunt & morsuli nostri pro sistendo catarrho tales: F.H.D.

℔ Spec. diatrag. frig. ʒ ß. terræ cimoleæ, rosar. rub. ana ʒ j. gummi Arab. boli armeni veri, masticis, ana ʒ ß. nucis mosch. macis, ligni aloes, ana ϑ j. sacch. opt. ʒ xij. dissol. aq. rosar. & tussilaginis, ana q. s. f. conf. in Morsulis.

Gargarismus noster pro sistendo Catarrho. F.H.D.

℔ Herb. plantag. ros. rub. ana m. ß. balaust. ʒ j. ß. nigellæ nigræ, tragacanthi, olibani, sandaracæ, masticis, gallar. ana ʒ ß.

Decoq. in s. q. aq. ad tertias: & in Colaturæ expressæ ʒ iiij. ß. distemperentur: Syr. ros. myrtini, ana ʒ iij. Mis. pro Gargarismo, &c.

Oris collutio ad eundem vsum: F.H.D.

℔ Rad. tormentillæ, arist. rotundæ, liquiritiæ, ana ʒ iij. plantaginis ʒ ß. ireos ʒ j. ß. herb. scordii, flor. scabiosæ, betonicæ, ana m. ß. ligni Guaiaci rasp. ʒ j. ß. hordei mundi parum contusi, m. ß. sem. plantaginis, ʒ ij.

Coq.

Coq.f.a. in f.q. aq. ad casum medietatis: Colaturæ ℔ j.ß. Adde: *conf. ros.* ℥ j.ß. Coq. denuo, & ebulliãt aliquot ebullitionibus: Colatura clarificata detur ad vsum præscriptum.

D.F.H. In Catarrho ad gingiuas defluente: Oris collutio.

℞ *Ligni Guaiaci rasp.* ℥ j. *cort. eiusdem* ℥ ß. *liquiritiæ, consol. maior. ana* ʒ iij. *tormentillæ* ʒ vj. *cort. citri* ʒ ij. *sem. acetosæ, portulacæ, ana* ʒ iij. *santali rub.* ℥ ß. Coq.f.a. in f.q. aq. hordei parum contusi ad casum partis tertiæ: Colaturæ ℔ iij. adde *conf. ros. veteris* ℥ ij. *scabiosæ* ℥ j.ß.

Iterum coq. f. a. colatura clarificata detur in fictili ad vsum prædictum.

F.H.D. In Catarrho causante dolorem dentis vacillantis, Gargarismus:

℞ *Ligni Guaiaci rasp. rad. tormentillæ, ana* ℥ j. *pyrethri* ℥ ß. *plantaginis* ʒ vj. *acetosæ, portulacæ, ana* ʒ iij. *ireos* ʒ ij. *nucis mosch. numero* j.

Incisa & contusa coq. in f.q. aq. ad tertias: Colaturę diligentissimè clarificatæ ℞ ℔. j. detur pro collutione oris.

F.H.D. In destillatione causante dolorem dentium:

℞ *Aluminis combusti, piperis nigri, ana* ʒ.ß. *hyoscyami* ℈ j. f. pillulæ 9. cum *melle ros.* ponatur vna super dentem dolentem:

F.H.D. In Catarrho ad pectus defluente:

℞ *Spec. diatrag. frig.* ʒ vj. *pulu. rad. ireos* ʒ v. *margar. præp.* ʒ iij. *ol. nucis mosch. gutt.* xv. *sacch. candi albiß.*

albiß. ℔. j. *ſacch. albiß.* ℔. ß. *diſſol. in aq. tußilaginis,* f. ſ. a. conf. in Rotulis.

Ego in Catarrho tenui & ſalſo aliquando feliciter vſus ſum pillulis de cynogloſſa: Iubebam parari recentes: *F.H.D.*

℞ *Rad. cynogloſſæ aridæ, ſem. hyoſcyami albi, opii, ana* ℈ j. *myrrhæ,* ʒ ß. *thuris,* ℈ j. *gr.* v. *caryophyll. cinamomi, ſtyracis cal. ana* ℈ ß. *cum aq. roſ.* f. Maſſula pro pillulis.

Ex ʒ j. parabantur pillulæ 21. Ex his dabam ante ſomnum quinque primo die, altero tantum tres. Significetur Schlaffpillen.

In Catarrho excitante dolorem capitis cum vertigine quendam curaui ſequentibus: *F.H.D.*

℞ *Ol. caryophyll. gutt.* iij. *nucis moſch. gutt.* iiij. *marg. præp.* ʒ ß. *ſacch. opt. in aq. roſ. fragrantiß. diſſol.* ʒ iij. f. conf. in Rotulis.

℞ *Conſ. roſar.* ʒ ij. *flor. betonicæ, tunicæ, lil. conuall. ana* ʒ ß. *ſpec. aromat. roſ. diarhod. abb. ana* ʒ ß. *diamarg. frig.* ʒ ß. *miuæ cydoniorum,* ʒ vj. *cum ſyr. acetoſ. citri, q. ſ.* f. conditum, de quo ſumpſit magnitudine iuglandis.

℞ *Spec. diarhod. abb.* ʒ j. *diatrion ſantal. pliris arch. ana* ʒ ß. *marg. præp. corall. rub. præp. ſuccini albi præp. ana* ℈ j. *vngulæ alcis. viſci querc. ana* ℈ ß. *extr. pæoniæ,* ℈ ß. *ol. nucis moſch. per expreß. gr.* v. *cort. citri rec. craſſe inciſi,* ℈ iiij. *ſucci citri recent.* ʒ j. *ambræ gr.* ij. *ſacch. opt. in aq. betonicæ, q. ſ. diſſol.* ʒ vj. f. conf. in Morſulis.

In ſenibus Catarrhoſis, qui fuerunt langui- *F.H.D.*

diore cerebro, ſtomacho, epate omnibuſq; ſenſibus labefactatis, ſæpe cum magno ſucceſſu, vſus ſum diacoro, ſiue confectione ſapientum, cuius deſcriptionem addo:

℞ *Acori veri,* ℥ x. *rad. eryngii cond.* ℥ iij. *cinamomi el. macropiperis, ana* ℥ iij. *zinzib. galangæ, cardamomi, nucis moſch. macis, roſar. ana* ℥ ij. *amygd. dulc. pinear. ana* ℥ iij.

Incidantur omnia groſſo modo, adde: *Sacch. albiſſ.* ℔. iiij.

Miſce pro Electuario.

F.H.D. In Catarrho ad ventriculum decumbente, expertus ſum compoſitionem cõferre, quæ diamacis indigitatur, cuius deſcriptionem, cum in vulgatis diſpenſatoriis non extet, huc adſcribam.

℞ *Macis,* ℥ ij. *cinamomi, caryophyll. zinzib. galangæ, liquiritiæ, caſſiæ lignea, maſticis, fœniculi, aniſi, ana* ℥ j. *ſpicæ, cyperi, roſar. pip. longi nigri, aſari, xylo balſami, carpo balſami, carui, cymini, ana* ℥ j. ß. *roſ. rub.* ij. *gr.* xv. *ſem. amomi, apii, cardamomi, cubebar. nucis moſch. ligni aloes, cal. aromat. coſti amari, calamenti, origani, ana* ℥ ß. *folii,* ℥ j. *penidiorum,* ℥ vj. *moſchi, ambræ, camphoræ ana gr.* iij.

Miſce puluer. ſ.a. f. confectio: Diamacis.

I.S.D. *In Catarrho ſuffocatiuo.*

LAborabat puella quædam Catarrho ſuffocatiuo, quam aduenienſ vidi cum ſummo ſtertore & pectoris eleuatione ſpiritum ducere: Catar-

Catarrhus enim nocte præterita ad pulmones & pectus lapsus fuerat, cumque illam pro deplorata iudicarem, & in mortis periculo esse dixissem, neque vllum vnquam in tali casu me vidisse liberatum, præterquã iuuenem quendam, quem præter opinionem meam liberassem ex insperato, petierunt parentes, vt hoc etiam in casu aliquid tentarem; Propinaui igitur ipso momento haustum eiusmodi;

℞ *Flor. & fruct. cord.* m.ß. *sem. anisi,* ʒß. *rad. liquiritiæ,* ʒij. *sem. maluæ,* ʒj. *fol. sennæ,* ʒiij. *trochisc. de agar.* ℈ij.

Decoq in s.q.aq. Colaturæ ℞ ʒij. in quibus dissolue: *Mannæ el.* ʒj. *ol. vitrioli gutt.* ij.

Misce pro haustu.

Post hunc haustum habuit sex sedes copiosas, materiæ valde viscidæ. Deinde ordinaui syrupos sequentes, & iussi vt omni hora inde sumeret cochlear vnum.

℞ *Syr. de iuiubis,* ʒij. *de hyssopo,* ʒj. *de praßio,* ʒvj. *ol. vitrioli gutt.* v.

Misce exacte ad vsum prædictum.

Inunxi etiam pectus vnguento:

℞ *Vnguenti pect.* ʒj. *ol. amygd. dulc. lil. alb.*

Misce exacte.

Hoc cum feciſſet, præter omnium expectationem ac spem liberata est.

In Catarrho suffocatiuo: Fœminæ cuidam. C.H.D.

℞ *Rad. fœnic. iridis, ana* ʒiij. *enulæ, liquiritiæ, ana* ʒj. *herb. scabiosæ,* p.j. *sem. card. bened. anisi,*

ana ʒj. Coq in ſ. q. aq. ad tertias: Colaturæ ℥ ℔.j. *ammoniaci*, ʒj. *oxymellis comp.* ʒ ß. *ſquillitici*, ʒij. *ſyr. de hyſſopo, de praſio, ana* ʒj. *aq. cinamomi*, ʒ ß.

Miſce f. potio, de hac dentur cochlearia iij. vel iiij. ſuperueniente Catarrho & pro præſeruatione cochlearia ij.

Eundem vſum præſtat hæc aqua:

℥ *Enulæ cond.* ʒ ß.

Inciſis & contuſis addantur *aq. card. bened. ſcabioſæ, ana* ʒ ij. ß.

Colentur ſæpius, vltimo affundatur *aq. cinamomi*, ʒ ß.

Miſce detur aqua ad vſum præſcriptum.

Sequuntur Empyrica.

In fluxu & dolore capitis filia Archiducis Auſtriæ Ferdinandi hoc ſacculo vſa eſt.

℥ *Herb. roriſmar. lauendulæ, ſtechadis Arab. maiorana, ana* m. ß. *roſar. rub. flor. chamomeli, thymi, ſatureiæ, baſiliconis, ana* p. j. *ſpicæ Rom.* m. ß. *ſtoracis cal. ligni aloes, ana* ʒ ij. *macis, nuc. moſch.* ϑ ij. *caryophyll.* ʒ ß.

f. Sacculus quadratus magnus, qui aſpergatur vino, noctu ſub vitta habeatur, mane deponatur, imponatur etiam lixiuio, cum caput lauandum eſt.

Eidem Byrretum:

℥ *Ladani, thuris, ſandaracæ, ana* ʒj. *roſar. rub.* ʒij. *fol. lauri, mentaſtri, flor. ſtech. maiorana, ana* ʒj. ß. *macis, caryophyll.* ʒj. ʒ.

Piſten-

Pistentur crasso modo f. cum *syndone Byrretum.*

In Catarrho subtili & vigiliis:

℞ *Flor. rosar. rub. nenuph. chamomeli, stechadis, ana* m. ß. *cort. citri, myrtill. santali rub. ana* ʒ j. *cort. pap. albi,* ʒ iij.

f. Sacculus, calefiat ad fumum thuris & *aq. ros.* pone supra caput.

In Catarrho acri:

℞ *Amyli, tragacanthi, amygd. fabar. excort. pap. albi, cort. oui, gummi Arab. boli armeni.* conf. cum *mucilagine psyllii,* f. pill. ad modum lupinorum, quæ in ore tencantur.

Vel: ℞ *Thuris, myrrhæ, opii, croci, hyoscyami, succi liquiritiæ, ana partes æq.* f. pill. sumantur omni nocte numero iij.

In Catarrho ad brachia & pedes fluente:

℞ *Vini ardentis,* ℔. j. ß. *pip. longi, castorei, sem. sinapi, vrticæ, diagridii, gran. paradysi, ana* ℥ j. ʒ ij.

Pulverizata infundantur pelui, addatur vinum ardens, coquantur, & vngatur patiens in brachiis & pedibus, mox imponatur Emplastrum tale:

℞ *Ceræ, terebinthinæ, ana* ʒ ij.

Dissolue ad ignem, indè impone sequentia pulverizata: *Pip. longi, nuc mosch. caryophyll. zinziberis, diagridii, thuris, sem. vrticæ, ana* ℥ ß. *sem. anisi, cinamomi, galangæ, gran. paradysi, mastichis, camphoræ, coriandri, galbani, aluminis, ana* ʒ ß.

Misce pro Emplastro.

In dolore ceruicis ac dorsi à Catarrho frigido:

℞ *Farinæ fabar. hordei, sem. fœnugræci, lini, ana* ʒ ß. *flor. chamomeli,* ʒ vj. *verbasci, summit. anethi, sambuci, ana* ʒ iij *parietariæ,* ʒ j. ß. *chamæpythios,* ʒ j. *stechadis Arab. roris mar. betonicæ, fol. lauri, ana* ʒ j.

Misce f. puluis qui humectetur *vino roris marini & saluiæ, ana* ʒ vj. adde: *Mucilaginis lini, sem. fœnugræci, rad. ibisci, ana extractæ, aq. chamomeli.* ʒ ß.

Mis. f. Emplastrũ ℔ imponatur per horas 12.

In dolore brachii ex Catarrho acri; D. Ioan. Næuius ordinauit Augusto Electori.

℞ *Farinæ hordei, fabar. eruorum, cicerum, ana* ʒ ij. *flor. chamomeli,* ʒ j. *verbasci,* ʒ iij. *parietariæ,* ʒ ij. *rad. narcissi,* ʒ ß. *lumbric. præp.* ʒ j.

Incisa & conquassata calefiant in *sartagine cum aq. chamom. & anethi, ana* ʒ v. Misce & f. Emplastrum: cui adde, *Boli armeni,* ʒ ß. *croci contusi,* ʒ ß. *ol. chamomeli, anethini, rosati, ana* ʒ j. *cassiæ extractæ,* ʒ j. ß.

Misce exacte bene agitando cum spatula pro Emplastro, quod extendatur in panno, imponatur calide loco affecto.

F.H.D. In Catarrho candelæ suffumigabiles:

℞ *Ladani opt.* ʒ ij. *carabi alb. nigellæ nigræ, gran. pæoniæ, ana* ʒ j. ß. *betonicæ, ros. rub. maioranæ, ana* ℈ ij. *libanotidis, saluiæ, spicæ celt. stechadis Arab. ana* ʒ ß. *myrrhæ, masticis, ligni aloes, ana* ℈ j. *olibani,* ʒ ij. *carb. tiliæ,* ʒ ß.

Tritis & commixtis singulis: Cum *trag.* ʒ j. *& aq. ros. q. s.* f. Candelæ suffumigabiles.

SPICI-

SPICILEGIVM X.

DE STERNVTATIONE & Hydrocephalo.

DVo sunt vitia, quæ à capitis excremento originem ducunt: Sternutatio & Hydrops capitis. De his nunc agendū. Sternutatio est motus prauus, violentus, cum sonitu capitis, dependens ab expultrice cerebri, stimulata à naso, & adiuta à motrice facultate pectoris; Hæc est sternutationis essentia; Est enim motus præter naturam, & proinde ratione cerebri est passio, ratione expultricis est actio, quæ cum *Galeno & Auicenna* fieri quidem potest ab expultrice narium, verum semper concurrit expultrix cerebri: Est igitur motus expultricis irritatæ, ad quam simul concurrunt musculi thoracis, qui sunt in causa strepitus, & sonitum istum concitant; Sed quomodo & qua ratione actio expultricis in sternutatione læditur? Dicendum est, eam lædi non læsa facultate, sed ob errorem externum. Hanc veritatem si voluisset intelligere *Galenus* (pace tanti viri dixerim) non tam audacter reprehendisset *Hippocratem* 7. *Aph.* 51. In sternutatione igitur læditur expulsio non læsa facultate, sic enim necesse esset læsionem fieri ab intemperie cerebri calidiore, vnde perpetua es-

set sternutatio, sicut & continua esset intemperies : Præterea in phrenitide vbi cerebrum præter naturam calidius est redditum , assidua vel saltem frequens esset sternutatio, quod tamen falsum est. Ideo statuendum, expulsionem lædi in sternutatione ob errorem externum. Hic autem error duplex esse potest, scilicet, causa morbifica, vel interna vel externa; *Hippocrates autem l.c.* proponit sternutationem, vt fit à causa tantum interna, non ab externa, quia tantum respicit ad sternutationem morbosam , cuius causa est materia acris, calida, mordax, quæ sui acrimonia irritat expultricem cerebri & nariũ. Hæc materia acris duplex esse potest; vel enim generatur in capite, vel in caput confluit: vnde sapientiss. *Hippocrates* respiciens ad materiam, quæ generatur in capite, dixit, sternutationem fieri calefacto cerebro, nõ vult fieri sternutationem ab intẽperie calida, sed calefacto cerebro, quoniã à calidiore cerebro generatur materia mordax; Quatenus autem aliunde confluit in caput materia, vtpote à corpore calidiore, vt est materia biliosa. Ad hanc respiciens Hippocrates, dixit sternutationem fieri humectato capite , & humectato eo vacuo, quod est in capite. Per caput humectatum *Hipp.* non intelligit caput affectum humida intemperie, quæ sternutationem non mouet, sed potius tollit ; Per caput autem humectatum penes eius spatia vel vacuitates intelligit *Hipp.* caput repletum materia mordaci ac humi-

humida tenui, extra caput in corpore subiecto genita, quæ cum sit vel biliosa vel salsa, petit capitis inania, & hinc nares ad sternutationem exstimulat. Et hæc de causa interna dicta sunt. Quo ad causam externam, si de qualibet, etiam non morbosa sternutatione loquamur, hæc potest esse vel penna naribus indita, vel piper aut alia aromata naribus immissa, quæ sua mordacitate & acredine expultricem facultatem exstimulant. Oportet autem ad excitandam sternutationem motricem facultatem capitis ac thoracis concurrere, quæ à musculis capitis simul ac thoracis dependet; His ita expositis, facile est colligere differentias, vt in sternutatione motus sit quandoque symptomaticus, cum *teste Auicenna*, occurrit in principio catarrhi, quandoque criticus, cum fit in declinatione, concocto destillationis incremẽto. Si motus ille sit symptomaticus cognoscetur, quia inter initia catarrhi inuadit nequaquam cum tolerantia, & caput magis dolet, magis repletur, & grauitate maiore afficietur: Si criticus, omnia erunt tolerabiliora. Sed non est absre cognoscere, quænam sit præcipua sedes huius mali: Nam licet in omni sternutatione insurgat expultrix cerebri & narium: tamen quandoque præcipuum locum obtinet expultrix cerebri, quandoque narium: Vos ita distinguetis, vt insinuare aliqua ex parte videtur *Gal. l. c.* Si primas sedes obtineat expultrix cerebri, fiet sternutatio capite eleuato, magis enim

caput cruciatur, si primo lædatur expultrix cerebri : Si autem expultrix narium primo læditur, fiet sternutatio capite depresso. Ex his supra dictis indicationes manifestæ sunt. Quo ad Prognosticon. Sternutatio critica iuuat, nam caput humidius exsiccat, superuacua expellit, capitis grauitatem sedat, iuuat ad partum edendum, ad secundinas expellendas. Symptomatica nocet, vnde Auicennæ fuit sententia; si ægrotantes admotis intra nares sternutationem excitantibus, non sternutent, eos morti admodum vicinos esse. Nocet etiam sternutatio febricitantibus, si sit assidua, vires enim deiicit, nec vtilis est, hæmorrhagia laborantibus, & quibus in pectore materia cruda & copiosa residet. Quod ad remedia hæc proposita sunt in tractatu de curando catarrho ac dolore capitis. Vnicum admonendum est, Aetium in sternutatione probare *oleum rosatum & nardinum*, quorum alterum est frigidum, alterum calidum. Si itaque sternutatio fiat à calefacto cerebro, generante excremẽtum acre; Si fiat à materia aliunde in cerebrum confluente, vt ab acrioribus vaporibus, hi cum discutiendi sint, conferet oleum nardinum applicatum. Idem *Aetius* proponit quædam à proprietate conferentia. In pueris ad mitigandas sternutationes maxime probatur liquor, qui extrahitur ex rene assato vel vituli vel alterius animalis sani. Aiunt pennas ciconiæ, si in cubiculo reponantur, sternutationem in pueris prohibere: In

re: In nimia ſternutatione ſpõgiola aceto intincta & naribus admota eam ſedat. Adiuuat autem ſternutationem, inter leuiora; apium & ariſtolochia, inter fortiora; helleborus albus, piper & alia. Sternutationem autem ſtatim ſiſtit lac tepidum, naribus attractum, præſertim vbi ſalſedo & acrimonia ex catarrho acri nares pungit.

De tumore capitis aquoſo, ſeu hydrocephalo, ſeu hydrope capitis.

RAtione excrementi capitis, producitur etiam malũ, quod hydrocephalam affectionem, hoc eſt, hydropem capitis vocant. Quod ſane malum nõ alio modo generatur, niſi quod materia adeſt præter naturam, quæ venas capitis egreditur, ibique ſedem occupat, vt nihil aliud ſit hoc malum, quam tumor aquoſus capitis, ad differentiam reliquorum tumorum, & hydropis; Thoracis, abdominis, vteri. Hæc aqua reſidet in capite, quandoque intra, quandoque extra craneum: Intra craneum, inter craneum & membranas, inter membranas & cerebrum, nequaquam in ventriculis, quia ſic fieret epilepſia, vel apoplexia, vel carus, vel ſimile aliquod vitiũ: Extra craneum, vel inter craneum & pericraneum, vel inter pericraneum & cutem. Colligitur autem in his locis, quia præter naturam venas egreditur, quæ venæ vel afficiuntur diæreſi, id eſt, ſoluta vnitate; vel diapediſi, id eſt, raritate ſecundum venarum tunicas, vel anaſtomoſi, id eſt, aper-

est, apertione secundum vasorum orificia: Generatur autẽ in frigidiore cerebro: Ex his sponte emergunt differentiæ: Ratione enim loci affecti, vel fit hoc vitium inter craneum, vel extra: ratione materiæ, quia vel in capite vel extra generatur. Hic autem affectus facile cognoscitur; si enim materia colligatur extra craneũ, tumor est euidens, ac tactui cedens, quia aquosus est: si intra craneum, caput graue est, vertigines sunt frequentes, & lacrymantes apparent oculi. Vtrũ autem materia vel in capite, vel extra gignatur, constat ex traditis de dolore capitis. Auxilia sunt in promptu: Oportet enim euacuare materiam, & membra generantia alterare, id est, calefacere & exsiccare. Cæterum in hoc malo curationem polliceri possumus, nisi materia sit collecta intra craneum, nam tunc ferme actum est de ægri salute, vt virtute Dei tantum curentur. De materia præsidiorum non est, vt loquamur, cum potissimum ad chirurgos pertineat curatio. Vnum admonebo circa sectionem, quæ proponitur ab Aetio: Inquit opus esse, vnicam interdum moliri sectionem, interdum plures, si dolor sit magnus. Dũ plures fiunt sectiones, monet Aetius, (vt exempli gratia si tres faciẽdæ sunt) opus esse has efficere in similitudinem literæ K. postremo subdit, opus esse secare caput, modo in vna, modo in alia parte, prout in hac vel in illa est tumor, nisi forte tumor sit secundum musculos temporales, quia expedit tunc ad latera vel cir-

vel circa latera sectionem moliri. His verbis respexit *Aetius* ad quantum, quando & vbi agendum. Respiciens ad quantum, inquit, si tumor est exiguus, vnica fit sectio, si magnus, plures. Quantum igitur agendum, indicatur ab actione principaliter indicantis, materiæ aquosæ: Si actio est summa, oportet facere plures sectiones, si remissa, pauciores: Dum tumor est exiguus, adest pauca copia materiæ, quare remissa est actio: Vbi tumor est magnus, copiosa adest materia, quare actio maior est, indicantur igitur tunc sectiones plures. Respiciens autem ad modum, dixit opus esse sectiones facere ad similitudinem literæ K. nam modus agendi indicatur à passione principaliter indicantis, materiæ aquosæ: Dum hæc est copiosa, non ita facile euacuatur, maxime enim resistit: Quare tunc si administrandæ sunt sectiones, vt facile materia egrediatur: Est autem modus adhibendæ sectionis ab *Aetio* propositus. Respiciens ad vbi agendum, iubet moliri sectionem modo in vna parte capitis, modo in alia, nam vbi agendum sumitur à subsistentia principaliter indicantis materiæ aquosæ: Si igitur hæc resideat in parte capitis posteriore, in ea ipsa parte sectio facienda est. Aduertendum tamen, ne quid prohibeat, quia semper optimi Medici respiciunt ad permittentia & prohibentia. Si ergo aqua colligatur in regione musculorum temporalium, materia quidem sui subsistentia indicat, sectionem facien-

faciendam esse in musculo temporali, sed virtus id non permittit, imo prohibet; quare tunc iubet *Aetius* sectionem fieri circa latera. *Auicennas* probat in hoc affectu cochleas integras, quæ bulliant in decocto *artemisiæ, stechadis, calaminthæ mont. vel cucumeris asinini vel ebuli.* Hæ cochleæ ita decoctæ, contusæ & calidæ, capiti deraso applicentur: Oportet autem, vt detineantur, quousque sponte decidant.

Pro hydrocephalo disquisitio alia ex Mercuriali lib. 1. de morbis puerorum.

MErcurialis simpliciter hunc affectū puerorum morbis annumerat, imo aperte indicat, hanc ægritudinem recenter natos frequēter tentare. Scripsit *Rhases in lib. de experimentis*, se vidisse puerum, cuius capitis magnitudo indies ita augebatur, vt tandem ad mortem deductus sit. Inter Theologos, Theophilactus & Eusebius prodiderunt, Iudam Christi proditorem, hoc morbo periisse, id est, hydropem ventris ac cerebri, ita passum esse, vt caput eius instar dolii esset. Est autem hic tumor, morbus in magnitudine aucta, à quo operationes tum naturales, tū animales læduntur. Fit autem hic tumor non propter solidarum partium incrementum, sed vel propter humores, & dicitur ὑδροκέφαλος, *Hippocr. 2. de Morbis*, hydropem cerebri dixit; vel propter flatus, & dicitur ἐμφύσημα κεφαλῆς à Paulo; nos dicere possumus inflationem capitis. *Pau-*

tis. *Paulus & Auicennas scripserunt*, in hydrocephalo aquam in tribus locis colligi. I. *Intra cutem & membranam cingentem craneum.* II. *Inter membranam & ipsum os cranei.* III. *Inter craneum & membranas vestientes cerebrum, quas aliqui vocarunt omenta cerebri.* Aetius his tribus locis addit IV. *scilicet, inter cutem & musculos temporales.* Hic autem quæritur, quomodo aqua possit colligi intra craneum, ita vt caput intumescat, nam intra craneum & membranam vestientem cerebrum, non videtur tantum spatii esse, vt possit aqua illic contineri & tumorem gignere; præterea adest os, quod nequaquam tumorem patitur, imo humores videntur hæc ossa coercere, & quasi in carcere continere; tertio scimus, illis aquosis humoribus peculiare esse, vt relictis locis planis ad caua delabantur: Cum igitur in cerebro cauitates magnæ atque etiam ventriculi sint, æquius esset, vt humores intra craneũ præcipitentur in eas cauitates, & ita apoplexias inducant, priusquam fiat Hydrocephalus: Postremo hic morbus tentare solet pueros nuperrime natos, vt dixerint nonnulli, hanc ægritudinem in vtero concipi; in vtero autem nutritur fœtus per venas vmbilicales, vnde magis videtur rationi consentaneum, hanc aquam in ipso ventre potius quam in capite colligi. Pro solutione huius quæstionis dubitandum non est, aquam colligi posse in ipso cerebro, id quod etiam *Hipp. 2. de morbis manifeste docet.* Quod autem dicunt,

aquam

aquam ibi non colligi, cum non adsit spatium inter membranas & craneum, verum quidem est suo modo, sed aqua spatium sibi parare potest, cerebri substantiam & membranas comprimendo. Quod vero dicitur, os cranei obstare, quo minus tumor fieri possit, respondeo, illud in infantibus adeo tenerum esse, vt ceræ instar possit in dimensionem quamlibet dilatari, præsertim circa commissuras. Ad tertium dico, verum esse, aquam quæ ibi colligitur, quandoque præcipitari in cauitates cerebri, non tamen negari potest ita etiam eam colligi, vt non penetret in ipsos ventriculos, fieri enim potest, vt membranæ illæ sua densitate cohibeant aquam, ne in cerebrū penetret: Cæterum illud verum est, aquā, quæ colligitur intra craneum, omnium maxime periculosam esse, ideo *Aetius*, *Auicennas* & alii dicebant, in hoc malo non esse curationis ingenium. Ad postremū respondendum est, aquam illam colligi potius in vtero, quā extra vterum, & potius in capite fœtus, quam in aliis partibus, ob quatuor causas. I. Ob situm capitis intra vterum; scribit enim *Hippocrates lib. de genitura, & lib. de natura pueri*, fœtum habere caput inclinatum ad os vteri, quo fit, vt cum aqua sua natura semper deorsum vergat, à toto fœtus corpore, in caput ipsum fluat, tanquam in partem infernam. II. Cum larga & copiosa sit in infantibus cerebri humiditas, mirum non est, aquam ibi colligi ac tumorem hac etiam ratione fieri posse;

posse; Infantum autem capita esse humidissima, patet ex eo, quod statim ac in lucem editi sunt, *teste Aristotele 4 de part. animal. 10. & 7. de historia animal.* caput nequaquam continere possunt. III. Multitudo & copia vaporum, huius mali causa est in infantibus. Vt enim videmus ex calore & humiditate superflua vapores in aerem eleuari copiosissimos, & ibi in aquam conuerti: Sic in corporibus infantum calidissimis & humidissimis copia humorum ad caput sublata in aquam vertitur. IV. Amplitudo vasorum capitis & consequenter vis attractoria potentissima causam huic malo præbet. Scribit enim *Hippocra. 4. de Morbis, & in Epistola ad Demetrium Regem*, caput à natura superpositũ esse ventri, tanquam cucurbitulam quandam, & propterea attrahere humores aquosos & pituitosos à ventriculo, & reliquis inferioribus partibus. Colligitur autem hæc aqua in capite, vt etiam supra dictum est, duplici modo, aut per vapores siue flatus, aut per exitum è venis, quem Hippocrates sæpe dicere consueuit venarum vomitum. Cum enim venæ vel propter repletionem, vel propter compressionem, vel ob aliam rationem aperiuntur, exit quandoque ille humor, qui magis lubricus est, qualis est humor aqueus: Hinc & intra & extra vterum contingit, vt propter errorem nutricis aut obstetricis caput comprimatur, vel in vtero casu aliquo comprimente venæ coarctentur, ita vt humores illos aquosos ex seipsis effun-

dant; quare vehementer errauit *Guilielmus Placentinus*, chirurgus, qui hunc morbum ex sanguine menstruo fieri existimauit. Dicimus autem fieri posse, vt interdum morbus iste incipiat in vtero, & tamen post ortum, per aliquot dies vix appareat, id quod etiam contingit in variolis, quamquam etiam fieri possit, vt sine errore obstetricum & nutricum sua sponte hic affectus in infantibus producatur, eo pacto, quo morbum epilepticum in vtero concipi docet *Hippocrates*, scribens, quod dum natura perficit membra intra vterum, expurgat & euacuat, quod necesse est, ita vt nihil noxium relinquatur, vnde capita augescentia sana sunt; si autem aliquid in hac perfectione relinquitur, fit, vt post exitum ab vtero, ex illis reliquiis & epilepsia & alii morbi oriantur. Est igitur Hydrocephalus, tumor aquosus, qui fit, tum extra tum intra craneum, & quidem intra craneum, tum quia copia aquæ os capitis tenerum flectit, & tumorem licet non insignem inducit; tum quia futuras capitis disiungit, quibus disiunctis aqua effusa intra craneum tumorem parit: Eadem ratione fit flatuosus tumor, qui à Græcis ἐμφύσημα dicitur, cuius materia pene eadem est, quæ & speciei illius Hydropis, quæ Tympanites dicitur. De loco, vbi flatus ille colligitur, ait Ægineta, ibi eum colligi, vbi aqua colligitur, scilicet inter membranas cerebri, & intra craneum, vbi facit os flectere, vel ipsas futuras dissipat; aut colligitur inter os cranei &

nei & membranas, aut inter membranas & cutem, aut inter cutem & musculos temporales. Modus autem generationis est, quia cum à debili calore cerebri copia humoris superari non possit, magna eius pars in flatum conuertitur, qui ea in parte detentus tumorem inducit. Vt vero flatus in capite detineatur, duo efficiunt, flatus ipsius crassities, & cutis in capite densitas, propter quam flatus etiam crassi erumpere minime possunt. Illud autem hic aduertendum, tumorem flatuosum in fœtu tam extra quam intra vterum multo rarius contingere, quã Hydrocephalon quia plerumque humores aquosi, qui in infantibus exuberant, tenues admodum sunt, ita vt flatus ex ipsis procreati facile dissoluantur, deinde cutis in infantibus rarior est, vt vapores facile exspirent & dissipentur. Materia igitur huius tumoris, vt dictum est, vel est humor aquosus, vel flatus. Causæ antecedentes; 1. Est facultas & calor debilis in cerebro infantum. 2. Rarefactio vasorum, propter quã aquæ materia ex iis refusa, dum colligitur, tumorem facit. 3. Materni sanguinis aquositas, nam cum fœtus in vtero optimo sanguine nutriatur, fit vt cõsumpta crassa & meliore huius sanguinis parte remaneat tantum aquosa, vnde tumor ille oritur. 4. Inter causas externas numerantur etiam cibi, quibus prægnans alitur: Si enim vtatur nimio potu aquæ, aut fructibus, aut aliis cibis aquosis aut flatulentis, occasionem facile præbet

generationi huius mali, & hoc est, quod dicebat *Aristoteles 7. de hist. animal. 4.* sæpe fœtus extra vterum gestare esculenta matrum; ad has externas causas accedunt nimiæ prægnantium concussiones, præsertim circa os vteri, vt importunus Veneris vsus, eo præsertim tempore, quo fœtus in lucem proditurus est, quemadmodum etiam multum potest ad huius mali generationem, obstetricis aut nutricis imprudentia: Nam vbi infans ab vtero progressus est, caput illius ab obstetrice formatur manibus, vnde facile fieri potest, vt compressione illa imprudente humiditates in vasa effundantur; adhæc nutrices sæpe tenella infantum capita tractant inhumanius, & sic malo huic occasionem præbent. Inter has externas causas recenset *Aetius* plagas, percussiones, contusiones & alia. Quantum ad signa, si flatus tumorem fecerit, cognoscemus, vbi leuiter pulsatur caput, instar tympani cuiusdam resonat; deinde si digito prematur humor, aut nō cedit, aut si cedit, illico ad pristinum redit statum. Si vero tumor fiat ab humore, & ille sit extra craneum, cognoscemus ex luciditate tumoris, videtur enim caput veluti splendescere; & si percutiatur, nullum sonum edit, si digito prematur, facile quidem cedit, sed difficulter deinde & tarde ad pristinum statum reuertitur: Sine dolore est, sine caloris mutatione, fletus tamen & vagitus inducit. Si sit intra craneum, inquit *Auicennas*, ægrum quidem grauitatem capi-

tis per-

tis percipere, vnde infantes plorent & vagiant: In adultioribus fiunt vertigines, oculi lacrymãtur, & fere claudi non possunt, sed aperti manent, & semper in vnum quasi defixi sunt: Ratio autem, cur apertos tenent oculos, est, quia dura mater valde comprimitur à copia humiditatis, quæ compressa cum tendatur, tensas quoq; palpebras facit, vt claudi non possint: Deinde quia propter largam humiditatem palpebræ vsq; adeo replentur, vt minime claudi queant. Si Ichores aliorum humorum, vt dixit *Auicennas* malum hoc faciant, ex colore potissimum cognoscitur: Quia si fiat ab Ichore bilioso, color erit subflauus; si à sanguine, rubeus, si à melancholia, liuidus. Quod ad prognosticon: Si ex aqua intra craneũ factus est tumor, malum est lethale, nec est ingenium curationis, vt *Auicennas* loquitur. Si sit extra craneum, minus quidem lethale est malum, verum neque id vacat periculo, quia omne capitis malum graue est, præsertim in puerili ætate, quæ neque malum neque remedium illius sustinere potest. Scopus autem curationis est, vt flatus omnis dissipetur, & aquosus humor euacuetur. Euacuari autem potest sensibiliter, vel medicamentis hydragogis, vel operatione chirurgica. Sed instituenda prius est recta victus ratio, quæ si infans fuerit lactẽs, tota ad nutricem dirigi debet; si adultior, ad puerũ ipsum conuertenda est. Aer igitur sit calidus & siccus, in quo & nutrix & infans morentur. Si talis aer

haberi non potest, arte præparandus est, vt igne & suffumigiis, ex lignis odoratis & calidis. In infante lactente nutrix potius vigilet quam dormiat, & pueris ablactatis permittendus quidem est somnus, sed multo minor, quã si sani essent: Vigiliæ enim ad exsiccandum maxime conferunt: Corpus moderate lauandum est, & capita infantũ talium minime sunt pectinanda, aluus lubrica tenenda, & si non fluat, vel glande vel sapone sollicitanda est, à vino prorsus abstinendum & nutrici & pueris: Pro potu paretur decoctum ex aqua cum *coriandro & anisis*, cibi sint discutientes flatus, & humores dissipantes, confert igitur *panis ex modico furfure & coriandro* cõfectus; carnes *auicularum montanarum assæ potius quam elixæ*: Aromatum vsus moderatus vtilis est, sicut vsus salis modicus, vtilissimus: Inter fructus, *amygdalæ, pistacia, auellanæ*, conferunt: *Coriandrum saccharo* conditum prodest, abstinendum ab omnibus herbis & fructibus aquosis: Si lactens sit infans, & nutrix puro sit corpore, nequaquam medicamentis onerãda est, ne lac turbetur. Si corpore impuro, hiera magna purganda est. Infanti vero nulla alia remedia conueniunt, nisi auxilia externa, quibus tamen in hac ætate prudenter vtendum est. Si igitur tumor flatuosus fuerit, flatus discutiendi sunt, fomentis & inunctionibus: vt ℞ *Fol. origani, pulegii, satureiæ, ana* m.j *cymini anisi, ana* ℥j. f. Decoctio s.a. & spongia imbuta capiti apponatur. Post fomentum

mentum caput vngatur *oleo chamomelino*, si non contulerit, addatur *oleum anethinum*, cui inspergatur modicum *pulueris anisorum, aut fœniculi, aut vini*, ad penetrationem. Si nutrici hæc confectio exhibeatur, proderit: ℞ *Conser. betonicæ, anthus, ana* ℥ j. *pulu. coriandri, anisi, ana* ℥ j. Misce capiat mane & vesperi ℥ ß. Hæc confectio lacti nutricis facultatem flatus discussoriam largitur. In tumore ab humore aquoso, & puero adulto, qui medicamẽta sustinere potest, leniatur aluus *melle rosato solutiuo*, inde præparentur humores hoc decocto: ℞ *Fol. artemisiæ, satureiæ, stechados, chelidoniæ, ana* m. ß. Decoq. s.a. decocti ℞ ℥ ij. ß. *vel* ℥ ij. *mellis ros. s. syrupi de stechade, ana* ℥ ß. Misce. Postea purgentur pillulis. ℞ *Pill. aurearum,* ℥ j. *castorei gr.* ij. *pul. rad. ireos,* ℈ j. Misce & cum *melle ros. sol.* f. pillulæ, vel si ab his abhorreat: ℞ *Rad. ireos* (hæc enim aquam euacuat) ℥ j. *passul.* ℥ ß. *sem. fœniculi, coriandri, cinamomi, ana* ℥ ß. f. Decoctio s.a. decocti huius ℞ ℥ ij. ß. *agar. trochisc.* ℥ ß. Infundantur s.a. deinde facta diligenti expressione adde *mellis ros. sol.* ℥ j. ß. Misce post purgatum corpus conferet supra nutrici præscripta cõfectio: Denique ad externa medicamenta deueniendum est: In horũ vsu præcipiunt Medici, diligenter aduertendum esse, nunquid aqua in capite pauca sit, an multa, & nunquid sit intra vel extra craneum, & si extra, vtrum illic collecta fuerit, an potius à partibus internis ad externas vehementer propulsa sit. Si enim ab internis ad

externa propellatur, curatio non est aggredienda, cum res sit desperata. Hic autem sciendum est, aquam ab internis ad externas partes effusam, vel copiosam esse, vel paucam: Si sit copiosa, ita vt premente digito refluat ad partes internas, actum est de salute ægri; si sit pauca, ita vt non refluat, dum premitur, tunc curari potest, & ideo *Rases & Aetius* huius mali curationem instituisse videntur. Si autem materia pauca sit, & collecta in partibus externis, conandum est, vt ea dissipetur, quod fiet fomentis & inunctionibus; si dabitur copia aquæ sulphureæ aut marinæ præstabit inprimis hoc auxilio vti, & hoc liquore spongias leues imbuere, & capiti superimponere. Ad hunc etiam vsum conferet hoc lixiuium:

℞ *Cineris è ligno ficulneo,* ℔. ij. *aquæ marinæ vel communis,* ℔. 20. f. lixiuium s. a. quo percolato adde in petia, *Coriandrorum, anisorum, ana* m.ß. *furfurum,* p.j. *fol. pulegii, origani, artemisiæ, ana m.j.* ß.

Bulliant omnia ad consumptionem partis quartæ. Colatura seruetur vsui.

Iuuat etiam parare lixiuium cum sulphure; & sulphur per se tritum, & cum lana sicca capiti impositum, ad exsiccandum prodest magnopere. Valentiora remedia fugienda sunt, præsertim in pueris iunioribus. Fiunt etiam ex herbis prædictis & contritis emplastra, quæ ad formam cataplasmatis redacta capiti supponuntur. Emplastrum

strum etiam ex limaciis tritis maxime prodest. Conterantur quoque ostreacia, & cum aqua salita fiat emplastrum, quod aquam capitis ac ventris dissipare solet. Sic potest inungi caput hoc oleo:

℞ *Ol. irini chamomel. ana* ℥ ij. *pul. ireos, sulphuris, ana* ℥ ij. *ceræ parum*, f. linimentum.

Laudatur etiam *oleum chamomelinum cũ modico iridis, infusum auribus.* Potest etiam infundi *oleum illud cum modico sulphuris & sagapeni, admixto modico castorei.* Laudat Rases cerebrum lupi exsiccatum, & cũ musca intra nares insperſum; Nam quæ naribus & auribus infunduntur remedia, facile virtutem suam communicant cerebro, & optime iuuant. Si autem aqua copiosa extra craneum collecta sit, vanus sæpenumero vsus est huiusmodi remediorum internorum & externorum, quia sicut interna remedia, si sint valentia & fortia, huic ætati non conueniunt; sic vel mediocria vel exigua nihil proficiunt. Idem quoque de externis est iudicium. Quare nulla spes supereſt alia, nisi in sensibili humoris aquosi euacuatione, quæ quidem sectione Chirurgica perficitur, in qua illud obseruandum, quod *Aetius & Paulus* monent, vt, si tumor magnam habeat apicem, vna sectione apex secetur: Si maior sit, non vna sectione, sed duabus atq; etiam tribus caput pertundendum esse. Deinde hoc etiam seruandum, vt semper fiat sectio in parte decliuiore. Sic enim facilius & promptius fit e-

uacuatio, vbi aqua decliues locos habet, per quos labatur. Facta sectione, & aqua paulatim educta (sensim enim & paulatim id fieri debet, quia sedes est spirituum animalium) applicanda sunt, quæ vulneribus imponi solent, lintea, oleo & vino madefacta. Quod ad modum applicandi localia, illud seruandum, vt si pueri sint robustiores, arcte emplastra illa deligẽtur; si vero sint teneriores ac debiliores, satis est leuiter locũ pertusum tegere molli lana, aut pileo mollissimo & leuissimo; Interdum contingit, vt educta aqua & vulnere curato, caro tamen supercrescere non possit, id cum fiat aliquo ossis vitio, ideo blandissime os ipsum radendum est, vt parte vitiosa sublata, caro facilius possit supercrescere. Si autem aqua collecta fuerit intra cutem & musculos temporales, aut inter musculos & cutem, nihil prosunt hæc Chirurgica auxilia; Pertunderę enim musculos temporales, lethale est. In hoc casu monet Aetius, tantisper exspectandum esse, donec aqua subtus musculos existens, ad latera restagnet, quo tempore in ipsis lateribus musculorum, iubet sectiones faciendas esse, intactis ipsis musculis, deinde manubio cultelli segregandas esse partes illas ab osse vel à cute, & sic paulatim euacuandam esse aquam. In reliquis, curandum esse vulnus, vt dictum est. Et hæc est curatio Hydrocephali *secundum Græcos & Arabes. Celsus autem lib.* 4. *cap.* 2. aliam curationem instituisse videtur, vbi scribit, primo tundendum esse ca-

se caput, deinde apponendum aliquod causticum, illudque retinendum, quousque locus vlceretur, quod si hoc vlcus parum prosit, tunc scalpello vtendum esse. Quem sectati plerique Chirurgi, in eam sententiam descenderunt, multo satius esse curare hydrocephalum medicamentis causticis, atque non vnum, sed plura vlcera capiti inurenda, priusquam ad sectionem deueniatur, eo quod si sectio periculosa est in hydrope ventris, multo periculosiorem esse in hydrope cerebri, & *Guilielmus ille Placentinus* magni olim nominis Chirurgus testatur, se vidisse neminem sectione illa curatum. Huic accedit, quod *Hippocrates* 2. *de Morbis*, antequam ad sectionem hydropis cerebri deueniat, prius tentare se dicit omnia alia auxilia, quasi monere velit tacite, non nisi in desperatis casibus & post cætera tentata auxilia ad sectionem veniendum esse. Negari igitur non potest, hanc medicationem periculosam esse, & propter ætatē, & propter ipsius affectus magnitudinem. In hoc autem dubio id statuendum est, aquam illam esse paulatim euacuandam, neq; sectionem faciendam in iis, qui nuperrime nati sunt, sed in grandiusculis, in quibus non vsque adeo periculum imminet magnum. Si sit factus tumor ab Ichoribus aliorum humorum, monet *Auicennas*, vt nutrix alatur *ptisana & aqua hordei*, vt capiti supponatur *oleum violaceum*, & vt omnino caueat à balneo, eo quod balneum aquæ calentis caput nimium

nimium calefacit; Quod si metuamus alui fluxum in hoc malo, cõueniet cibus factus ex hordeo, spodio, semine portulacæ aut plantaginis torrefactis, hæc enim dantur deglutienda ad constringendam aluum.

Andreas Cæsalpinus Medicus Romanus in artis Medicæ speculo totã doctrinam de Hydrocephalo verbis complexus est breuissimis, quæ hic adscribam: Hydrocephalon id est, aqua in capite, est inter morbos facultatis naturalis, quia vitiatur coctio in cerebro mutato sanguine in aquam, vt Hydrops; præcipue infantibus contingit. *Paulus, Aetius, Hippocrates*: Aut inter cranium, aut extra, inter cutem vel pericraneum. *Hipp. 2. de morb.* liquari à caliditate pituitam, quæ aut descendit, aut egreditur plerumque copia vrinæ, aut colligitur in capite, vnde intumescit vehemẽter, futuras disiungens, si intra cranium. Si non succedat curatio per purgantia, secat aut cutem solam, aut pericranium, os non tangit. *Paulus* secat, vt in fracturis. Raro visitur hic morbus apud nos: Sæpius aqua egreditur per fluxum lacrymalem, aut descendit in destillationibus.

De Hydrocephalo, historia.

COncludam hunc manipulum historiola de Hydrocephalo, quem aliquando Mercator curandũ mihi obtulit in filio suo recens genito. Is in lucem prodierat cum capite magno, quod statim in immensum tumorem attolleba-

tur, qui

tur, qui indies supra modum augeri mihi visus est, vt tandem à Nutrice idem caput pueri præ nimia mole fasciis inuolueretur, vt gestari ab ea posset. Nunquam autem, dum Medicinam feci, exemplum simile videre mihi cõtigit, nisi quod Venetiis in festo ascensionis Domini, in area diui Marci, Agyrta quidam talem capitonem puerum sella circumuehebat, pro spectaculo, cui caput ingens erat, vultu tamen venerando, cum barba cana, qualis passim picta diui Hieronymi facies cernitur, quanquam hoc spectaculum tũc inter præstigias referebam. Vocatus autem ad hunc, quem dico, Mercatoris filium, eumq; aliquanto curiosius contemplatus, statim animaduerti, humorem aquosum intra cranium collectum, capitis augere magnitudinẽ. Oculi enim infantis, semper stabant immobiles, vni rei infixi, & suturæ capitis vehemẽter disiungebantur, & vrina plus iusto retinebatur diutius, & caput splendescebat instar speculi, & indies in maiorem excrescebat molem. Quare Prognostici nõ oblitus, dicebam parentibus ingenue, hunc affectum curari nõ posse. Rogatus tamen, vt tentarem aliquid, memor præcepti Octauiani; ægrotos etiam in re desperata non negligendos, sed quos curare non possumus, saltem consolandos esse; Aqua hac theriacali, quæ mihi visa est ad penetrationem efficacior, suturam coronalẽ singulis diebus aliquoties fomentare molli iussi spongia.

℥ *Endiuiæ, acetosæ, boraginis, buglossæ, scabiosæ, pimpinellæ, pentaphylli, betonicæ, ana rec.* m j. *gentianæ, doronici Rom. zedoariæ, ana* ʒ ß. *aristolochiæ rotundæ, sem. acetosæ, card. bened. plantaginis, ana* ʒ vj. *theriacæ opt. mythridatii el. ana* ʒ ij.

Aridæ radices triduo prius macerentur, in *vini Rhenani* ℔. v. deinde addantur *herbæ incisæ & contusæ*, iterumque cum *theriaca & mythridatio* stent in infusione feruenti, postea omnia simul ponantur in alembicum, ac destillentur in M. balneo, &c.

Eandem aquam auribus instillaui, & naribus infudi. Idem tentaui decocto *radicis ireos*, quæ aquam purgat. Qua nihil proficiente, cum in sectione proponenda paulo meticulosior essem, quam nec parentes admissuros fuisse pro certo sciebam, postquam illis morbum incurabilem esse iam ante prædixissem, puer tam miserabiliter à natura conformatus aut potius deformatus, fato concessit.

Francisci Hildesheim D. Appendix de Morbis Dæmoniacis.

ETsi *Hippocrates & Auicennas* negant Morbos per Dæmonas miseris mortalibus inferri posse, cum illorum traditione morbi omnes ex causis naturalibus & corruptis humoribus generentur: Tamen sacra nos docet pagina, testis omni exceptione maior, cui fides indubitata habenda est, Diabolum ex permissione diuina

posse

posse hominibus varios inferre morbos: Sic in Melancolicis humorem atrabilarium mouet, & fuligines in cerebri ventriculos defert. Sic succo crassiore obturatis cerebri meatibus, vel obstructis neruorum radicibus, epilepsiam, paralysin & conuulsionem excitat; Sic sensus internos & externos vel lædit vel impedit, spiritus animales aut subtrahens, aut vias eorum intercipiens,

Mille opifex fraudum, scelerumq; Magister & autor.

sic Hiobum vlcere maligno percussit à planta pedis vsq; ad verticem capitis: Et Saulem idem Dæmon atra bile discruciabat: Et in historia Euangelica malignus spiritus aurium & linguæ vsum eripuit lunatico, quem semper sub plenilunio, comitiali morbo diuexabat, quod tunc cerebrum humoribus cõfertum, aptius erat exagitari: Alterum affectione illa Maniaca torsit, quam Lycanthropiam indigitant Medici, ideo domi contineri non poterat, sed in loca deserta se proripiebat, ac circa sepulcra oberrabat. Epilepticorum autem dispositione in primis Satan ille gaudet, ideoque non raro illis se insinuat, & per illos, quo tempore cadebant, aliquando responsa dare solebat. Sic per se maleficia, Dæmone autore, morbi multi inusitati certis hominibus immittuntur: Eodem modo idem Diabolus commoditate morborum, vt apoplexiæ, cari, catalepseos, lypothymiæ, vtitur in iis, quos fingit mortuos, qui reuera mortui nõ sunt. Tali morbo laborans Ioannes Duns Scotus, viuus pro mor-

pro mortuo elatus interiit. Addam Coronidis loco Epistolam, quam superioribus annis, dum Marchia nostra passim abundaret Dæmoniacis, ad quendam magni nominis virum scripsi.

Viro Magnifico N. N. Franciscus Hildesheim Medicus, &c. S. D.

LEgi literas tuas ad amicum nostrum communem N. scriptas, de Dæmoniacis nostris, quorum motus propemodum supra naturam, passim inter miracula censeri audio. Placuit mihi ἐποχή tua, qua prudentes in casibus rarioribus ἐνστῆναι solent. Ego vero, vir Magnifice, rumusculis illis aliquando ita capior, vt in cogitationes varias & impense curiosas nō raro incidam, vnde ligamenta quædam mentis mihi aduersantur. Consului Philosophum in iis, quæ scripsit μετὰ τὰ φύσικα: Nihil inuenio in quo quiesceret animus meus. Contuli me ad diuina, at hic Diabolica creduntur omnia, nisi quod quidam morbum dicunt diuinū, qua ratione, ipsi viderint. Descendi tandem in meipsum, & non reperi nihil, quod curiositati meæ satisfaceret. Vindicam? Morbum opinor magicum, à malis illatum. Vt enim in istis miseris, vultus mutatio, & oculorum motatio, & capitis gyri, epilepticum quid arguunt; sic totus corporis habitus in his vere est melancolicus, & qualis insanientium esse solet. Ne quid dicam de ventre intumescente in fœminis, & mirabiliter inflato, qualem in virgine tripodi Delphico insidente describit Parthenias. Retulit mihi Samuel Reinhardus, *Illustriss. puerorum Isocrates, se Dæmoniacæ nuper illusisse abitu*

suo.

suo. Nam cum ante fores præstolaretur, curauit quæri Dæmoniacam, num abiisset, illa eum abiisse affirmauit, qui adhuc præ foribus aderat. O puerile Dæmonium, cui tamen nomen à scientia. Nugæ. Nosti, Patauii Antenoris, coli S. Antonium, in cuius die festo, Dæmoniaci magno numero vndiquaque aduehuntur, vt nomine & virtute illius sancti à Dæmonibus liberentur. Vere tibi affirmo, me in hominibus illis tale quid obseruasse, quod in istis. Nec defuere inter sacrificulos, qui mihi tum in aurem dicerent non esse quidem eos omnes dæmoniacos, sed ita artificio quodam parari Magico, & vnguento carpis illito curari à Monachis, qui postea stultæ plebeculæ persuaderent, tales curari à S. Antonio. Ac tale quid scripsisse Matthiolum *in præfatione sua in* Dioscoridem, *de circulatoribus quibusdam in Boemia, qui eiusmodi lusus sæpenumero dæmonis arte machinantur. Taceo Monachorum veterum technas, qui ipsi sibi & aliis miro artificio spectra finxerunt, vt iam Diogenem nihil admirer, quem spectris illudentem apud* Lucianum *epicurus exagitat. In arte nostra Medica, præcepta extant non pauca de curandis talibus, & scripsit hac de re luculenter Beniuenius Italus, & nostra memoria* Ioannes Langius ac Martinus Rulandus. *Sint qui rideant ista, mihi res sic esse videtur, quousque meliora afferantur. Vnde vero in istis tam subito nata linguarum pene omnium scientia? Dicebat diuinus* Plato, *mentem ante literas linguarum & rerum cognitione imbutam esse, quæ post doctrina in nobis excolantur. Et* Cornelius Agrippa *testis est, artem extare, qua hominem*

omnium rerum imperitum subito tam doctum reddat, vt de omni scibili recte iudicet ac loquatur, eundem mox ex arbitrio artificis, artibus iis spoliari & exui posse. Video hic opus nobis esse Ioanne Duns, *quem limam veritatis dixere quidam, aut* Ioanne Suisset *Calculatore, aut etiam Doctore isto Angelico siue Seraphico,* Thoma Aquinate. *At tu iuua me, vir Magnifice, & vel animum mihi adde, vt de his cogitem amplius, vel ipse erue hic aliquid, quod diuino ingenio tuo dignum sit. Vale vir præstantißime,*

& me quouis in loco ac numero habe,

modo inter tuos.

INDEX

INDEX MORBORVM, CVRATIONVM, CONSILIORVM, ALIARVMQVE RERVM AC VOCVM notabilium in hoc libro contentorum, locupletissimus.

A.

Venæ sectione quibus cibis vtẽdum. 47
Acetum quare in vltimo subtilitatis & incisionis gradu. 529
Acetũ neruis inimicum. 568
Aceti vis. 530
Acidarum aquarum causa, 526
Acidarum aquarum descriptio. 529
Acidarum aquarũ differentiæ, vnde. 224
Acidarum aquarum genera & signa. 258
Acidarum aquarum operationes. 530
Acidarum aquarum temperamentum, quale. 529
Aciditas fontium vniformis, 527
Aciduleæ Rotenburgenses, quales. 531
Acidularum vsus, qualis. 526
Actio animæ quomodo diuidatur. 3
Actio manuum, quomodo deprauetur. 641
Actio crurum, quomodo deprauetur. 641
Actio naturæ fit sine cognitione. 2
Actio omnis, alicuius facultatis est actio. 110
Actio omnis procedit à facultate. 2
Actiones humani corporis in quotuplici differentia. 380
Ad memoriam efficiendam quot concurrant. 315

Ægri post purgationem ante omnia corroborandi 49
Ægri quæ debeant vitare 46
Ægri si dormire non possint, quibus vtendum 15. & 16
Ætas quinquagenaria quibus morbis sit opportuna 253
Ætas senilis & puerilis non patiuntur sanguinis euacuationem 11
Ætate deficiẽte sensim in corpore melancholia generatur 132
Aer aliquando canis rabidi halitu inficitur 193
Aer calidior, frigidior, vel siccior causat dolorem capitis 8
Aer frigidus catarrhosis semper vitandus 704
Aer siccus quomodo alterandus 169
Ægineta peculiaris cuiusdam doloris capitis meminit 107
Aetius in mania diuersimode venam secat 123
Alexander Bened. senem, qui ex trabis percussione obmutuerat quomodo curarit 90
Alexander Magnus integros montes aceto fregit 530
Alexander Trallianus magnopere commendat in lethargi curatione castoreum 370
Alexipharmacum in hydrophobia authoris efficax 220
eius inuentor quis? ibid.
Alexiterium præclarũ in quocunque veneno 214
Alimentorum, & pharmacorum differentia 277
Alkermes confectio omnia viscera vitalia mire corroborat 281
Aloe somnum inducit 377
Aloe inter omnia solutiua stomacho maxime confert 277
Alteratio non fit in momento 279
Amatus Lusitanus puerũ 12. annorum à cane rabioso demorsum, quomodo curarit 211
Amantium pruritus quomodo reprimendus 148

Amor affectus cerebri 148
Amorem quare inter dæmonas reposuerit Plato 148
Amoris curatio in quibus sita 148
Amoris curatio theologica 149
Amoris remedium ethicum 149
Amoris remedium optimum fuga 148
Amoris remedia, quæ? 14
Amoris vis 148
Amuletum contra epilepsiam 569
Andreæ Baccii opinio de aquarum acidarum causis 528
Andreæ Cæsalpini Medici Romani de hydrocephalo doctrina 780
Angustia circa præcordia, vnde? 271
Anhelitus an in apoplexia auferatur 501
Anima infantis nihil differt ab anima brutorum 143
Animalia apud fabros educata quare exiguos habeant lienes 310
Animi defectio & respirandi difficultas vnde causetur 251
Anna virgo quædam in maximo dolore capitis ab authore curata 36
ἄνοια *quando fiat* 143
Antiqui, quare in compotionibus habuerint capita coronis floridis redimita 81
Annus clymacteric⁹ quis 469
Annus clymactericus, quare Græcis ἀνδεχλας *dicatur* 469
Annus clymactericus senibus periculosus 469
Antimonium ad rebellẽ materiam ex corpore educendam, vtile 137
eius præparatio ibid.
Antonius Beniuenius tumorem splenis fere incurabilem quomodo curarit 310
Apoplexia, quid? 501
Apoplexia quid auferat 503
Apoplexia vnde oriatur 510
Apoplexia an sit morbus hæreditarius 509. & seq.
Apoplexia omnis vnde oriatur 544

in Apoplexia quid lædatur 501
in Apoplexia indicationes curatoriæ vnde desumantur 502
Apoplexiæ varia nomina 500
Apoplexiæ causæ internæ, quæ? 510
Apoplexiæ signa 502
Apoplexiæ cura 502. & seq.
Apoplexiæ futuræ varia signa 502
Apoplexiam futuram quid præcedat 501
Apoplexiam fortem soluere impossibile 503
Apoplectici sensu & motu priuantur 555
Apoplectici non subito sepeliendi 501
Apostema siue syrupus capitalis D. S. W. 96
Aqua quare à Græcis ἄποιον dicatur 527
Aqua frigida quomodo dolorem capitis pariat 8
Aqua apoplectica 533
Aqua vitæ apoplectica D. Sebastiani Scheibii 551
Aqua epileptica authoris 605
Aqua intra craneum quomodo generetur 767
Aqua intra craneum collecta maxime periculosa 768
Aqua sudorifica Herculis Saxoniæ cõtra venenum excellens 188
Aqua somnifera fronti ac tẽporibus applicanda 412
Aquæ thermales, quando efficaciores 645
Arabes in curanda fatuitate quid commendent 148
Arabes melancholiam hypochondriacam Myrachiam dicunt 264
Aristoteles, quare à Galeno reprehendatur 108
Aristotelis experimentum ad memoriam 345
Aristotelis remedium contra ebrietatem 81
Aristotelis sententia de aquis acidis 527
Aromata patienti quare non conferant 269
Aromata prosunt capiti refrigerato 397
Auenzoar quid laudet in curan-

randa fatuitate 147
Aurum & argentum metalla nobilißima 14
Author in dolore capitis, mirabile genus animantis in magna copia à quodam expulit 43
Author in virtute indicationis totam curam ponit 9
Auicennas in curatione maniæ qualem puluerem pro diuretico exhibeat 126
Auicennas quibus vtatur in faciendis cauteriis 14
Auicennàs quid dicat eſſe phrenitidem 115
Auicennæ diuretica in curandis maniacis 125
Auicennæ error circa ſyriaſin puerorum detegitur 108
Auicennæ diaſulphur in curatione melancholiæ 141
Auicennæ opinio circa ſubiectum in dolore capitis 4
Auicennæ opinio in generatione fatuitatis 144
Aura venenoſa alio veneno tollitur 558
Auxilia chærurgica varia in læſa memoria 339
Auxilia diætetica in læſa memoria 340
Auxilia in dolore capitis vnde ſumantur 10
Auxilia impetum naturæ ad inferiores partes agentia, quæ? 163
Auxilia topica in læſa memoria 335. & ſeq.

B.

BAaras radix à Ioſepho magnopere celebrata 187
Baldus Iuriſconſultus à catella demorſus quomodo interierit 202
Balneum aquæ dulcis quomodo in hypochondriaca conferat 280
Balneũ in cura catarrhi, an & quãdo conueniat 704
Balneum in curatione maniæ quale conducat 125
Balneum ad demulcendum ſuccum melancholicum 186
Balneum pro tremore efficax 404
Balneo in hypochõdriaca ſin-

gulis septimanis bis vel ter vtendum 280
Balneum illud in camera instituendum ibid
Balneo, in melancholia, quãdo vtendum 140
Balneorum loco in melancholia, quibus vtendum 229
Barbarus quidam quomodo hydrophobos curarit 212
Beneficia homines in profundum memoria collocãt 343
Bezaor lapidis virtus 281
Bilis atra calidißima & siccißima 112
Bilis atra vbi gignatur 165
Bilis atra vnde in corpore cõgeratur 166
Bilis atra quare maxime agat in phrenitide 113
Bilis per febrem aucta, quare alui profluuium möueat 108
Bilis vbi gignatur 556
Bolus solutiuus in memoria læsa 332
Boraginis virtus 228
Brachiorum & partium inferiorum dolor vnde 23
Byrethrũ capitale efficax 102

C.

Calculus vnde generetur 481
Calculi curatio 749
Caput hominis quare factum excarneum 146
Caput in memoriæ læsione quomodo roborandum 323
Caput paruum, quot modis dici possit 145
Caput in hypochõdriaca quomodo purgandum 220
Caput expurgantia medicamenta 332
Caput & ventriculus grauatus, quomodo sanandus 82
Capitis grauitas ex frigore & humiditate, quomodo curetur 95 & seq.
Capitis partes internæ omnes, excepta vnica cerebri substantia, dolore & voluptate possunt affici 4
Capilli sunt partes externæ capitis 4
Capouaccius optime scripsit de canino veneno 193
Capouaccii quatuor problemata circa homines à cane rabido demorsos 198

Capo-

Capouaccii remediũ in mania 115
Calor in ætate deficiente imbecillis 132
Calor etiã moderatus in epate, quare aduſtos humores generet 114
Caliditas quomodo ſoluat cõtinuum 6
Canis eſt animal ſua natura calidum & ſiccum 195
Canis rabidus morſu venenũ eiaculatur 513
Canis rabidi ſaliua quomodo abſtergenda ne lædat 197
Canis rabidi ſaliua corpori aſperſa venenum diſſeminat 196
Canis rabidi iecur aſſum optimum remedium 208
Canes rabioſi, quomodo ſtatim à rabie liberandi 108
Catelli ab aromatibus quare arcendi 202
Cardanus cyclaminem vino infuſam ebrietatem parere ſcribit 80
Carus, quale vitium, 390
Carus fit ex ebrietate 392
Carus quotuplex? 390
Cari ſubiectum quod? 390
Cari ſigna & differentiæ vnde eruantur 392
Carolus Dux Burgũdiæ emit à quodam Doctore Anglo experimentum ad memoriam, vt omnia audita, viſa, lecta meminiſſe potuerit, pro decem millibus florenorum 347
Caro leporina, iuxta medicos, qualis 340
Carnes facilis concoctionis quæ? 180
Caſtrati facile fiunt amentes 146
Catarrhus, quid? 697
Catarrhus vnde fiat 697
Catarrhus, vnde, & quo defluat 697
Catarrhi eſſentia vnde colligatur 701
Catarrhi cura 70. & ſeq.
Catarrhi materia 699
Cauſa concoctionis vitiatæ in cerebro 700
Cauſa falſæ imaginationis phantaſmatum 441
Cauſæ incubi examinantur 438. & ſeq.

Causæ externæ doloris capitis 8
Causæ internæ doloris capitis ibid.
Causæ externæ in generatione veneni in cane 195
Causæ immediatæ & internæ fatuitatis, quæ? 144
Causæ externæ in melancholia hypochondriaca, quæ? 235
Causæ internæ melancholiæ hypochondriacæ, quæ? 232
Causæ materiæ pituitosæ, quæ? 706
Cataphora quotuplex
Cataphora vnde fiat 384
Cataphora à quibus causis fiat 385
Cataphora in quo consistat 384
Cataphora à caro quomodo distinguatur 286
Cataphora statim petit cerebrum vt membrum principale 388
Cataphoræ curatio 386. & seq.
Catoche qualis affectus 397
Catoche vnde prodeat 397
Catoche quotuplex 397
Catoche variis nominibus à Latinis appellatur 397
Catoche in quo consistat 399
Catoches seu catalepsis curæ 422. & seq.
Catoches generatio, quotuplex? 400
Catochen quæ symptomata comitentur 408
Cauterium quale sit remedium 665
Cauteria quid? 12
Cauteria quid præstent ibid.
Cauteria quot modis fiant 13
Cauteria potentialia quæ tutissima 14
Celso omnis lethargus lethalis est 376
Cerebrũ est pars principalis 9
Cerebrum caret sensu 3
Cerebrum, substantia tenerrima & pars omniũ maxime iniuriis exposita 411
Cerebrum quare priuatum sensu 4
Cerebrum prima origo sensus & motus 574
Cerebrũ vnde frigidum reddatur 218

Cere-

Cerebrum est origo & fons sensus & motus 4
Cerebrum quotupliciter lædatur 127
Cerebrum ad actiones suas obeundas cur deficiat 110
Cerebrum in catoche quomodo afficiatur 399
Cerebrum ab imbecillitate ventriculi iecoris & renum caliditate, redditur catarrhosum 54
Cerebrum si frigefiat, sequitur amentia, fatuitas & melancholia 117
Cerebrum non est officina humorum 121
Cerebrum cuiuscunque animantis quare fugiendum 340
Cerebrum in mania quomodo afficiatur 119
Cerebrum in lethargo quomodo afficiatur 262
Cerebrum in mania iuxta Galenum quomodo afficiatur 119
Cerebrum in mania an afficiatur secundum substantiam propriam an secundum ventriculos 119
Cerebri substantia, neque doloris neque voluptatis capax 4
Cerebri substantiam quæ augeant 147
Cerebri paruitas an fatuitatem efficiat 144
Galeni opinio in hac re ibid.
Auicennæ opinio in eadem re ibid.
Aristotelis opinio ibid.
Cibus in corpore quomodo corrumpatur 269
Cibus purus & euchymus viscerum impuritate labefactatur 247
Cibus copiosus, vel facile euaporans in caput dolorem causat 8
Ciborum varietas quare ægris vitanda 275
Cibaria ἔυχυμα in curatione maniæ probantur 169
Chylus in ventriculo plus iusto detentus in pituitam conuertitur 268
Chylus quare & quando ad ventriculũ regurgitet 264

Chylo, quæ liberum transitum ad epar prohibeant ibid.
Clysſtere in ſuppreſsis menſibus quare non ſemper vtendum ibid.
Clyſter in curatione melancholiæ 177
Clyſter in ſuppreſsione vrinæ & alui conſtipatione 260
Coma quid? 409
Coma qualis ſit affectus 409
Coma vnde fiat 409
Comatis genus omne periculoſum 410
Comatis cura vnde dependeat 410
Comes quidam quomodo in catarrhum inciderit 706
Conſilium D. Bernardi Paterni in melancholia hypochondriaca 222
Conſilium D Bernardi Patauini pro eodem iuuene 162
Conſilium & cura D. Balthaſaris Brunneri, in impotentia ambulandi 648 & ſeq.
Conſilium pro quodam Magnifico laborante ex paralyſi 646
Conſilium Oddi, pro muliere paralytica 635
Conſiliũ D. Balthaſaris Brũneri, Anhaltinorum Principũ Medici, pro quodam capitaneo nobili 231
Conſilium pro nobili quodam melancholico 183
Conſilium D. Nigri in eodem caſu 457
Conſiliũ Pauli Regolini Medici Vtinenſis pro quodam melancholico 165
Conſilium D. Chriſtophori Henrici Ayreri in melancholia hypochõdriaca 273 & ſeq.
Conſilium in paraplexia 521 & ſeq.
Cõſilium in vertigine & tuſsi pro quadam fœmina 485
Conſilium in vertigine & lethargo pro ſene quodam 499
Conſilium in tumore & dolore circa fundum ventriculi in hypochõdriaca vtrinque diffuſo, atque diſtenſione flatulenta abdominis, & febri,

& febri, pro quadam fœmina 256
Cõsilium in vertigine & imbecillitate vẽtriculi & calculo renum pro vidua quadam 481. & seqt
Consilium Italicum in apoplexia Hieronymi Capouaccii 507
Cõsilium in dolore hypochondrii dextri tensiuo, cum nimio hæmorrhoidum fluxu 243
Consilium pro fœmina lienis obstructione & tumore, cum ascensu matricis laborante 303
Consilium pro quadam melancholica religiosa 177
Consiliũ in melancholia hypochondriaca cum renum calculo 253
Consilium in leui apoplexia & catarrho frequenti pro quodam pastore 523. & seq.
Consilium in flatibus hypochondriacis doloribus nephriticis & dysuria 260
Cõsilium in melancholia hypochondriaca, cum distensione ac tumore lienis tanto, vt ferme scyrrhum referret 249
Consilium Italicum pro quodam melancholico hypochondriaco 217
Cõsilium pro quodam in melancholia hypochondriaca 264
Consilium in memoria ferme amissa 326
Consilium Marci de Oddis in melancholia hypochondriaca 220
Consilium D. Hieronymi Capouaccii in curando quodam iuuene studioso 156
Consilium Alb. Potoni, pro muliere epileptica 572
Consilium in distensione hypochondriorum cum cachexia incipiente 446
Consilium Italorum medicorum pro quodam Barone Germano Maniaco 173
Consilium M. Ratzenbergers pro muliere epileptica 583
Consilium in epilepsia pro filia cuiusdam nobilis 596

Consiliũ in epilepsia pro muliere quadã grauida 598
Consilium in epilepsia pro filia Archipincernæ Electoris 599
Consilium Italicum pro quodam Magnifico Patauino in vertigine 455
Consilium pro fœmina apoplectica 548
Consilium pro quodam Magnifico laborante ex impotentia ambulandi 656
Consilium pro quodam scriba in tremore manuũ, eiusq; curatio 683 & seq.
Consilium in vertigine & scotomia pro quadam fœmina in Neomarchia 475
Consilium Marci de Oddis pro quodam prouinciali, in catarrho 710
Consilium Hieronymi Capouaccii in catarrho, pro quodam comite Germano 705
Consilium S. Bernardini in vertigine 463. & seq.
Consilium in catarrho & leni apoplexia. 746
Consilium Italicum pro quodam mercatore 638
Consilium in paralysi linguæ, pedum tumoribus, retentione vrinæ & alui astrictione 676. & seq.
Cõsilium D. Hieronymi Mercurialis in apoplexia 508
Consilium Marci de Oddis in vertigine 461
Cõsilium in melancholia hypochondriaca Cratonis pro fœmina quadam nobilis. 305
Constantini Cæsaris contra ebrietatem remedium 82
Cordis affectus, qui? 700
Cordis labefactatio in quo consistat 130
Cordis capsula vnde obturetur 274
Cordis palpitationes, vnde? 274
Corpus in catoche quomodo affectum 357
Corpus plenũ luxurians 510
Corpus impuris & putridis humoribus scatere, vnde colligatur 64
Craneum in qua parte maiores ha-

res habeat porositates 116
Crapula Ciceroni quid 80
Cur homo sit prudentissimus omnium animalium 145
Cur bruta hominibus insipientiora 45
Cur in prandio citius quam in cœna inebriemur 82
Cur apud Schytas nullus philosophus excepto vnico Anacharse extiterit 146
Cura doloris capitis 9
Cura doloris capitis ex casu vel percussione 88. *& seq.*
Cura in dolore capitis à crapula ex immodica repletione cibi & potus 79
Cura, in maximis capitis cruciatibus cum febre tertiana maligna, & flatibus hypochondriacis, & ventriculi distensione flatulenta 57. *& seq.*
Cura, in dolore capitis intensissimo cum sibilo & clanpore aurium 64. *& seq.*
Cura, in maximis capitis doloribus, cum febri pestilenti, ac difficultate respirandi 61. *& seq.*
Cura epileptici pueri nobilis 602
Curatio hydrophobiæ 202. *& seq.*
Cura læsæ memoriæ 316. *& seq.*
Cura melancholiæ 134. *& seq.*
Cura melancholiæ hypochondriacæ ordinata à D. Petro Cnemiandro 282
Cura melancholiæ miserabilis & memorabilis 186
Cura ebrietatis 80. *& seq.*
Cura D. Matthæi Flacci in passione hypochondriaca pro quadam matrona nobili 308
Cura in paralysi Caroli Stephani 664
Curatio cuiusdam laborantis paralysi in latere sinistro 672
Curatio mulieris in epilepsia 572
Curatio maniæ ex matricis præfocatione prouenientis 176
Curatio vertiginosi & splenetici 469. *& seq.*

Cura-

Curatio cuiusdam ex intensissimo capitis dolore laborantis 34
Curatio catarrhi D. Casparis Hoffmanni 726
Curatio catarrhi D. Ioannis Sleceri 730
Curatio in amore Herculeo seu furioso 148. & seq.
Curatio vertiginis à capitis repletione & auris dextræ purulenta fluxione 493
Curationes Francisci Hildesheim, in catarrho 748
Curatio catarrhi ex morbo Gallico 721
Curatio catarrhi pectori & pulmonibus incumbentis 722
Curatio virginis paralyticæ 681
Curatio maniæ in quibus potissimum consistat 174

D.

D. Augustini Schurff. curatio in paralysi 667
De apoplexia 500. & seq.
Dea amori inuicta, qua? 149
De catarrho 697. & seq.
De catoche seu catalepsi 397. & seq.
De caro 389
Declaratio authoris quomodo melancholia generetur 133
De comate & cataphora 384
De curandis amantibus 148. & seq.
De epilepsia 553. & seq.
De fatuitate & amentia 143 & seq.
De incubo 434. & seq.
De lycanthropia vel lupina insania 152. & seq.
De mania siue insania & furore 118. & seq.
De morbis somniferis & vigiliis superfluis ac immoderatis 380
De melancholia hypochondriaca siue flatulenta 217. & seq.
De spontanea lassitudine pedum ac tibiarum 675
De tortura oris 681. & seq.
De vertigine 447. & seq.
De tortura oris spasmo cynico, conuulsione camina 633

De sternutatione & hydrocephalo 759. & seq.
Desipientia à vigiliis augetur 170
Difficultas anhelitus, quomodo fiat 641
Difficultas anhelitus, quomodo auferatur 640
Dionysii remedium contra ebrietatem 81
Differentia veneni generandi in homine & in cane 196
Dolor est actio deprauata facultatis sentientis 4
Dolor vnde prodeat 6
Dolor quomodo fiat 2
Dolor formaliter acceptus quid? 2
Dolor non potest fieri absque cognitione 2
Dolor & voluptas sunt symptomata sensuum externorum 3
Dolor capitis quid? 1
Dolor capitis est in genere rerum præter naturam 1
Dolor capitis in quo consistat 1
Dolor capitis non est causa, nec morbus, sed symptoma, 1
Dolor capitis ex imbecillitate ventriculi & defectu mensium ortus, quomodo curandus 31
Dolor capitis quare non pertineat ad facultatem sensitiuam internam 3
Dolor capitis periculum vitæ minans 14
Et dolor talis vnde prodeat 15
Itē qualem requirat pharmaciam 16
Doloris obiectum quotuplex ibid.
Doloris causa quotuplex 4

E.

EBrietas pestis & mors memoriæ 340
Ebrietatem prohibentia varia remedia 81
Ebrius si capite doleat, & sensus titubent, quomodo sanetur 83
Ebrius vt iterum ieiunus fiat, quid debeat facere 84
Electuarium ad linguæ motum facilitandum 336
Electuarium pro viscerū medicamentis tentatorū cor-

roboratione 291
Electuarium somniferū 411
Electuariū ad caput, stomachum, & matricem sursum ascendentem, proficuum 180
Empyricum D. Kentmanni in dolore capitis 93
Empyricum medicamentum, quo quidam ranas è corpore eduxit 189
Empyrica varia in phrenitide, melancholia & mania 189. & seq.
Empyrica, cōtra morsum canis rabidi 216. & seq.
Empyrica variorum authorum pro somno conciliando 413. & seq.
Empyrica remedia in capitis dolore 42. & seq.
Emplastrum Syluii in deliratibus 10
Emplastrum capitale 78
Emplastrum in dolore capitis ex ictu vel lapsu proueniente idoneum 89
Emplastrum in morsu canis rabiosi 216
Emplastrum contra dolores nephriticos 262
Emplastrum, quod in catarrho acri Augusto Electori, ordinauit D. Ioannes Nœuius 758
Emplastrum splenecticum, 303
Emplastrum pro affecta matrice 71
Epar officina secundæ concoctionis 234
Epar à statu suo naturali quot modis recedat 113
Epatis labefactatio vbi consistat 113
Epar humorum officina 218
Epar in melancholia efficienda, quomodo concurrat, 133
Epatis male constituti signa 479
Epar canis rabidi vulneri applicatum iuuat 207
Epar cum priuatur naturali euentatione incalescit, 122
Epilepsia, quid, 553
Epilepsia vbi consistat 560
Epilepsia cito fit nec diu perdurat 555
Epilepsia quomodo differat ab apoplexia 555

Epile-

Epilepsiæ futuræ signa, quæ? 559
Epilepsiæ actu existentis, quæ? 559
Epilepsiæ causa 554
Epilepsiæ materia 554
Epilepsia est vitium in genere symptomatum 553
Epilepsiæ varia nomina, 553
Epilepsiæ signa 559
Epilepsiæ cura 559. & *seq.*
Epilepsiã quomodo curet Galenus 558
Epithema pulsibus applicandum in imbecillitate virium 76
Epithema vaporum ascensum prohibens 102
Epithema pro cordis regione fouenda 298
Epithemata capitis varia 98
Exemplum curationis in metu veneni à cane rabioso 212 & *seq.*
Exempla curationum apoplexiæ varia 507. & *seq.*
Exempla curationum in catarrho varia 705. & *seq.*
Exempla varia curationis læsæ memoriæ 320. & *seq.*
Exempla varia curationum phrenitidis maniæ, melancholiæ, & cuiuscunque delirii 154
Exempla curationum in dolore capitis 21. & *seq.*

F.

Faciei tumor, vnde? 271
Facultas animæ quotuplex 3
Facultas sensitiua interna quæ? 3
Facultas sensitiua externa quæ? 3
Facultas sensitiua habet suã sedem in cerebro 3
Facultas sensibilis quare non possit agere absque materia & subiecto 9
Facultas animalis in mania quicquid agit, præter naturam agit, & quare 121
Fatuitas in quibus incurabilis 147

Fatuitas & amentia quomodo differant 145
Fatuitas ex cerebri paucitate, incurabilis 197
Fatuitatis variæ, varia indicia 147
Fatuitas & amentia quomodo fiant 145
Fatuitatis causæ externæ, quæ? 146
Fatuitas in iuuenibus cur facilius fiat 146
Delirium vero in senib. ibid.
Fatuos cur Galenus dicat homines sine cerebro 146
Febri hectica correpti quare non doleant 6
Flatus aliquãdo ita orificium ventriculi vellicãt, vt quis gulam sibi astringi putet 270
Fluor mensium & hæmorrhoidum non idem 226
Fluor mensium est naturalis, hæmorrhoidum non, ibid.
Fluxus aurium quomodo curetur 495
Fluxus hæmorrhoidalis vnde excitetur 235
Fœmina laborans dolore capitis antiquo, & retentione mensium curatur, 21. *& seq.*
Fœmina cruciatibus calculi grauiter laborans curatur 481
Fœmina quædam diuturno dolore ventriculi laborans curatur 256. *& seq.*
Fœminæ curatio in melãcholia hypochondriaca 303
Fœminæ quomodo ab ebrietate præseruentur 80
Fœminas quandoque impotens amor in strangulationes vteri coniicit 150
Fœtus in lue Gallica & reliquis morbis hæreditariis, quomodo à parentibus venenum contrahat 513
Fonticuli in melancholia ad quem vsum fiant 230
Fonticuli aliquando maxima causant nocumenta 230
Frigiditas cerebri à fatuitate inseparabilis 144
Frigiditas & humiditas quare memoriam lædant 343
Frigiditas quomodo soluat continuum 6

Frigidi est condensare 315
Frontale sylvii in dolore capitis 101
Frontale pro maniaco 191
Fructus immaturi quare acidi 526
Fructus horarii, qui vitandi? 341
Fructus horarii non sine medici consilio cõcedendi, 170

G.

Galeni aurea sententia, de pharmacis ad suffusiones compositis 348
Galeni antidotum in hydrophobia excellens 203
Galeni cautela in cephalæa 27
Gargarismus in vertigine 478
Gargarismus authoris pro sistendo catarrho 751
Gargarismus pro discutiendis excrementis pituitosis 333
Grauitas vẽtriculi vnde oriatur 644
Guilielmi Placentini chirurgi error 770

H.

Hæmorrhoides prouocare, quare non consultum 227
Hæmorrhoides si iusto tempore fluant à maximis præseruant morbis 278
Hæmorrhoidum vitio affectus melancholicus oritur 134
Hauſtus solutiuus ad euacuandum in dolore capitis 58
Hauſtus ad detrahendã materiam melancholicã 179
Hauſtus mensurnus laxatiuus 293
Hebræi populi quomodo seipsos à caro liberent 349
Hebræi populi, quare frequenter caro tentati 394
Hedera vini potentiã retundit 81
Helleborum in melancholiæ curatione efficax 135
Helleborum patientes perturbat 135
Henricus XVIII. Imperator ab Imperio depositus quomodo perierit 275
Historia cuiusdam miserabilis & memorabilis melancholici 186
Historia quædam de hydrocephalo 780

Historia mirabilis Galeni de quodam studioso, catoche laborante 398
Historia de quodam puero epilepsia correpto 557
Historia mirabilis Cardani de 8. messoribus sub quercu cœnãtibus, peremptis, 398
Historia de quadam sartrice, quomodo rabiosa facta, 193
Homines in peste Attica cur memoriam penitus amiserint 327
Homines quando afficiuntur vt beluæ 143
Homines habentes parua capita dicit Aristoteles esse insensatos 148
quomodo hoc verum, ibid.
Humores frigidi & humidi fatuitatem inducunt 144
Humores maniam causantes, vbi gignantur 121
& quare non possint gigni in cerebro ibid.
Humores attracti simul secum trahunt venenum, 206
Humores maligni mitigati minus sæuiunt 39
Humiditates vitiosæ in hæmorrhoidibus vnde generentur 231
Hydrocephalus, quid? 763
Hydrocephalus quomodo generetur 763
Hydrocephalus, tumor aquosus quomodo fiat 770
Hydrocephalus, quos potissimum solcat tentare 767
Hydrocephali materia quomodo & vbi colligatur, 763
Hydrocephali causa antecedentes, quæ? 771
Hydrocephali materia 77
Hydrocephali auxilia 764
Hydrocephalum Mercurialis puerorum morbis annumerat 766
Hydrocephali curatio secundum Græcos & Arabes, 778
Hypochondriaca affectio quotuplex 220
Hypochõdriaca affectio, quare non in corde sed cerebro sit 221
Hydrophobia quid? 191

Hydrophobia non est morbus nouus sed nouiter cognitus 192.
Hydrophobia, quare à quibusdam ὑδροφόβια dicatur 191
Hydrophobia etiã ex serpentũ morsu euenire potest, 192
Hydrophobia laborãtes, quare aquam refugiant 191
Hydrophobia vnde oriatur, 191
Hydrophobiæ varia nomina, 192
Hydrophobiæ malum semper aliquid noui & admirabilis continet 192.

I.

Ecoris alteratio in melancholia quomodo fiat 140
Ignis actualis in faciẽdis cauteriis magis probatur quã potentialis 13
ratio ibid.
Imaginatrix & ratiocinatrix, quare in melancholia, non possint exercere suas operationes 129
Immoderatus animi & corporis motus à cibo, capitis dolorem inducit 8
In cephalæa, hemicrania, omnique dolore capitis remedium 107
Incubus quid? 434
Incubus quãdo cõtingat, 434
Incubus cur tempore somni non autem vigiliarum occurrat 438
Incubus vnde dependeat, 437
Incubus quales morbos minetur 441
Incubus quare plerumque in principio somni occurrat, 439
Incubus quomodo generetur, 435
Incubi varia nomina 434
Incubi curatio in quo potissimum sita 443
Incubi definitio 435
Incubi subiectum, quod? 436
In curatione maniæ vnde exoriendum 168
Indicium, an vna vel pluribus vicibus sanguis mittendus 123
Indicia hominis epatici 243
Indicationes curatiuæ in phrenesi 178

Indicationes doloris quotuplices 9
Indicationes curatiuæ hydrophobia laborantium 201
Infantum capita quare humidißima 169
Infanti in hydrocephalo, quæ conueniant remedia 774
In magicis ludibriis nihil efficacius, quam ad diuina confugere 187
In dolore capitis quocunque, remedium 94
In dolore capitis ex vaporibus remedium 95
In dolore capitis à bile, remedium ibid.
In dolore capitis à pituita, remedium ibid.
In dolore capitis intenſißimo, pectoris & cordis compreſſione 75
In diuturno capitis dolore remedium 106
In maximo dolore capitis & adſtrictione alui 66
In memoriæ læſione quæ mala concurrant 330
In læſa memoria quid afficiatur 316
In læſa memoria cauteriorum loco quibus vtendum 339
Intellectus fabulæ apud Pauſaniam 153
In ſectione cuiuſdam monachi veneno canino correpti, quæ ab Anatomico obſeruata 194
In ſuppreßis menſibus an per venæ ſectionem, an per cucurbitulas ſanguis euacuandus 24
In ſuppreßis menſibus curationis ſpes in quo ſita 25
In ſiti magna ex ebrietate cauſata idoneum remedium 83
In ſuppreßis menſibus aluus lenienda ibid.
Intemperies quare non ſit vera & legitima cauſa melancholiæ 128
Intemperies inæqualis producit dolorem 6
Intemperies nulla conſiſtit in cerebro 28
Intemperies quotuplex 6
Inunctiones pro palato in capitis dolore 19
Ioannes Duns Scotus viuus

pro mortuo elatus interiit 784
Ioannes Wierus morsum canis rabidi quomodo curat 216
Iudas Christi proditor, quo morbo perierit 766

K.

Καρδαεία, *quid?* 95
Κάρφ *vnde dicatur* 389
Kautpadden *quid?* 43

L.

Lac quomodo sternutationem sistat 763
Lac naribus attractū ad quid conferat 355
Læsi à cane rabido, quare aliqui breui aliqui lōgo temporis interuallo rabidi euadant 196
Lambitiuum pro raucedine tollenda 729
Lapis in capite anguillæ inuentus ad quid conferat 609
Lauri folia ebrietatis remedium 80
Lethargus quid? 361
Lethargus qualis sit affectus 362
Lethargus, quare morbus acutissimus 262
Lethargus morbus inflammatorius 266
Lethargus vitium admodum periculosum 268
Lethargus vnde fiat 263
Lethargus quomodo à caro differat 361
Lethargus à phrenitide, quomodo differat 262
Lethargi cura 268. *& seq.*
Lethargus Auicennæ, quid? 262
Lethargus in 4. vel 7. die interimere solet, quem diem si patiens pertransit salutis spes superest 208
Lethargus non dat inducias, ideo remediis vtendū quæ citissime agant 310
Lethargus quare semper febrem coniunctam habeat 262
Lethargi forma in quo consistat 361
Lethargi essentia, quæ 264
Lethargi vis 371

Lethargici cur non discurrant & memorentur 361
Lethargici quare nō videant, & audiant 361
Liberi cuiusdam viri primarii à caniculæ rabiosæ saliua vestibus eorum aspersa inficiuntur 212
Liberi illi quomodo ab authore ab hydrophobia præseruati ibid.
Lingua, impura, albicans, saliuosa, vnde 319
Lingua vpupæ gesta ad quid conferat 324
Linguæ paralysis vnde oriatur 678
Linguæ impedimentū & insipida deglutitio, vnde eueniant 318
Lien à natura frigidus & humidus 232
Lien induratus & tumefactus quomodo curandus, 312
Lien in tumorem quando eleuetur 133
Lienis tumor quomodo auferendus 141
Lienis distensio flatulēta maximum parit cruciatum, 249
Ligni sancti virtus 334
Lycanthropia quid? 152
Lycanthropia quale sit symptoma 153
Lycanthropia malum grauissimum, proinde ei cito occurrendum 154
Lycanthropia, quo mense potissimum accidat 153
Lycāthropiæ multa signa, 153
Lycanthropiæ curandæ modus 154
Lycanthropici se putant lupos & canes esse 152
Lycanthropicorum actiones, 153
Lycanthropicorū se lupos putantium exempla 152

M.

MOEror ac metus inanis, terrores, consternationes subitæ in somno, terribilia somniorū phātasmata ac terriculamenta vnde proueniant 271
Magnetis vis quomodo aboleatur 659
Magnetis vis trahendi ferrum,

rum, incorporea est 659
Mania vnde fiat 122
Mania Horatio quid? 118
Mania Plauto quid? 118
Mania est delirium cum audacia & temeritate, non cum tristitia 128
Mania quomodo differat ab apoplexia, epilepsia, & vertigine 119
Mania quomodo distinguatur ab actione debilitata 118
Mania quomodo differat à phrenitide & lethargo, 119
Mania cum furore quando fiat 121
Mania citra furorem quando fiat ibid.
Maniæ descriptio 118
Maniæ curatio 122. & seq.
Maniam, quare Galenus dicat periculosam 123
Maniam inducentes plantæ, quare vocentur ἐνσαπνικαὶ 118
Maniacus quidam brutorum cantus & mugitus æmulatur 173
Maniacus affectus iuxta Galenum in quo genere collocandus 118
Maniaci in exhibendis medicamentis, quomodo decipiendi 125
Maniaci aliter imaginantur ac discurrunt, quam debent 118
Maniaci quomodo tractandi 171
Maniacis præparatum antimonium nullius saporis, exhibendum 125
Marchio Ioannes quali remedio vsus inter pocula 83
Marchio Ioannes quomodo in bibendo compotores fefellerit 83
Marchio Ioannes vinũ aquæ miscuit 84
Marci de Oddis Consiliũ Italicum in cephalæa ex suppressis mensibus 27
Materia doloris, quæ? 4
Materia dolorem faciens, si in capite quiescat quibus vtendum 20
Materia vitiosa fluens in partes inferiores, quomodo educenda & corrigenda, 23

Materia memoriam lædens, quotuplex 315
Materia memoriam lædens vbi gignatur 315
Materia phrenitidis vbi gignatur & ſuam habeat ſubſiſtentiam 114
Matrix affecta qua mala cauſet 69
Medicamentum, cuius beneficio ægri, ſanguinem mingunt, & venenum in veſicam attractum eiiciunt 207
Medicamenta refrigerantia dementant 147
Medicamenta vermes ex capite pellentia 42
Medicamenta venerem ſopientia 149
Medicamenta ad memoriam læſam, eorumque compoſitio 348
Medicina in obſtructione venarum meſaraicarum optima 310
Medicus in mittendo ſanguine, debet eſſe circumſpectus 466
Medici ſymptomata in melancholia quo referãt 224
Medici Veneti in apoplexia venæ ſectionẽ omnino interdicunt 515
Medulla cerui ſi plantæ pedum ea vngantur ad quid conferat 414
Melancholia, quid? 126
Melancholia qualis ſit affectus 126
Melancholia quare dicatur vitium cerebri 127
Melancholia vnde generetur 128
Melancholia res pene nulla 126
Melancholia inueterata medicamentis vix tolli poteſt 278
Melancholia à qua intemperie dependeat 119
Melancholia non eſt morbus, neque cauſa 126
Melancholia non fit à ſpirituum paucitate, ſed fatuitas & ſtultitia 128
Melancholia quomodo differat à mania 128
Melancholia non fit niſi à iecoris caliditate 132

Melancholia hypochondriaca, quæ 141
Melancholia hypochondriaca, quale sit symptoma 217
Melancholia hypochondriaca vnum aliter afficit quam alium 267
Melancholiæ hypochondriacæ generatio dubia & incerta 267
Melancholia hypochondriaca vnde nomen accepit 232
Melancholia hypochondriaca vnde fiat 133
Melancholia hypochondriaca, morbus nostra tempestate multis hominibus cõmunis 266
Melancholia hypochondriaca laborantes quare semper de ventriculo conquerantur 204
Melancholia flatuosa & hypochondriaca Medicis vnde dicatur 267
huic morbo qui potissimum obnoxii ibid.
Melancholiæ essentia in quo consistat 126
Melãcholiæ materia quot modis in cerebro possit subsistere 131
Melancholiæ hypochondriacæ signa 217
Melancholiæ materia quæ, & quotuplex 128
Melancholiæ descriptio 127
Melancholiæ in caput ascendentis varia generatio 132. & 133
Melancholiæ materia iuxta Galenum quando generetur in cerebro 131
Melãcholicus quidam suæ fascinationis causam propriã coniugem indicat 186
Melãcholicus quidam per vomitum ferri scorias, globos plumbeos & puluerẽ tormentarium eiecit 186
Melancholici sine causa timẽt & mœrent 222
Melãcholici quare crebro exspuunt 233
Membra catarrhum recipientia, quæ? 706
Membra cum non mouentur, frigida euadunt 658
Memoria sapientiæ, musarumque mater 341

Memoriæ

Memoria omnium thesaurorum inuentorum atq; artium custodia 341
Memoria est facultas materialis 314
Memoria læsa quid? 314
Memoria læsa à causa frigida quomodo curanda 320
Memoria auxiliis Medicis iuuanda 342
Memoria artificialis, memoriam naturalem potius onerat, quam ornat 342
Memoria læsa magnos cerebri morbos comitatur, 111
Memoria si repente lædatur, quales morbi metuẽdi, 329
Memoria læsa quare aliæ mẽtis operationes facile lædantur 327
Memoria læditur dum obiecta propter frigiditatem non recipit 315
Memoria quotupliciter lædatur 313
Memoria res fragilis ac delicata 341
Memoriæ organũ quod? 314
Memoriæ organum quomodo deuastetur 314
Memoriæ læsæ causæ duplices, 314
Memoriæ læsio præter naturam 313
Memoriæ præcipua adminicula, quæ? 343
Memoriæ amissio iuxta Hippocratem semper mala, 330
Memoriæ, quæ potissimũ aduersentur 343
Memoratrix facultas, vt agat determinato & sibi appropriato indiget organo, 314
Memoratricis facultatis subiectum, commune quod? 314
proprium subiectũ quod? ibid.
Memoratiua, siue Mnemonica, quid 342
Mnemonica à quo primum inuenta 342
Menses si sint compressi vbi cauteria adhibenda 3
Mensium suppressio qua ratione fiat 28
Menstruorum retentio, quid causet 134
Metallum omne habet proprieta-

prietatem ad acorem, 258
Metalla vbique non eadem, 519
Metus quomodo contingat, 223
Mirabilis imaginatio cuiusdam serui in capitis dolore 42
Mithridatū recens somnum conciliat 15
Morbus nullus in motu, 461
Morbi cognitio vnde eluceſcat 306
Morbi hæreditarii qui 509
Morbi hæreditarii vnde oriantur 513
Morbi diuturni, diutura requirunt pharmaca 279
Morbi neruorum, qui? 615
Morbi, imaginationis & rationis læsæ quinam? 109
Morborum imaginationis & rationis læsæ curatio, 109. & seq.
Morsuli in ariditate linguæ, faucium, & siti immensa sumendi 59
Morsuli à vertigine & apoplexia præseruatiui, 480
Morsuli pro memoria corroboranda 338
Morsuli pro cordis roboratione 299
Morsuli viscera corroborantes 248
Mulier quædam laborans dolore capitis cum contractione membrorū & matricis dislocatione curatur 69. & seq.
Mulier quædam curata ex esu fructuum horariorum recidiuam patitur 72
Mulier quædam grauida periculose laborans, vna cum infante, ab authore curatur 68. & seq.
Mulier quædam grauida intensissimis doloribus capitis laborans, curatur, 67. & seq.
Mulier quædam ab omnibus pro deplorata habita ab authore curatur 72
Musica incitabulum lætitiæ, 276
Musica magni morbi curati, 276

Musicæ virtus 276
Musica contra animi perturbationes vtilis 775

N.

NAsalia naribus attracta caput purgant, 19
Nasalia in dolore capitis quã do conueniant 18
Nasalia qualia debeant esse in materia biliosa qualia in materia melancholica ibid.
Natura vias quærit noxia expellendi 36
Natura semper ad partẽ imbecilliorẽ transmittit materiam 230
Natura nihil ægrius fert, quã duos motus inter se contrarios 277
Naturale est, nos ea tenaciter retinere quæ in teneris annis percepimus 343
Nerui vnde originẽ habeant 659
Nihil tam difficulter consenescit, quam vindictæ cupiditas 343
Nimius coitus cerebrum & intellectum adimit 146
Nobilis quædam matrona septem annis passione hypochondriaca laborans præcipuos, Germaniæ, Italiæ, Galliæ Medicos experta, curatur 308. & seq.
Nodulus mirifice flatus discutiens & aluum emolliens 264
Noxium, quod per menses excerni debet, detentũ, sanguinem corrumpit 36
Nulla medicina purgans, quæ nõ aliquam corporis partem deprædetur 276

O.

OBliuio, quare humiditatis filia dicatur 343
Obliuionis causa in senibus ac pueris eadem 343
Obseruatio Hollerii in sectione cadauerum cataleptico-rum 400
Obstructiones in hypochõdriis quales 218
Obstructis venis mesaraicis calor humores comburit, & cerebrum corrumpit, 221
Oculorum caligo, vnde? 276

Oculis aperti quare homines aliquando non videant, 401
Octauiani præceptū pro Medicis 781
Odorifera ad excitādam virtutē memoratricem maxime conueniunt 336
Officina primæ concoctionis, quæ? 234
Olera quæ ægris vitāda, 340
Oleum ex craneo humano ad quid conferat 571
Oleum oliuarum ante vinum bibitum, quare ebrietatem arceat 83
Oleum, quo abdomen, pubes & renum regio inungitur 261
Oleum apoplecticum in aula Brandeburgica frequens, 534
Oleum ad auditum restituendum 56
Oleum pro memoria memoriarum comparanda, 347
Oleū mirifice ad memoriam conducens 319
Olei eiusdem præparandi modus ibid.
Omentum castrati vel vituli ex animali viuo extractum qualem habeat vim 117
Omnis motus fit in instanti, 458
Operationibus animæ rationalis diminutis, quid inducatur 143
Opio vti non semper tutum in cauteriis 14
Opio administrata cauteria aliquādo gangrænam inducunt 14
Orificii ventriculi compressio frigidum sudorem nonnunquam mouet 272
Origo melancholiæ hypochōdriacæ diuersa 304
Os ventriculi in hypochondriacis plerumque humidum 233
Ossa carent dolore & voluptate 4
Oui putamina in aceto quare molliscunt 530
Oxymel dilutum aquæ ptisanæ ebriorum sitim sedat, 86
Oxyrhodinum ad mitigandos sed

dos, sed non tollendos capitis dolores 67
Oxysaccharum squilliticum pro splene D. Matthæi Flacci 311
Oxyrhodinon ad conciliandum somnum & alterandum capitis dolores idoneum 53

P.

PAlmarius quomodo hydrophobiam curet 203
Palmarii sententia de cane rabido 196
Paralysis, quid? 616
Paralysis quotuplex 615
Paralysis forma, quæ? 610
Paralysis vnde prodeat 618
Paralysis varia nomina 615
Paralysin ex colica aliquando fieri tradunt Medici 49
Paralysis semper apoplexiam sequitur 615
Paralysis ex tertiana febri, quomodo fiat 623
Paralysis differentiæ, signa, & indicationes 619
Paralysis morbus valde contumax 621
Paralysis causæ effectrices quæ? 617
Paralysis quomodo differat à stupore, tremore, &c. 616
Paralysis curatio 620. & seq.
Pars capitis anterior iniuriis aeris magis exposita, ideoque facilius læditur 143
Partes capitis externas laborare, vnde pateat 23
Partes internas laborare, vnde pateat ibid.
Partes capitis, quæ dolore afficiuntur, quotuplices 4
Paulus & Aetius in apoplexia vomitum quare commendent 327
Pennæ ciconiarum quomodo in pueris sternutationem prohibeant 762
Persicorum esus catochen producit 400
Pessuli ad prouocandos menses maxime idonei 26
Pharmacia caput respiciens in quotuplici sit differentia 14
Pharmacia in melancholiæ curatione quotuplex 134

Pharma-

Pharmacia refertur inter auxilia in dolore capitis 10
Pharmacia curatoria quæ? 14
Pharmacia præseruatoria quæ? ibid.
Pharmacia vitalis quæ? ibid.
Passeres perpetua epilepsia laborant 610
Phrenitis quid sit 110
Phrenitis siue phrenesis, quomodo à Celso definiatur 109
Phrenitis à Iuuenali quomodo definiatur ibid.
Phrenitis à sanguine feruente dependens omnium mitissima 111
Phrenitis bilioſa est remissioris actiuitatis, 113
Phrenitis atrabilaris quare maxime lethalis 113
Phrenitis quomodo differat à paraphrenitide 111
Phrenitis atrabilaris acutissima, sanguinalis mitissima, bilioſa media 113
in Phrenitide quando lædatur imaginatio 115
quando memoria ibid.
quando ratio ibid.
in Phrenitide quibus medicamentis vtendum 115
Phrenitidis materia vbi generetur 113
Phrenitidis sedes, quæ? 110
Phrenitidis cura 115. & seq.
Pedes quomodo sensum amittant 673
Pellis vulpina ad quid conferat 444
Pili canis rabidi vulneri impositi remedio sunt 205
Pillulæ in læsione memoriæ, 322
Pillulæ in capitis dolore 44
Pillulæ pro corroboratione ægri 49
Pimpinellæ vis in canibus regiis primum experta 210
Pimpinellæ ad præcauendam hydrophobiam magna vis 210
Pituita putrescens, quare somnū faciat profundū, 375
Pleiadum ortus, æstatis principium 227
Plutarchus tradit causam, quare antiqui in sympoſiis capita florib. cinxerint, 81

Potus & cibi niue refrigerati facile catochen producunt 400
Potus aquæ frigidæ secundum Rhazem quandoque facit dolere caput 80
Potus in curatione phrenesis, qualis 181
Potiuncula in siti intolerabili 52
Potus in curatione maniaci, qualis? 170
Potio lenitiua & euacuatiua humoris 297
Potiones somniferæ 415
Præseruatiuum ab apoplexia D. Reineri Solenandri comitisse cuidam præscriptum 534
Præseruatiuum ne materia calculi colligatur 263
Præseruatiuum à vertigine & apoplexia 521
Præseruatiuũ à vertigine, 77
Præseruatiuum ab erysipelate 471
Præseruatiuũ à calculo, 484
Prognostica veneni canini, 202
Pueri quare non valeant intellectu 144
item amentes ibid.
item ebrii ibid.
Pueri indifferenter dormiunt 705
Pueris, quare omnia quæ audiunt & discunt, mira videantur 343
Publius Rutilius quomodo perierit 275
Puella ingenti capitis dolore laborans, quomodo curata 30
Puluis excellens contra venenum, vulgo Saxonicus dictus 215
Puluis capitalis in dolore capitis valde proficuus 77
Puluis pro apoplecticis & vertigmosis 534
Puluis ad discutiendos flatus, 266
Puluis in alui constipatione idoneus 31
Puluis in dolore capitis cum vertigine 78
Puluis contra vertiginẽ, 489
Puluis ad corroborandum vtilis 49
Puluis ad effumationes prohibendas

bendas idoneus 30
Puluis stomachicus in fine cibationis 33
Puluis ad exiccandum caput & corroborandum ventriculum vtilis 56
Pulmones capellæ assati ebrietatem pellunt 82
Pulsus in lethargo cur tardus & mollis 265
Punctiones inteſtinorum vnde oriantur 232
Purgationes frequentes periculoſæ 276
Purgantium medicamentorum natura, corporũ quæ expurgantur naturis contraria eſt 276
Putei acres in Hiſpania & Aquitania, vnde? 258
Putredinis occaſio 127

Q.

QValitas quotuplex 7
Qualitates, quanam agãt valenter quæ remiſſe, 6
Quantitas ſanguinis mittendi vnde metienda 227
Quantitas circa quemcunque humorem conſideranda, 7
Quatuor medicamẽta cor & cerebrum corroborantia, 184
Quidam ſæpe à grauiſſimis morbis euaſerunt, de quibus nihil ſpei reliquũ fuit, 168
Quidam à Gallo gallinaceo læſus in rabiem incidit, 193
Quidam poſt ſextũ & octauum annum à canis rabidi morſu rabidi euaſerunt 197
Quidam poſt annum duodecimum ibid.
Quidam poſt annum decimum octauum ibid.
Quidam ex nimia ingurgitatione vini potentis Hiſpanici, in tantos capitis dolores incidit, vt pene exanimaretur 45
Quidam in maximis capitis cruciatibus putat aliquid cerebro ineſſe, quod erodendo ipſum vellicet 41
Quidã exiſtimat ſibi in ſyncipite vermes conuolutos, ex quorum motu, capitis cruciatus perciperet 42
Quidam febre intermittente

in quartam septimanam laborans, cum dolore colico, curatur 48. *& seq.*
Quinam homines bonam habeant memoriam 342

R.

Radix mãdragoræ amoris remedium 149
Radix betonicæ comesta ebrietatem arcet 85
Raphanus temulentiæ resistit, 81
Ratisponense pharmacopolium qualem olim compositionem in vsu habuerit, 92
Regio quandoque etiam confert ad generationem fatuitatis 146
Regurgitatio in ventriculum vnde fiat 37
Remedium ad recuperandam loquelam in paralysi, 692
Remedium diuinum pro memoria 346
Remedium, ne canes rabidi euadant 202
Remedium D. Caspari Hoffmanni in epilepsia 613
Remedium contra spasmum, in quacunq; corporis parte 693
Remedium secretissimum & certissimũ in apoplexia, quo Dux Austriæ curatus, 536
Remedium contra melancholiam vtilissimum, 424
Remedium D. Reineri Solenandri in vertigine cuidam Comitissæ præscriptum 492
Remedia empyrica in catalepsi varia 428
Remedia empyrica varia in apoplexia 536. *& seq.*
Remedia empyrica in paralysi & conuulsione 691
Remedia empyrica in Comate 430
Remedia empyrica in catarrho 756. *& seq.*
Remedia varia in caro, 431. *& seq.*
Remedia partes in melancholia affectas respiciẽtia quotuplicia? 136
Remedia empyrica in vertigine vsu & felici successu comprobata varia, 488. *& seq.*

Remedia varia contra Venerem 151
Risus Sardonius, quid? 682
Remedia empyrica pro memoria 346
Res inanimatæ obiecta recepta non diiudicant 2
Res nõ naturales Medici quas appellent 235
Res inanimatæ recipiunt obiecta 2
Rhabarbari vis, quæ? 116
Rhabarbarum immaturũ in phrenitide magis probatur quam maturum, 116
Rhabarbari virtus, 277. & 278
Resoluentia ex Galeno quæ? 117
Robur hominis maxime consistit in sanguine 37
Rotulæ pro corroboratione vẽtriculi & capitis 31
Rustici quidam à cane rabioso demorsi quomodo ab hydrophobia tuti euaserunt 208

S.

SAcculus dolori capitis sedando conueniens 32
Sacculus pro lotione pedũ ad somnum cõciliandum, 411
Sacculus, quo in fluxu & dolore capitis filia Ferdinandi Archiducis Austriæ vsa est 756
Sacculus in melancholia ad regionem lienis applicandus 252
Sacculus ad dolorem capitis sedandum 32
Sacculi pro lixiuio 102
Sacerdos quidam nolens vti Venere in grauissima symptomata melancholica incidit 231
Saliua in ore abundans quid indicet 463
Sanguis quomodo generetur, 234
Sanguis concrescens & putrescens, quæ symptomata causet 259
Sanguis quando concrescere possit 401
Sanguis in mania si peccet in toto corpore, quæ vena aperienda 124
si non in toto, sed in parte, quæ? ibid.

Sanguis per nares quando emittendus iuxta Hippocr. 12
Sanguis superfluus quando nō mittitur ad uterū fit suppressio mensium 28
Sanguis concretus quomodo emolliendus 257
Sanguis non est causa morbi, 56
Sanguis per hæmorrhoidas euacuandus in corpore retentus, cerebrum afficit, 225
Sanguinis missio varios attrahit humores 24
Sanguinis abundantiam quæ indicent 219
Sapiētia habitat in sicco, 343
Saxia immania, quæ nec ferro nec igni vinci potuerūt, aceto discissa 530
Seruus cuiusdam capitanei, in maximis capitis doloribus ab authore curatus, 40
Secretum secretorum de conseruanda in æternum memoria 348
Sedes doloris, quæ? 3
Sensatio, ex quo fiat 2
Siccitas cum immoderata caliditate facit maniam 145
Siccitas ad intelligentiam & prudentiam confert 145
Sicut in natura quandoque monstra contingunt, ita quoq; in arte accidere solet 158
Signa cœlestia & planetæ, quæ in purgationibus cauenda 292
Signa futuri Asthmatis, 741
Signa duplicis hypochondriacæ affectionis 220
Signa alia lethargum imminentem designantia, alia præsentem 265
Signa Myrachiæ, 264
Signa rabiei 197
Signa canis rabidi 197
Sinapismum pro apoplexia periculosa 534
Sitis quomodo arte fallatur, 247
Splen in curatione melancholiæ calorificis fouendus, 241
Splenis tumor vnde gignatur, 234
Smaragdus in collo appensus in epi-

in epilepsia vtilis 612
Somnus, quid? 381
Somnus passio cerebri 382
Somnus cur potissimum à cibo fiat 383
Somnus immoderatus parit dolorem capitis 8
Somnus præternaturalis quotuplex 383
Somnus profundus & meridianus fugiendus 341
Somnus præter naturam vnde melius cognoscatur, 380
Somni causa, 382
Somni subiectum quod? 281
Somni subiectū in duplici differentia 382
Somni præternaturalis sedes, quæ? 385
Somni in hypochondriis quare pauci & turbulenti, 218
Somnum conciliantia medicamenta 15
Somnulenti quare amētes & fatui 146
Spasmus quid? 624
Spasmus quotuplex? 624
Spasmus in quo consistat, 625
Spasmus quomodo distinguatur à tremore 626
Spasmus in vulneribus superueniens, malum 629
Spasmus cynicus, quid? 681
Spasmi differentiæ, signa & indicationes
Spasmi cura 630
Sperma genitum quomodo exiccetur & generandum prohibeatur 150
Spiritus animalis alterabilis, 120
Spiritus animalis in melancholia fit obscurus & opacus 129
Spiritus animalis tenebricosus vnde fiat 131
Spiritus siccus facit animam prudentem 145
Spiritus animalis subiectum quod? 121
Spiritus an viuant 464
Spiritus animales immediata causa furoris 121
Spiritus gignuntur ex sanguine 130
Spirituum debilitas quotuplex 504
Stercus amatæ, quomodo amantis amorē soluat, 149
Stercus columbinum in cura-

tione hydrophobiæ vtile, 204
Sternutatio quid? 759
Sternutatio motus præter naturam 759
in Sternutatione quid lædatur 759
Sternutatio febricitantibus quare nociua 762
Sternutationis essentia 759
Sternutationis motus quotuplex 761
Sternutationis causa, quotuplex 760
Sternutationis materia, 760
Sternutationis materia vbi generetur 760
Sternutationis sedes, quæ? 761
Sternutationem humectato corpore fieri, quomodo intelligendum 760
Sternutationem ad excitandam, quæ concurrant, 761
Sternutationis indicationes & prognostica 762
Sternutatoria ex quibus præparentur 334
Stupor via ad paralysin, 632
Succus melancholicus, qualis? 229
Succus lethargũ faciens, quomodo & vnde gignatur, 264
Succus melãcholicus ne in capite generetur, quid faciendum 180
Succus quilibet phrenitidem faciens putrescit 112
Symptomata ad curationem morbi deducunt 305
Symptomata melancholica, quomodo sedentur 223
Symptomata in melancholia hypochõdriaca valde ambigua 306
Symptomata, dolor capitis & suppressio mensium à iecore & vtero suam originem habent 23
Symptomata melãcholica, vnde & quomodo fiant, 224
Symptomatum causæ, quæ? 306
Syriasis qualis morbus sit, 108
Syriasis quo anni tempore potissimum accidat ibid.
Syriasis signa ibid.
Syriasis, morbus infantibus valde familiaris ibid.

Syriasis cura 109
Syrupi valētißime cient mēſes 25
Syrupus de ſucco citri vino potenti ſuperbibitus ebrietatem prohibet 83
Syrupus in defectione animi & difficultate reſpirandi, 251

T.

TActus eſt ſenſus omnium infimus & magis materialis 3
Tactus in ſenſu maxime obſeruatur & percipitur dolor ibid.
Tactus non actuatur niſi ab obiecto materiali tangente ſenſum 3
Tamarindi ſi lenientibus & purgātibus miſceantur, in phrenitide laudabiles, ibid.
Tempus caniculariū ad medicationem incommodum 40
Tempus medicamēta maniacis exhibendum, quod idoneum 125
Tempore autumni vitioſi humores in corpore magis augentur 292
Tempore matutino quando venæ ſecentur 163
Tempore hyemis primus hauſtus ſit de vino, æſtatis tempore contra 276
Tempore veris natura cœli ratione ſe ipſam expurgat 291
Tēpore matutino quare purgantia exhibenda 229
Thermaliū aquarū vis, 516
Therebinthinæ virtus, 279
Theriaca refertur inter medicinas compoſitas 15
Theriaca inducit ſomnum nec dolorem ſentire facit, ibid.
Theriaca in aqua vitæ diſſoluta in hydrophobia optimum remedium 205
Thraces, quare non potuerint numerare vltra quatuor, 146
Tinnitus & ſuſurrus aurium, quomodo ſedetur 546
Topaicus in annulo geſtus Veneris remedium 151
Thurnhäuſers Miltzwaſſer Electori Brandeburgico ordinata 312

Tortura oris quomodo fiat, 682
Tremor in lethargo malum lethale 376
Triſtitia conſumit & depaſcit cor hominis 275
Trochiſci ad appetitum coeundi arcendum 149
Trochiſci in ſiti ſub ligua tenendi 59
Trochiſchi narcotici ad dolores ſiue capitis, ſiue dentiũ, ſiue quoſcunq; alios, 106
Tuſis vnde excitetur 485. & 699

V.

VAria remedia ebriorum ſitim ſedantia, 86. & 87
Vapor ob ſubſtantiæ tenuitatem altum petit & materiam quieſcentem attenuat 20
Vena cubiti triplex 124
Vena cubiti in mania, quando ſecanda 124
Venæ ſectio in dolore capitis varia 11
Venæ ex ſpirituum & ſanguinis efferueſcentia diſtenduntur 45
Venæ meſaraicæ ſunt rami, venæ portæ qui non poſſunt aperiri niſi circa podicem 279
Venæ meſaraicæ quomodo in generatione melancholiæ concurrant 133
Venæ meſaraicæ quæ? 267
Venarum meſaraicarũ munus ibid.
Venis meſaraicis qualis ſuccus detineatur ibid.
Venæ hæmorrhoidales ſunt rami venarum meſaraicarum 279
Venæ oculorũ quare aliquando diſtendantur 271
Venæ propria facultate conſeruant ſanguinem 400
Venarum vomitus Hippocrati quid? 769
Venis meſaraicis obſtructis chylus in ventriculo elaboratus, ad epar tranſire non poteſt 268
Venenum quot modis generetur 195
Venenum eſt opus præter naturam 195


Venenum caninum? 193
Venenum caninum non est à tota forma 144
Venenum quãdo per venæ sectionem à corpore propellatur 202
Venenum caninum non est multæ actiuitatis 194
Venenum à cane rabido contractum, si per totum corpus dispersum, quomodo pellendum 207
Venenũ in cane quomodo generetur 195
Venenum à cane rabido homini illatum esse quomodo probetur 198
Venenum caninum quale, 196
Veneni canini substantia vnde cognoscatur 194
Veneni generationis causæ explicantur 195
Vẽtus Aquilonaris quare maxime inducat catarrhum, 698
Venti copiosi in diaphragmate collecti difficultatẽ anhelitus causant 273
Vẽtriculus præmadefactus & cerebri humiditas, quæ mala afferat 677
Ventriculus facultate impedita cibum non potest complecti 226
Ventriculus cupiens molestum à se excutere, naturam ad vomendum incitat 37
Ventriculus in generatione melancholiæ, quomodo cõcurrat 133
Ventriculus affectus quomodo curandus 226
Ventriculus frigidus & siccus impedit primam concoctionem 233
Ventriculus ex vomitu debilitatus, quomodo roborãdus 262
Vẽtriculi orificium magnum habet consensum cum cerebro 37
huius ratio ibid.
Ventriculi cerebri in incubo quomodo obstruãtur, 437
Ventriculi coctio quibus offendatur 253
Ventriculi cerebri angusti, fatuitatis causa 143
Ventriculorum cerebri angustia,

stia quomodo fatuitatem inducat 143
Vētriculi orificium ex regurgitatione & laborioso vomendi conatu male afficitur 37
Vermes tredecim oblōgos, villosos, lanuginosos viuos per fauces, nares & aures, author à quodam expulit, 45
Vertigo vnde oriatur 461
Vertigo vnde dependeat, 458
Vertigo in quo consistat, 448
Vertigo affectus medius, 468
Vertigo in genere symptomatum, 458
Vertigo cito fit & cito desinit, 449
Vertigo cui contingat 447
Vertigo initium apoplexiæ, 459
Vertigo si pertinax fuerit, quibus vtendum 453
Vertigo quale vitium & quo referatur 447
Vertigo ab apoplexia & caro quomodo differat 449
Vertigo quomodo fiat 448
Vertigo si oriatur ex inedia, quibus vtendum 454
Vertiginis varia nomina, 447
Vertiginis species 461
Vertiginis forma, quæ? 448
Vertiginis obiectum, quod? 449
Vertiginis causæ, quæ 451
Vertiginis curatio, 452. *& seq.*
Vertiginis differentiæ & signa 452
Vertiginis curatio in fœmina anili 472. *& seq.*
Vertiginosi putant sibi omnia in gyrum verti 448
Veteres quare post finem cœnæ lactucis vsi 82
Viæ, per quas materia catarrhalis fluit, quot? 711
Vidua quædam præ dolore capitis vix oculos tollere & caput mouere potest 75
Vigiliæ quotuplices 404
Vigiliæ superfluæ causant dolorem capitis 8
Vigiliæ immoderatæ vnde proueniant & quid minentur 406
Vigiliæ præter naturā in quo consi-

consistant 405
Vigiliarum sedes quæ? 404
Vigiliarum signa & differentiæ 406
Vigiliarum causæ 404
Vigiliarum immoderatarum cura 406. & seq.
Vigiliis coctiones imminuuntur 167
Vinum vehiculum vaporum ad caput 556
Vinum ὀλιγόφορον & cum aqua acetosa dilutum æger sumere potest 46
Vinum, in quo folia ros. cocta sunt, Dioscorides cõmendat 99
Vinum tale, ad quid conducat ibid.
Vinũ ardens in cephalæa frigida remedium domesticum ibid.
Vinum album conducibilius, 276
Vinum generosum quomodo dolorem pariat 8
Vinum medicatum ad reficiendam memoriam 320
Vinum feculentum & castaneæ comestæ incubum procurant 434
Vinum chalybeatum quomodo præparetur ibid.
Vino chalybeato vtens quomodo se debeat gerere, ibid.
Vini chalybeati efficacia, 142
Vini potus in curatione delirii omnino interdicendus, 165
Vino hominum ingenia dulcescunt 341
Vir quidam insigniter eruditus ex vulnere quodam memoriam ita amisit vt omnium literarum oblitus, Lutetiam redire coactus fuerit, & ab elementis literas discere 327
Viscera naturalia, vitalia & animalia quomodo corroborentur 60
Vitruuii opinio de aquarum acidarum causa 527
Vitia, à capitis excremento originem ducentia, quæ? 759
Vitia ventriculorum cerebri, quæ? 313
Vmbra nucis arboris, subdormientibus carũ infert, 394

Vmbra sorbi arboris à cane rabido demorsos in rabiem vertit 197
Vnguentum Agrippæ efficax in capitis dolore 20
Vnguentum lienare 182
Vnguentum pro confortanda memoria ex authoris secretis desumptum 337
Vnguentũ ad mitigationem doloris capitis idoneũ, 40
Vnguentum pro orificio ventriculi 246
Vnguentũ pro stomachi corroboratione 185
Vnguentum pro splene 296
Vnguentum in tumore lienis, 304
Voluptas quomodo fiat, 2
Vomitus quomodo reprimatur 38
Voracitas salis, quæ mala causet 485
Vrinæ retentio quomodo resoluatur 403
Vrinæ præter voluntatem exeuntis causa 659
Vulnus à cane rabido inflictum quomodo exiccandum, ne sordescat 210

FINIS.



ms

Bruxelles. 1868

Vente Arnold.

1.